

17.6.

Adolphus
de Saxonia

LVD.

in

Psalmos

24



I


00137

2-1

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

Sala Est. Tab. Núm.

137



137

2-72-14-6-

~~Num. 5. cap. 6. num. 24.~~

Ludolfus Saxo sacratissime religionis carthusiensis apud nobilem Argentinam Alumnus: pspicacissimo ingenio: exactissima diligentia: cumulatissima doctrina: suauissima nobilissimaque lucubratione: Dauiticoz carminum interpretatione enucleatissime complexus est: adeo ut baud facile ceteris (cum eoz uenia loquar) qui ante eum in eisdem psalmos expositos tradiderunt minus uile ecclesie fructu iudicandus sit attulisse. Nam is sepe potes Dauitice lirę diligentissimos interpretes Hieronymum Augustinum Cassiodorum Petrum Lombardum: et quotquot huic labori insudauerunt non modo uidit et legit: sed et sententias eoz tanquam amenissimos flores et quam ualidissima grana sapienter ac copiosius introseruit: In primis quid sibi tituli uelint: quid argumentum et materia: quid intentio: quid sententia generaliter et speciatim preferant: ita breuiter et aperte determinat: ut uix simile legas: qui sub psalmoz umbra: eterna temporalę Christi natiuitate: uite sanctimoniam: persecutiones: tormenta: mortem ac resurrectionem ceteraq; id genus mysteria tam luculenter diseruerit et explicarit: Ipsos quoque uersus qui nonnunquam uidentur in cortice: nequaquam sibi inuicem coherere: subtilissimis connectentium glosarum uinculis sagacissime peritissimę iungit et continuat: Ad calcem denique psalmi cuiuslibet: deuotam concinnatamque et ipsi psalmo consonam orationem uel obseruare curiosę super addit: Neque nimium litterę que occidit deditus est: nec typicis ita sensibus innititur ut litteralem neglexisse uideat: sed quęcumque sensum magis ad rem accommodatum uilem ac necessariū presensit: eum caute sollicitate et religiose persequitur. Nec tam accurata saceratissimoz mysterioz elucidatione contentus fuit: nisi etiam intimo quodam maxime deuotionis ardore: humana sum corda rape et uehementer inflamare conaretur: Quippe qui non solum symbolice et litteratorie (quam scholasticam aut speculatiuam uocant) predoctus: sed et mystice theologie quam expressissimus fuit: Quod si nro testimonio candido lector: huius psalmoz interpretationis excellentia tibi persuasa non fuerit: periculum facio ex altero quodam libro dulcissimo prestantissimozque: cuius idem postea Ludolfus auctor est: que uitam Christi titulo insigniuit. Offendes nimirum singularem doctrinam deuotissimi patris: et re ipsa comprobabis Ludolfum nulla priuata laudatione nunc indignisse. Inde nostro tandem seculo (quo tot obstrusa et abdita diu uolumina in lucem prodeunt) misera plurimum diuina benignitas: nequaquam passa est hoc Ludolfi saluberrimum opus: cum magno religionis nostre discrimine diuini latere: aut forsitan obliterari. Et Spiritus Rln. Januarij. Anno uirginis partus. Mccccxci.

In prologo describuntur

- Laudes et salutare psalmoz effectus.
- Utilitas intelligentie eorum.
- Utilitas deuote eos legentium et decantantium.
- Pericula in deuote legentium aut decantantium psalmos.
- Tituli ratio.
- Librum esse unum dumtaxat.
- Dauid auctorem fuisse. non Asaph: ydum et ceteros.
- Numero psalmoz. et mystica eius numeri significatio.
- Modus procedendi. et de quadruplici sensu.
- Cur psalmi in ecclesia frequentantur.
- Utilitas et effectus cantus uocalis.
- Modus psallendi.
- Attentio inter psallendum quam utilis sit uirtus ecclesiastica.
- Ad orationem qualiter homo se debeat preparare.
- Orationis instantia et sedulitas.

In ipsa expositione: Verba psalmoz signo Parentthesis includuntur ut discernantur ab alijs nec tamen truncata ut facilius legas.

Sicut olim manna

na habuit delectamentum et omnem saporem suauitatis: sic carmen huius libri habet omnem spirituale documentum et est inuertibile ad omnem sensum cuiuslibet intentionis. Cum in choro canit: tunc sunt uerba ecclesie deum laudantis. Cum a iustis canitur: tunc sunt uerba gratias agentis. Cum a peccatore recitatur: tunc sunt uerba ueniam deprecantis. Cum pro defunctis decantat: tunc sunt uerba anime desolatio ad deum clamantis. Et quocumque se intentio canentis inuertit: mor se sensus huius libri affectui canentis conformabit. Cum benedicente benedicit: cum maledicente maledicit: benedicit membra christi: maledicit membra diaboli. Utile autem et salubre est intelligere: quod nunquam cessamus decantare. Auget quippe deuotionem intelligentia et dum intelligit quod cantatur: mens pro intellectu obligata non euagat. Intellectus quoque cantantium mentem christum in singulis psalmis facit presentem. quem dum intellectu et ore decantant proculdubio attentius amat. Dum cogitas psalmos christus in mente tua est. Dum ore decantas christus in ore tuo est. Dum meditaris psalmos: hunc ex meditatione capies fructum: ut in ipsis tibi utriusque occurrat testamentum. Psalmorum deuotio presentiam christi conciliat. Angelorum congratulationem generat: ignitos mentis affectus suscitatur: mala purgat: demones superat: gladio spiritus quod est uerbum dei: quod deuotionem psallentium sustinere non potest. Psalmorum radices non in terra sed in celo fixę sunt: quod ibi est christus qui omnium psalmoz materia est et intentio. Ibi est conuersatio ecclesie que christi corpus est que etiam maxime psalmoz partem preterit. Deuotionem psallendi docet apostolus cum dicit: psallam spiritu psallam et mente. Deuotionem psallentium congratulationem angelicam adesse docet psalmista qui ait: In conspectu angelorum psallam tibi. Ex psallentibus admisceri sancti angeli soleat manifestat psalmista ubi ait: preueniunt principes. id est angeli iuncti psallentibus. Unde cauendum est ne propter nostram desideriam angeli recedant. Si enim boni spiritus se a nobis elongauerint: imperium malorum quis sustinebit? Cauendum est ne etiam maledictio incurratur prophete dicentis. Maledictus ois qui opus dei facit negligenter. Dignum quippe est ut mens nostra concordet cum uoce quam ad diuinum opus assistimus: et cum diligentia a presentibus uniuersis que seruetur et diuinis

inhereat ut celestia ei dona reuelentur. Nihil enim est in hac mortali uita: in quo possimus familiarius inherere deo quam in laude diuina. Psalmorum deuotio spiritui sancto mentem preparat: et omnem gratiam dona meretur. Unde Gregorius. Spiritus dei prophetarum mentibus non semper presto est quatenus cum spiritu prophetie non habent: se hunc cognoscant ex dono dei habere cum habent. Unde propheta Heliscus cum de futuris requisitus esset et prophetie spiritum sibi deesse cognouisset: psalterium sibi fecit applicari ut prophetie spiritus ad eum pro laude psalmodie descenderet: atque eius animam de futuris replet. Uox etenim psalmodie cum pro intentione cordis agit: pro hanc omnipotenti deo ad cor iter parat. ut intente menti: uel prophetie mysteria: uel prophetie gratia infundat. Unde psalmista. scriptum est. Sacrifitium laudis honorificauit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. In sacrificio igitur diuine laudis fit ad iesum iter ostensio: quod dum pro psalmodia copunctio infunditur: uia nobis in corde fit: pro qua in fine ad iesum uenitur. hec Gregorius. Nullus itaque mortalium potest uel uerbo explicare: uel animo comprehendere psalmoz uirtute: si non sufficienter labiorum tamen sententia mente et puro corde in diuina laude canant. In psalmis enim inuenies si (intente non celeriter perscruteris) tam intimam ordinem quale non poteris pro te ipsum uillatenus excogitare. In psalmis inuenies intimam confessionem peccatorum tuorum: et integram de precatorum diuine atque diuine misericordie. In psalmis inuenies presidium contra aduersitatem omnium reum que tibi accidit: et intimam gratiam actionem de omnibus. In psalmis prophetis infirmitatem tuam atque miseriam: et pro hoc puocabis dei misericordiam. Omnes enim uirtutes in psalmis reperies: si a deo merueris ut tibi psalmoz uirtutem reuelat. Et ideo non est tibi opus ut pro diuersos libros animo diffundaris. in psalterio solo usque ad obitum uite habes materiam legendi scrutandi et docendi. In quo inuenies propheticos/ euangelicos/ apostolicos et omnes diuinos libros spiritualiter ac intelligibiliter et parte tactos atque descriptos. et priorum atque secundum aduentum domini ubi prophetatos. Incarnationem quoque ac passionem resurrectionem atque ascensionem domini: et omnem uirtute diuinorum in psalmis inuenies si intima mente perscruteris et ad medullam intimi intellectus pro dei gratiam pueneris. Unde de laude psalmoz et salutaribus eorum effectibus sic dicit Augustinus. Alia sunt que prophete tradunt alia que historici. Lex quoque alia puerbiorum: et alia comonitio. Psalmorum

vero liber quecūq; vtilia sunt ex oib; hincet/
futura p̄dicat/veteru; gesta p̄memorat. legē
viventib; tribuit: gerendoz; statuit modum.
Et vt breuiter dicā cōis quidā bone doctri-
ne thesaur; est: apta singulis necessaria sub-
ministrās. Vterib; nāq; aīaz; vulnerib; no-
uit mederi. S; et recentib; velocissimū solet
adhibere remediū: atq; in actis p̄seuerantiā
scit salutis exhibere. Sed et vniuersis p̄ter
passionib; subuenire: que dñationib; varijs
aīas angunt. Et hoc fit modulatiōe quadā et
delectabili canore humanū aīm ad pudiciā
puocante. Quāquidē spūs scūs videns ob-
lucantē ac resistētē ad virtutis viā hūani
generis aīm: et ad delectatiōes vite huius ma-
gis inclinari q̄ ad virtutis rectū iter erigi/
delectabilib; modis cantilene vim sue doctri-
ne p̄misit vt dū suauitate carminis mulce-
tur audir; diuini sermonis p̄ter vtilitas in-
seratur. f̄m sapiētes qui si qñ vsus poposce-
rit: austeriora medicamēta agris offerre mor-
talib; ne eger vtilitatē p̄ austeritate refu-
giat: ora ac summitates poculi quo remediū por-
rigant melte circūliniūt. Propterea q̄ psal-
mōz; nobis p̄ modulos aptata sunt carmi-
na: vt vel etate pueri: vl' qui adolescētes sunt
morib; q̄si cantilena quadā psallentes vide-
antur delectari. Reuera enī aīas illuminant
ac mentē. Psalmus tranquillitas aīaz; est: si
gnifer pacis: prurbatōes vl' fluctus cogitati-
onum cobibens: iracundiā reprimēs: luxū
repellens: sobrietatē suggerēs: amicitia con-
gregans: adducēs in p̄cordiā discrepantes/
reconcilians inimicos. Quis enī vltra inimi-
cum ducat eū cum quo vnā ad deum psalmi
emiserit vocē? Et quo intelligitur: qz q̄ oīm
bonoz; maximū est. Charitātē psalmus in-
staurat p̄iunctoz; quadā p̄sonantiā vocis
efficiēs: et diuersum pplm vniū chozi p̄ cō-
cordiā p̄sona modulatiōe p̄socians. Psalmus
demonēs fugat: angelos ad adiutoriū inui-
tat. Scutū enī in nocturnis terrorib; diur-
noz; qz; req̄es ē laborz; tutela pueris: inueni-
bus ornamentū: solamen senib;: mulierib;
aptissimus decor. desertas habitare fac itz;
bes: sobrietatē docet: Incipientib; primū ef-
ficatur elementū: p̄ficiētib; incrementū: p̄-
fectis stabile firmamentū: totius ecclesie vox
vna. Psalmus solēnitates decorat: psalmus
tristitiā q̄ p̄ter deū est mollit. psalm; etiā ex
corde lapideo lachrymas mouet. Psalmus
angeloz; op; est: exercitiū celestiu;: spiritale ty-
mēna. Vt vere admirandi mḡi sapiēs in-
stitutum: vt simul et cantare videamur et q̄

ad vtilitatē aīe p̄tinet doceamur. Quid autē
est qd̄ nō dilcat ex psalmis? Nō oīs magni-
tudo virtutis: Nō norma iusticie: Nō pu-
dicicie decor: Nō prudentie p̄sumptio:
Nō penitētie modus: Nō paciētie regula:
Nō omē quicquid dici p̄ bonum p̄cedit ex
ipsis: dei sciētia p̄fecta: p̄nūciatio christi in
carne venturi. et cōis resurrectiōis spes: sup-
plicioz; metus: glorie pollicitatio: misterioz;
reuelatio. Via p̄sus in bis velut magno q̄-
dam et cōi thesauro recōdita atq; p̄ferta sunt
bona. Et iterū canticū psalmoz; aīas deco-
rat: expellit tenebras: efficit sanctitatē homi-
ni peccatori: est refectio mentis: delet peccā: si-
mile est elemosynis sanctorz;. Auger fidem. si-
cut sol illuminat: sicut aqua scificat: sicut i-
gnis peccatū exurit: sicut oleū defuit. Oleū
est misericordie: sol leticie: ps angeloz; elcā-
deū ostendit: diaboliū offendit. Voluntatē il-
licitā extinguit: aspicitē cūcit: oīm seruo: em-
deprimūt. iracundiā frangit: laus dei est assi-
dua: sile est melli. Canticū psalmoz; carmen
est electū apud deū. omē peccatū expellit: vin-
culum charitatis emendat. oīa penetrat: oīa
suffert: oīa implet: oīa docet: oīa significat/
aīam magnificat: turrim excellam edificat/
os purificat: cor letificat: boiem deificat: sen-
sus aperit: omne malū occidit: p̄fectionē in-
struit: excelsa demonstrat: desiderū regni ce-
lestis donat. pacē inter corpus et aīam facit/
ignem spūalem in corde succendit: cōtra oīa
vicia sollicitudo certamē bonū est. quotidie
radices oīm maloz; expellit. sicut lorica in-
duit: sicut galea defendit: spes est salutis: cō-
solatio dolorz;: p̄ctio laboroz;: noticiā veri-
luminis: fons sanctitatis. Noīem iuuenem
castigat: regnū celoz; sup terrā dat: tediū aīe
tollit: tuba est mirabilis. Qui diligit canticū
psalmoz; assiduū nō p̄t amare peccatū. Qui
habet laudem dei in corde suo in postremo
apud deū gaudebit: et aīam suam in celo vi-
uificabit in secula seculoz;. Unde et Cassio-
dorus. Psallendi vtilitas tristitia corda cōso-
latur: gratiores mentes facit: fastidiosas ob-
lectat: inertes exsuscitat: ad lamenta peccato-
res inuitat. Et iterū psalmodia est cōsolatio
fletiu;: cura dolentiū: sanitas egrotantium/
aīe remediū: et miseriaz; oīm suffragiū.

Est autē libri huius titulus talis. Incipit
liber hymnoz; vel soliloquioz; p̄bete de
christo. Liber dicit nō libri: cōtra eos qui di-
cunt plures esse libros: p̄ter quinq; distin-
ctiones psalmoz; que sunt p̄ fiat fiat. Sed
licet sint quinq; distinctiōes: non tū quinq;

libri dicendi sunt sed vn;. Vñ in capite libri
scriptū est rē. nō dicit libroz;. Et in actib;. si-
cut scriptū est in libro psalmoz;. nō dicit li-
bris. Dicit autē hymnoz;: qz totū illud opus
p̄tinet ad laudem dei. Hymni enī sunt can-
tus laudē dei p̄tinentes. Si sit laus et nō sit
dei nō est hymnus. Si sit laus dei et nō can-
tetur nō est hymnus. oportz; ergo vt si sit hy-
mnus habeat bec tria: et laudē: et dei: et can-
ticum. Dicitur etiā soliloquioz;: quasi solius
spūs sancti eloquiū: qz in eo solus spūs scūs
sine vllō hūano ingenio vel auxilio loquit.
Dauid enī p̄betaz; eximius digniori modo
q̄ alij quasi tuba spūs sancti p̄betauit. Alij
nanq; p̄betē: p̄ quosdā rerū imagines scz; p̄
somnia ac visiones p̄betauerūt. Dauid autē
solius spūs sancti instinctu sine oīm exte-
riū amiculo p̄betauit. Vñ dicunt soliloq̄a
q̄si solo de christo eloquia. Nō qz de christo
loquit solī psalmi: s; qz digni; et manifesti;
loquunt de illo q̄ p̄bete ceteri: sequit; p̄be-
te p̄ excellentiā scz; dauid. Cum enī dicit p̄-
p̄bete sine adiectiōe p̄ri; noīs intelligit; da-
uid. Vñ cū dicitur apls intelligitur paulus.
Et cum dicit vrb; intelligitur Roma. Hec
autē dicit contra eos qui dicūt plures fuisse
psalmoz; scriptoz;es vel auctoz;es scz; Asaph.
yditum rē. qz noīa eoz; ponunt in titulis.
sed illi auctoz;es psalmoz; nō fuerūt p̄ vt sta-
tim patebit. Et subdit de christo. Ecce de q̄
agunt soliloquia: de christo scz; toto. i. capite
et corp;: sponso et sponsa. Cōmunis ergo
materia totius huius opis est christus tripli-
citer acceptus. i. f̄m diuinitatē. f̄m hūanita-
tem et f̄m corpus eius qd̄ est ecclia. Intentio
est hoīes in adam deformatos: christo nouo
hoī p̄formare. Liber ergo iste liber psalmoz;
vel psalteriū appellat;: qd̄ nomē accepit a quo-
dam musico instrumēto qd̄ hebraice nablū.
grece psalteriū. latine organū dicit; qz sanct;
dauid dulce mysteriū huius p̄bete dulci so-
no: dulci organo. i. psalterio voluit declara-
re. Unde ab illo instrumēto ad lram ideo li-
ber iste noiatur qz ad vocē illius instrumen-
ti dauid canebat psalmos ante arcam: volēs
enī magnificare cultū templi ad honorē dei.
Cū arcam de sylo reduceret plura milia can-
toz; musicis instrumētis deū laudantiū: et
sistranitoz; cōstituit. Et cantorib; quidem
quosdā alios p̄posuit: quib; omnib; yditum
Asaph. ochan. Eman p̄fectos adhibuit. Ja-
nitorib; vrb; filios chore p̄fecit. quoz; no-
mina Esdras frequenter in titulis posuit: tū
p̄ bonore ministerij: tū p̄ter noīm interpre-

tationes. Ipse qz dauid cum psalterio mo-
dulans ante arcā in tabernaculo: ad diuinū
cultū ceteros inuitauit. Et quēadmodū sin-
gule modulatiōes illius instrumenti voca-
bantur psalmi. ita et singule p̄ticle hui; li-
bri vel clausule iuxta spūalem qz intelligen-
tiam in psalterio et nō in alio instrumēto mo-
dulabatur: et ab illo instrumēto liber nomē
sortitur. qz sicut illud instrumētū decē cor-
das habet: et sonū a supiori reddidit p̄ tactum
manuū. Vñ et dicit a psallin grece qd̄ est tan-
gere latine. ita liber ille docet obseruantia de-
cē mandatoz;: et nō p̄ terrenis: sed p̄ celestib;
q̄ sursum sunt bñ opari. Vñ tota nra opatio
tendere debet ad supiora et p̄ter illa fieri vt
semp dicamus. osanna in excelsis. et sursum
corda. et primū querite regnū dei. Et qz psal-
mus p̄tice dicit melos qd̄ p̄ motū et labore
manuū ex psalterio p̄cedit: ideo sepe p̄ bona
opatione ponit q̄ sine labore fieri non p̄t. Qz
autē psalmus et motu digitoz; et cōsonantia
vocis fieri solebat (p̄cutiebat enī cordas et oz-
ganum resonabat: et cū organo p̄ter ipse ver-
ba cantabat) hoc significat qz in nobis p̄so-
nare debet bona operatio et laudatio. Igitur
asaph yditum et ceteri hmoī: nō fuerūt aucto-
res psalmoz;: sed p̄positi artificibus qui psal-
mos p̄sonabāt trib; modis. vel hūane voce.
vel musicis instrumētis. vl' cōiter vtroq; mō.
Et hoc dupliciter vel post vocē instrumēto.
vel post instrumentū voce. Psalm; autē est in-
strumētū sonus. Canticū vero hūane vocis
cantus in laudē dei. Psalmi qz canticū cum
post instrumentū vox: s; canticū psalmus cū
post vocē instrumentū. Istos ergo. cl. psal-
mos spū dei reuelante scūs dauid cōposuit.
et licet quidā psalmi alioz; noīb; inticulēt
nō ideo factū est qz ipi psalmos p̄posuerūt: s;
p̄ter officia vt honorē de ministerio sume-
rent. Vel p̄ter mysteria que ex interpretatiō-
nib; noīm accipiunt;: ad que sermo sequēs p̄-
tinere videt. Unde ad maiorē euidentiā in-
terpretatiōes noīm quoz; undā videam;: per
quas subiectoz; psalmoz; pandunt intelle-
ctus. Yditum interpretatur transiliēs eos. i. re-
manens in mūdo herētesq; terrenis de quo
transiliente agit in psalmo. xxxv iij. qz est de
eterna b̄titudine. et docet a dilectiōe seculi ad
legē dei: et inde ad eternitatē mente transilire
Vñ dicit canticū dauid p̄ yditum. i. transili-
ente. Transilire debem; et veri trāsiores es-
se de malis ad bona: de bonis ad meliores: de
instantib; ad nouissima: de tpalib; ad eterna.
Primo p̄uisione. secundo p̄uisione. tercio

consideratōe. quarto imitratōe. sicut intellige
de alijs psalmis q̄ de yditū intitulant. Cho
re interpretat caluaria: q̄ fuit locus dñice passi
onis. Un̄ p̄ caluaria christi passio intelligit
filij ergo chore sunt filij passionis. filij cru
cis q̄ tropheū christi. i. signū crucis in fron
te cordis et corpis susceperūt. et in cruce dñi
nri iesu christi cū aplo gloriant. et sicut q̄s de
us hic affligi p̄mittit castigās tanq̄ filios vt
sunt filij chore. i. passionis: vt discat appetere
spūalia et eterna. Et his talibz attribuit intel
lectus psalmi. xl. et sequit̄ plures alij. Ses
pe intitulant psalmi cū hac adiectōe: filij
chore. i. christi et passionis ei⁹. vt inculcet no
bis iugis memoria dñice passionis. Asaph
hebraice: latine p̄gregatō: grece synagoga in
terpretat. Et licet cōgregatio sit quozūcunq̄
collectio: p̄prie tñ synagoga dicit̄ p̄gregatio
p̄li filioz israel. In cui⁹ p̄sona fm̄ p̄tem si
delem p̄pter certius testimoniū loquit̄ p̄pha
in ps. xli. p̄ quā magis confutant̄ increduli
iudici: qui iam sibi p̄tra h̄ q̄ prius agebat te
statur vt credibilis sit. Et sequunt̄ plures
psalmi alij de asaph intitulati. Eman inter
pretatur frater ei⁹. Fr̄es aut̄ christi bi sunt q̄
in cruce gloriant. sicut ap̄ls qui ait. Vbi
aut̄ absit gl̄ari nisi in cruce dñi nri iesu chris
ti. qui sunt veri israelite. i. deū vidētes. sicut
ad lram eman fuit israelita. De h̄ agit in ps.
lxxxvij. qui dicit̄ intellect⁹ eman israelite. i. il
lorum qui sunt fr̄es christi in cruce gloriant
tes et deū videntes. Vel Eman ebraice dicit̄
id est aduena. dicit̄ enī fuisse quidā de p̄tibz
orientalibz scz de esra. Et sic est intellectus
qui illoz se aduenas et p̄grinos reputant in
hoc mūdo. qz nō habem⁹ hic manentē ciuita
tem s̄ futurā inquirim⁹. Echan interpretat̄
robustus: qd nullus est nisi in spe p̄missōis
dei: p̄ quā nemo digne supplicās decipit: qd
verus israelita intelligit. De hoc agit in ps
lxxxvij. qui dicit̄ intellect⁹ echan israelite.
Id est robusti q̄ vere deū videt. Ut dicit̄ Je
ronimus. Nihil felici⁹ christiano cui regnū
celoz p̄mittit: nihil piculosius cū sp̄ de sta
tu piclatur. nihil forti⁹ cū ab eo diabolus
vincit. nihil infirmius cū a carne sua vinci
tur. De his ergo p̄missis plerūq̄ in titulis
psalmoz sit mentio. tñ p̄ officij reuerētia. tñ
p̄ nois interpretatōe. De alijs vero q̄ in psal
morum ponunt̄ titulis in suis sp̄aliter pate
bit locis. Des igit̄. cl. psalmi merito ipsi da
uid attribunt̄ p̄ vt supra manifeste ex titulo
libri huius colligit̄: et ex glosa ordinaria et
pluribz alijs locis auctēticis habet. Ambros

sius etiā et Gregorius plures psalmos noibz
alioz p̄notatos vel nullius noie intitulos
soli dauid attribuit. Et in hac opinione tā
q̄ cōtori et magis p̄babili plures p̄ueniunt.
Augustin⁹ q̄s manifeste h̄ idem sentit. q̄ in
xvij. li. de ciui. dei. c. xliij. sic dicit. Erat autē
dauid vir in canticis eruditus qui armoniā
musicā nō vulgari voluptate s̄ fideli volūta
te dilexerat. eaq̄ deo suo q̄ ver⁹ est deus my
stica rei magne figuratōe seruies. diuersoz
enī sonoz rōnabilis moderatusq̄ p̄centus:
cōcordi varietate p̄pactā bene ordinate ciui
tatis insinuat vnitatē. Deniq̄ ois fere p̄phe
tia ei⁹ in psalmis est: q̄s. cl. liber p̄tinet: quem
psalmoz vocam⁹. in quibz nōnulli volūt so
los factos esse a dauid qui eius noie inscri
pti sunt. Sunt item qui putāt nō ab eo scōs
nisi q̄ p̄notant̄ ipsius dauid. qui vero habent
in titulis ipsi dauid ab alijs factos persone
ipsius fuisse coaptatos. Que opinio voce eu
angelica saluatoris ipi⁹ refutat̄: vbi ait q̄ ipse
dauid in spū christū dixerit esse dñm suum.
Dñm ps̄ centesimus nonus sic incipit. Dixit
dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec po
ini. tu. sca. pe. tuoz. Et certe idem psalm⁹ nō
habet in titulo ipi⁹ dauid: s̄ ipsi dauid. sicut
plurimi. Vbi aut̄ credibilis vident̄ existi
mare qui oēs illos. cl. psalmos ei⁹ opi tribu
unt. eūq̄ aliq̄s p̄notasse etiā noibz alioz ali
quid qd ad rem p̄tinet figurantibz. ceteros
aut̄ nullius hois nomē in titulis habere vo
luisse: sicut ei varietatis hui⁹ dispositōes q̄
uis latebrosam non tñ inanē dñs inspirauit.
Nec mouere debet ad hoc credendū: q̄ non
nulloz noia p̄phetaz q̄ longe post dauid re
gis tpa fuerūt: quibusdā psalmis in eo libz
legunt̄ inscripta: et que ibi dicunt̄ velut ab
eis dici vident̄. Neq̄ enī non potuit p̄pheti
cus spūs p̄betanti regi dauid hec etiā futu
rorum p̄phetaz noia reuelare: vt aliud qd eo
rum p̄sone cōueniret. p̄pheticē cantaret. sicut
rex Josias exorturus et regnatur⁹ post an
nos ampl⁹ q̄ trecetos cuidā p̄phete qui etiā
facta eius futura p̄dixit cū suo noie reualat⁹
est. Hec Aug⁹.

Cōsistit aut̄ liber iste in centūquingenti
ta psalmis. qui numer⁹ celeberrimis adnota
tur mysterijs. Cōstat enī ex octogenario et se
ptuagenario: qui idem significat qd octona
rius et septenarius. Et idē mysteriū est in sim
plicibz et in p̄positis. Quia sicut quindenari
us ex. xv. surgit vnitatibz. sic. cl. ex. xv. dena
rijs. Octonarius aut̄ octauā significat resur
rectōis. quia cum sint sex etates viuentiū et

septima morientū: octaua erit resurgentū.
Septenari⁹ vero tps significat hui⁹ vite: q̄
septē diez agit reuolutōe. Docet ergo nos li
ber iste in hui⁹ vite septenario sic opari: vt in
octaua resurrectōis glorificemur. Itē octo
narius significat nouū testamētū. cui⁹ p̄res
octonario deseruiūt. obf̄uāt enī et colūt octa
uam diē resurrectōis christi. i. dñicā et octā
scōz. p̄pter resurrectōz octaua etate futura: et
expectāt eandē resurrectōz octāz. Septenari
us p̄o significat vetus testamētū cui⁹ p̄res
septenario seruiēbāt. obf̄uāt enī et colēbāt
septimū diē a p̄mo die creatōis. i. sabbatū: se
ptimā ebdomadā. septimū mensem. septimū
annū septime decadis. i. iubileū. Per h̄ ergo
innuīt q̄ liber iste vtriusq̄ testamētī cōtinet
doctrinā. Distinguit aut̄ liber iste p̄ tres q̄n
quagenas q̄ tres status electoz significat scz
penitentū. in iusticia p̄ficientū. et p̄uenien
tium. Ideo p̄ma quingena finitur in p̄nia
scz miserere mei de⁹. Scōda in iusticia scz mi
sericordiā et iudiciū cātabo tibi dñe. Tercia
in laude eterna scz ois spūs laudet dñm. Vi
sunt tres status christiane religionis sic enī
ad eternā tendim⁹. vta. Prius p̄ p̄niam p̄cā
damnam⁹: vocāte deo ad p̄niam q̄s apud se
in occulto p̄destinauit ad vitā. Inde p̄ mise
ricordiā iustificari bñ viuim⁹ ne iudiciū in
futuro timeam⁹: deo vocatos iustificāte h̄ p̄
misericordiā et timorē iudicij. Tandē ad vitam
gl̄ificati intram⁹ vbi deū sine fine laudam⁹.

De modo tractandi est sciendū q̄ p̄pheta
frequent̄ p̄sonas mutat. Talis est enī vsus p̄
p̄betie p̄ vt in multis locis p̄t. modo p̄uer
tit se ad familiarē dñi locutōz. modo ad audi
entes vt eos edificet et instruat p̄ suū sermo
nem: modo loquit̄ in p̄sona sua: mō in p̄sona
christi et capitis: modo in p̄sona mēbroz seu
corpis. modo in p̄sona vtriusq̄. De christo
capite agit tribz modis. aliq̄ fm̄ diuinitatē
aliq̄ fm̄ hūanitatē. q̄nq̄ p̄ transumptōez vt
q̄n vtr̄ voce mēbroz. De corpe seu mēbris
etiā agit tribz modis. Aliq̄ fm̄ p̄cōs. aliq̄
fm̄ imp̄fectos. Interduz fm̄ malos. Aliq̄
etiā qd futurū est p̄phetando p̄dicat. aliq̄ p̄
pter p̄pheticē certitudinē ipm̄ futurū tanq̄ p̄
tetitum ponit. Hos enī est p̄phetaz vtr̄ nūc
verbis p̄teriti tps nūc futuri: qz quantū ad
ostensionē sepe q̄ dieunt̄ sunt p̄terita et quan
tū ad ipam rem futura. Diuersus q̄z in h̄ li
bro inuenit̄ sensus scz l̄ralis seu historic⁹: et
mysticus seu sp̄ualis. Un̄ Notandū q̄ liber
sacre scripture hoc habet speciale: q̄ sub vna
l̄ra plures sensus p̄tinet. Hui⁹ vero rō est: qz

principalis auctor sacre scripture est ipse de⁹.
in cui⁹ p̄tate est nō solū vtr̄ vocibz ad aliud si
gnificandū qd etiā hoies facere p̄nt et faciūt.
Sed etiā rebz significatis p̄ voces vtr̄ ad si
gnificandū alias res. Et ideo cōe est omnibz
libris: qz voces aliquid significēt. S̄z sp̄ale
est libro sacre scripture qz res significate per
voces aliud significēt. Scōm igit̄ primā si
gnificatōz q̄ est p̄ voces accipit̄ sensus l̄ralis
seu historic⁹. Scōm p̄o aliā significatōez
q̄ est p̄ ipas res accipit̄ sensus mystic⁹ seu sp̄i
ritualis. Et hic sensus scōs triplex est in ge
nerali qz si res significate p̄ voces referantur
ad significandū ea q̄ sunt in noua lege tra
dita sic accipit̄ sensus allegoric⁹. Si aut̄ re
ferantur ad significandū ea q̄ p̄ nos sunt agē
da: sic est sensus moralis vt tropologic⁹. Si
aut̄ referant̄ ad significandū ea q̄ sunt sp̄ra
da in b̄titudine futura: sic est sensus anagogi
cus Et dicit̄ ab ana qd est sursum et goge qd
est ductio. Un̄ p̄sus. L̄ra gesta docet: qd cre
dis allegoria. Moralis quid agis: q̄ tendas
anagogia. Et istoz q̄tuoz sensuū p̄t poni ex
emplū in hac dictōe ierusalē. que fm̄ sensum
literalē significat ciuitatē illā terrestrē in iu
dea. fm̄ vero sensum moralē significat fide
lem aiām. fm̄ p̄o sensu allegoricū significat
ecclesiā militantē. fm̄ vero sensum anagogi
cū significat ecciām triumphantē. Et sicut po
situm est exemplū in vna dictōe: ita posset po
ni in vna orōe. et sicut in vna ita et in alijs.

Liber aut̄ iste plus ceteris in ecclesia fre
quentatur: qz est p̄summatō tot⁹ theologie
Dic enī describunt̄ p̄mia bonoz et supplicia
maloz. status incipientū. p̄ficientū. p̄fectoz
rum et p̄uenientū. actiuoz et p̄templatiuoz.
Item frequent⁹ legit̄ p̄pter spem venie: vt nul
lus quantūcūq̄ p̄cōz desperet cū audit̄ pec
catorē tantū scz dauid: tanta gr̄a sublimatū.
sicut et ex sauli p̄uersione et p̄motōe de dei mi
sericordiā plene certificamur. Un̄ et ep̄le ei⁹
in ecclesia frequentius legunt̄. Item qz dauid
aptius et p̄fectius loquit̄ de christo q̄ aliū p̄
phete: ita qz magis videt̄ euāgelizare q̄ p̄phe
tare. Item qz nulla scriptura alia habet tot
orōes immixtas et tot salutare effectus p̄ q̄
bus alleq̄ndis sūt orōes. Propter rōnes er
go p̄dictas iuste in orōnibz psalmi assumunt̄
et in frequentiori vsu ecclē habent̄. Hinc est qz
omnes viri ecclesiastici et p̄cipue religiosi ad
hūc libz p̄ diligēs studium merito debēt se
trāsferre: vt ea que q̄tidie tenent̄ orare et psal
lere discant̄ intelligere: et sic intelligēdo gu
stent̄ gustu interiori dulcedinē istius sapiētie
a iij

salutaris scz libri diuine laudis. Nam pter
vilitates sup positas etia ex h distractoes p
varias cogitaoes pluriu fantasmaru: diabo
li instinctu et suggestione incidetes: ac ipos
orantes z psallentes piculose impedietes faci
lius cuitant. rediu orandi et psallendi meli
tollit. interesse diuino officio quilibet eo am
plius delectat. fructu oronum suaz no pri
uatur. meritū suū auget. tota celi curia letifi
catur et iocundat. Un hoz gra anq ad ex
positionē lfe accedat aliqua ecclesiasticis vi
ris et maxime religiosis vtilia sunt pmitten
da. Et qz psalmus dicit laus dei cū cantico.
Primo videndū est de vtilitate cātus vocal.
scdo de mō cantādi atq psallendi. tercio de
attentōe in officio diuino z alijs ordibz adhi
benda. q̄rto qliter q̄s ad orōz sedz pparare.
q̄nto de orōis instātia z ei⁹ exaudibilitate.

Circa primū scz de vtilitate cant⁹ vocalis
Notandū ē. qz licz heretici vocales ecclie can
tus rep̄bendat: ecclia tñ nō sine multa rōne
eos instituit: habet enī hmōi cant⁹ seu iubi
lus multos effectus vtilēs: Un⁹ est qz cor li
q̄facit in affectū sc̄m. Un de Aug⁹. scriptū ē
qz flebat vberime in hymnis z canticis: sua
ue sonantis ecclie vocibz vberemeter affectus.
Et iterū qz intentus modulatoī hymnoz et
melodie psalmoz reficiebat delectabiliter: et
flebat hilariter. Itē iubilus laudis mentē ele
uat oculos cordis attollit. vñ multi rapiunt
in extasim in hmōi iubilatoe. Et ideo postq̄
dictū est in ps. in ecclis b̄ndicite dño: sequit
ibi. beniamin in mētis excessu. Itē tristitiaz
malā depellit. Un glo. sup illud Jacobi. tri
statur aliquis v̄m oret et psallat zc. Crebra
psalmodie dulcedo nocine tristicie pestē re
pellit. Ideo dicit dauid. Exultabunt labia
mea scz interiora z exteriora cū cātauero tibi.
Itē pparat viā cordis dño: ad infusione ml
tiformiū graz. Un ps. Psalmū dicite noi ei⁹
et sic iter facite. Et in libro regū dicit: qz cum
caneret psaltes facta est sup eū man⁹ dñi. Et
isti sunt q̄tuor effect⁹ in aia. Itē diabolū fu
gat. Un in libro regū dicit qz David psallen
te recedebat spūs malus a saul z meli⁹ habe
bat. Itē deū delectat. Un in canticis ip̄e dicit
ecclie. Sonet vox tua in auribz meis vox enī
tua dulcis. Itē militantē eccliam vertit in sili
tudine triūphātis: qz sp̄ iubilat et laudat. Un
Bern. Pibil in terris ita p̄re rep̄ntat quen
dam celestis habitatois statū sicut alacritas
laudantiū deū. Itē inimicos p̄turbat. vñ in
libro palip. Cūqz cepisset laudes canere ver
tū dñs insidias inimicōz z p̄culli sunt. Feli

ces effectus isti felicitis iubilatois. Que duru
tiam cordis resoluit. q̄ terrenā mentē eleuat.
q̄ tristitiā seculi depellit. q̄ ad susceptōz diuī
ne b̄ndictōis p̄parat. q̄ diabolū fugat: deū de
lectat. militantē eccliam triūphanti assimilat
hostesqz ip̄i⁹ pfundit. Ergo qz vtilē z qz sa
lubre est canere ac deuote frequenter psallere
psalmos: p̄pter istos z alios prius tactos fru
ctus et effectus salutareos.

Circa scdm scz de modo canēdi atq psal
lendi est diligenter aduertendū qz in modo
cantandi qlibet p̄sona ecclesiastica z maxime
religiosa sp̄ plus tenetur et debet placere deo
qz hoibz. Quicūqz aut studet deo placere in
cantando quāto puri⁹ z simplicius deo can
tauerit tāto magis deo placebit. Plus enī at
tendit deus deuotōz z puritatē cordis qz mo
dulationē vocis. Un quidā ait. Nō vox sed
voti: nō musica cordula s̄ cor. Nō clamor
sed amor: sonat in aure dei. Un et Aug⁹. Cū
mibi inquit accidit vt mibi ampli⁹ cantus
qz res q̄ cantatur moueat: penaliter me pecca
re p̄titeor. et tūc malle nō audire cantantē.
Cum aut fratres in choro ad diuinū officiū
steterint: caueat sibi quilibet ne sit piger z fa
stidiosus: sed cogat corpus et sp̄m stare reue
renter: et psallere deo alacriter coraz angelis
qui ibi p̄ntes assistunt: dicēs cum psalmista.
In p̄spectu angeloz psallā tibi. Risus z ver
ba inutilia frater penitus detestet: vbi coraz
dño maiestatis cum metu et reuerentia assi
stere debet. Verba psalmodie distincte z in
tegre p̄nunciet: nō sincopando aut nimium
accelerando. Un Bernardus fr̄es suos am
monet dicēs. Vos moneo dilectissimi stre
nue interesse laudibz diuinis vt sicut reuerē
ter ita z alacriter dño assistatis. Nō pigri. nō
somniales. nō oscitantes. nō p̄centes vocibz
non p̄cedentes verba dimidia. nō integra
transilietes. nō fractis et remissis vocibz mu
liebre quoddā de nare sonantes. sed virili vt
dignū est sonitu et affectu voces sancti spūs
depromentes. Vbi nota exemplū cōtra pi
gros et fastidiosos in diuino officio ap̄tissi
mum. Fertur enī qz cum duo fr̄es quadā no
cte sedendo in lectis suis sic quasi cubando
dicerēt p̄ter matutinū affuit diabolus cū fe
toze intolerabili dicens: ad talē orōnem tale
debetur incensum.

Circa terciū scz de attentōe in officio di
uino z alijs ordibz adhibenda. Est sciendū
qz summo conatu debent omnes viri ecclia
stici et maxime religiosi dare opam vt verset
in corde quod p̄fertur in ore. In orōne enī

petimus vt deus nobis intendat. Quō autē
pbabile est qz h faciat deus: si nos nobis nō
intendim⁹: Un Bernardus. Quō mibi in
tendit qui mibi non intendo. Item qd ma
gis efficac⁹ est in orōne est ex pte cordis. Un
Aug⁹. Potius ad vocē cordis qz corpis au
res eius. Et Isidorus Oratio cordis est nō
labioz: neqz enī deus dep̄cantis verba inten
dit: sed orantis cor aspiciat. Qui ergo cor nō
habet in orōe: subtrahit qd melius est in ora
tione. Necessaria est ergo cordis intentio vt
qd ore p̄camur h etiā mente meditemur. Ad
hoc hortabat Bernardus dicēs. Vos mo
neo pure interesse laudibz diuinis: vt nil ali
ud dñi psallatis qz qd psallitis cogiteris. spūs
enī scūs illa hora grata nō recipit: quicqd al
nd qz debes neglecto eo qd debes obtuleris.
Et iterū: ad psalmodiā sp̄ cor habeas nisi ad
aliud sublimi⁹ rapiaris. Nō enī que ibi di
cuntur vsqz ad vñā l̄am te noueris p̄ certo
debitore. vel dicendi in choro tuo vel audiē
di in alio. Inter oia aut opa bona vt testatur
abbas Agathon orare deū est difficillimū et
plus habet laboris. qz sp̄ demones festinant
interrumpe orōem: scientes qz ex nulla re im
pediunt sicut p̄ orōz susam ad deū. Et inde
est qz in p̄ncipio oim hozaz canonicaz ma
nientes nos signo crucis p̄tra infestatōes di
aboli dicim⁹. Deus in adiutoriu meū inten
de. de cui⁹ p̄ficili efficacā in collatōe abbat
Isaac dicit. qz recipit oēs affectus quicunqz
p̄nt b̄siane nature inferri. et ad oēs incursum
p̄uenienter aptat. Habet enī p̄tra oia disci
mina imminētia p̄tectoēz diuine inuocatōis.
habet p̄sideratōēz p̄rie fragilitatis. habet fi
ducia exauditiōis. Nō infestatōēz demonū
patientibz inerpugnabilis murus est: et cli
peus munitissim⁹: defendēs nos p̄tra oim vi
ciorū impugnatōz. In q̄cunqz enī tribulatōe
vel necessitate cōstitur: habet dicere: deus in
adiutoriu meū intende: dñe ad adiuuanduz
me festina. Sciendū aut qz sicut dicit Aug⁹.
si qd parū intelligat psalmū credat tñ aliqd
boni esse in eo qd cantat: nō oino sine fructu
est. Idem credo si qd bñ intelligat et conet in
tendere: sed ex fragilitate distractus nō atten
dat actualiter ei quod cantat.

Circa quartū scz qualiter quis ad orōēz se
debet p̄parare Notandū est: qz sicut in colla
tōne abbat Isaac dicit. q̄les in orōibz vo
lumus inueniri: tales nos an orōis tps p̄pa
rare debemus. Ex p̄cedenti enī statu mens in
supplicatōe format. et idcirco q̄cqd volum⁹
vt nobis orantibz nō subrepat: an orōem de

nostro pectore debemus euellere. Quicquid
enī an horā orōis mēs n̄ra p̄cepit: necesse est
vt hoc nobis orātibz p̄ recordatōz occurrat.
Studeat ḡ frater vt cogitationū tumult⁹ va
leat euitare z p̄p̄c̄ incipiat officiū cor ad de
uotionē excitare. Ideo enī tā desides z tepi
di sum⁹ in diuino officio qz an nō sumus de
uotionē excitati et ita exim⁹ sicut intrauimus
frigidi z dissoluti. Cū p̄o officiū incipit co
gitatōibz vagis iā reiectis: mentē sursum ad
deū habeam⁹ intendētes his q̄ psallunt. Ali
oquin si p̄mo cogitatōibz aditū p̄buerimus
postea tumult⁹ eaz vit euadere poterimus.
Antiquus enī hostis serpens lubricus est: cu
ius si capiti nō resistit tor⁹ in intima cordis
dñi nō sentitur illabif. et vt fortis armat⁹ co
natur custodire atriu suū. Et p̄tra h multuz
valet si mox frater vt a somno euigilat cogi
tatōes abijciat: quibz eū diabolus occupare
vellet: et p̄mitias cogitationū suaz et actio
num offerat dño in orōe: vel aliq̄ bona medi
tatōe cū corpis exercitōe: videlicz genuū fle
xione manū p̄tensione. brachioz in modū
crucis expansionē. toti⁹ corpis p̄tatioē z sili
bus vt doceat in. xxi. patrū collatōe. et q̄bus
affectus deuotōis excitat z spūs incalēscit: et
ex h frater tota die deuotior z expeditior erit.
Sciendū etiā qz sicut collatōe. ix. dicit. vt eo
feruore z puritate qua debet emitti possit orō
h nob sunt penit⁹ obfūada. Primo enī solli
citudō rez p̄p̄aliū ē penit⁹ abscedēda. Scdo
vt null⁹ negocij curā imo nec memoriā ad
mittam⁹. tercio vt detractōes vaniloq̄a z oēs
scurrilitates s̄lt amputem⁹. q̄rto ire z tristi
tie p̄turbatio ē erudēda fundit⁹. q̄nto vt fomi
tē carnalis p̄cupiscētē: a corde n̄ro radicit⁹
euellam⁹. et ita q̄buslibet vicijis penit⁹ absce
dit: iactāda sunt primū fundamēta hūilitatē
p̄funde q̄ turrim illā p̄celsam celos penetrā
tem feruore scz z deuotōz orōis valeat susten
tare. deinde supponēda est virtutū constructio
p̄ quā mens ab oim euagatione lubrica possit
cobiberi et ad p̄tensionē diuinā z excess
sus theozicos incipiat sublimari: ac si semp
sibi dicatur sursum corda.

Circa quintū et vltimū scz de orōis instā
tia z ei⁹ exaudibilitate. Est sciendū qz oportz
instāter orare. Un p̄ceptor n̄ nō simpliciter
ait orate: sed inquit orōibz instate. Nō enī p̄
pter h est desistendū: si obstrepentiū cogitati
onū tumult⁹ mentē ab orōe abstrahat: aut si
nō statim de⁹ exaudiat. s̄ ē p̄seuerāter instan
dū orādo atqz psallēdo: quicqz importunas
desiderioz carnaliū suggestiones que n̄ris

obstreperunt sensibus: fortissima intentio superemus. ac tam diu insistendo: quibus persistendo vincam. **Uñ Hugo.** Amat inquit deus instantiam et importunitatem in prece. Si magna sunt premissa non debent esse desideria pura. Cum magnitudine enim premissorum concordare debet magnitudo desideriorum. **Et** si ad primas lachrymas dominus non exaudit: nec sic quidem a querendo et pulsando desistendum est: sed tanta potius precorandum instantia: tantoque obstinato clamore frequenter saluator donec impleat orantis desiderium. Est autem sciendum quod triplex est oratio: scilicet vocalis de qua dicit psalmista. **Vocem meam ad dominum clamavi.** Et mentalis de qua iterum dicit. **Desiderium pauperum exaudiuit dominus.** Et actualis sive operis que fit bene operando: quod non desinit orare qui non desinit benefacere. **Sciendum** etiam quod et si instantia orationis multum valeat ad eius exauditibilitatem non tamen spiritus etiam viri sancti in eo quod petit exaudiunt: imo plerumque mali in sua petitione a deo exaudiuntur: non autem boni. sicut ostendit **Augustinus** in exemplis. **Constat** enim quod **Paulus** apostolus instanter oravit ut auferretur ab eo stimulus: et tamen non fuit exauditus. **Diabolus** autem in sua petitione exauditus fuit: cum petit sibi dari preteritum in **Job.** et cum petit se mitti in porcos. **Sed** ut subdit **Augustinus.** apostolus stolus est magis exauditus. **Apostolus** enim exauditus est ad salutem et si non ad voluntatem: sed **diabolus** ad damnationem. **Non** ergo peritari debet bonus homo si in eo quod petit non exaudit ad suam voluntatem quod plerumque sibi noxius esset. **Et** ponit **Augustinus** exemplum de medico: a quo si petat infirmus aquam frigidam: si novit obesse non dat: si potest statim dat. **Disce** ergo ait **Augustinus** rogare deum et medico committas quod ipse novit faciat. **Tu** morbum confitearis ille medicamentum exhibeat: tu tamen charitatem tene. **Nam** ille seculari vult: videri vult. tu si clamas et non exaudieris in adustione et tribulatione. novit ille quibus putredo est. **Tu** iam vis ut renocet manus: et ille vulneris sanguinem attendit: scit quousque perveniat. **Non** exaudit ad voluntatem sed exaudit ad salutem. **Hec Augustinus.**

Dis ergo premissis tanquam exhortationibus ad psallendum et cantandum psalmos et divinum officium instantius et libentius ad orandum attentius et ferventius. **Nunc** ad aliqualem expositionem psalmorum procedamus: premissendo ut contra circa quemlibet psalmum quis auctor ipsius psalmi. quis titulus. que materia. que intentio. que sententia in generali. **Sequitur** titulus primi psalmi.

Psalmus de christi sive de vici iusti perfectione et felicitate Impiorumque vanitate et damnatione.

Ps. i.

Status vir qui non

abijt in consilio impiorum et in via peccatorum non sedit: et in cathedra pestilentie non sedit.

Auctor huius psalmi prope ignorat: tamen magis contra credit fuisse **Esdras.** propha que legem repavit et sic etiam psalmos in libro recollectit: et sive recollectio huius psalmi per modum cuiusdam plagi proposuit. **Ipsa** enim psalterium et tota bibliotheca a **Babylonis** combusta instinctu spiritus sancti reformavit. preter quinque libros **Moysi** que apud **Samaritanos** inveniunt. et eorum de spiritu revelante psalmos ita disposuit: eiusque titulos apposuit. **Sic** enim est titulus in psalmo quod clavis in domo. quod sicut per clavem referatur domus ut sit ingressus in eam: sic per titulum aperitur psalmus ut sit introitus in eius intelligentiam. **Sed** huius psalmi ideo titulus non apponitur: ne titulus prescripti libri caput et initium videretur. quod psalmus ille principium est et profatio: ac que si plago et titulus libri prescripti. **Sicut** enim titulus illuminat et tota sequente materia prelat sic ille psalmus tota materia sequentis operis tangit et ostendit. **Uñ** in sequentibus christus cum caput libri appellat dicens. **In** capite libri scriptum est de me. **Materia** psalmi est christi bonitas et perfectio: impiorum vero miseria et eterna damnatio. **In** tertio ad bonum homines allicere et iuxta posse eos christo reformare: et a malo per exemplum damnationis impiorum retrahere. **Secundo** in generali. propha in isto psalmo tanquam in plago capite et principio libri: agit de illo que est caput et principium omnium. scilicet christo describens et pronuncians ipsius perfectio et felicitatem. **Impiorum** vero vanitatem et infelicitatem. quod igitur omnes ad beatitudinem tendunt nec bene esse nisi per christum pronunciantur: proponit nobis christum in exemplum. et incipiens a beatitudine ostendit eum ab omni malo liberum per remotioem eorum que in primo homine fuerunt. **Uñ** ad hunc versus operatione veteris ade. qui ideo infelix et miser. quod abijt in consilio impiorum scilicet serpenti et eum presentens. in via peccatorum stetit: ope peccatorum. **In** cathedra pestilentie sedit: alijs exemplum peccandi dandum: docens. et sic erat impius quod peccavit in deum peccator quod in se. pestilens quod in proximum. **Sed** novus **Adam** qui peccata delent est felix et beatus. quod nullo predictorum modorum peccavit. **Sententia** in speciali: primus ergo homo infelix: sed secundus (Beatus est vir) scilicet ipse christus: qui ab instanti sue conceptionis fuit beatus beatitudine clare visionis et perfecte fruitionis. **Et** vir

contra prospera et adversa firmus: ac in omnibus virtutibus sanctus et perfectus (qui non abijt in consilio impiorum) iniquis consilijs eorum consentiendo (Et in via peccatorum non stetit) malum operando (et in cathedra pestilentie) et contra tagij (non sedit) doctrinam erroneam et infectam docendo. **Hoc** est non cogitavit malum. non fecit malum: non docuit malum sive per verbum sive per exemplum. **Dicto** ergo quod christus immunis fuit ab omni malo: ostendit quod plenus omni bono dicens.

Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.

Sed in lege domini scilicet dei patris (voluntas eius) fuit quia a preceptis patris nunquam filius discordavit. **Et** quibus verbis colligimus quod preceptis dominicis non ex necessitate sed voluntate non timendo sed amando obedire debemus. **Et** hec voluntas non fuit ociosa vel ad horam. sed (et in lege eius meditabitur) non ut finem eam disputet sed ut finem eam vivat (die ac nocte). id est assidue et sine cessatione. **Uel** in prosperis et adversis que significari solent nocte dici et noctis. **Postquam** enim dixit christum plenum omni bono in se: ostendit eum utilem nobis dicens.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et erit tanquam lignum tanquam sic notat similitudinem: ut veritatis non excludat expressionem christus enim est vere lignum vite: quod est cibus vite quo quisquis vescitur: vita vivit et non moritur. (quod plantatum est) in incarnatione (secus) et iuxta (decursus aquarum). id est plenitudinem gratiarum: contra estum vicio: quod habet in se fluentia omnium virtutum et gratiarum cui non est spiritus datus ad mensuram. (quod fructum suum dabit in tempore suo) quia dum erat in mundo fructum bonorum operum dedit et aditum paradisi per passionem referavit: et nihilominus in presentem dat fructum gratie: et in futuro dabit fructum glorie.

Et folium eius non defluet: et omnia quecumque faciet prosperabuntur.

Et folium eius non defluet. id est verbum eius non erit instabile et irritum: sed immutabile et firmum. quicquid enim christus predicat: ad effectum omnino pervenit. **Et** bene folia verba dicuntur: quod sicut folia fructus tegunt sic verba christi premissiones eius custodiunt. et quid per singula: (omnia que faciet) scilicet fructus et folia facta et dicta (perstabunt) sibi et suis. **Quia** enim ad salutem nostram facta sunt. factis quidem ipsius

tanquam fructibus spiritualiter pasceamur: dictis vero eius tanquam folijs a vicijs obumbramur. et hec sibi ad fructum suum perficiunt et vitam eternam nobis obtinebunt. **Sed** non sic impij non sic: sed tanquam pulvis quem percipit ventus a facie terre.

Non sic impij qui carent bonitate morum (non sic) fructificant et perstabunt. quod a tanta et tali perfectione excludunt et nihil bonorum assequuntur. **In** repetitione autem immobilis firmitas ostendit. (sed) erunt (tanquam pulvis) aridi et infecti non habentes humorem gratie dei: leues et instabiles: et pravis suggestionibus cedentes (quem percipit ventus a facie terre) quod ventus superbie et impulsus tentationis percipit eos nunc a stabilitate mentis et virtutis. et deinde a presentia eterne stabilitatis et a spe seu visione patrie celestis. **Et** ideo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

Ideo quod peccati a deo (non resurgunt impij) obstinati prima resurrectione a morte peccati (in iudicio) discussiois ut se iudicent et discunt seque accusent et peniteant (neque peccatores) iudicentur (in consilio iustorum) quorum consilium est penitentiam agere et voluntatem dei suis voluntatibus preferre. **Uel** in futuro (non resurgunt impij). id est penitentia infideles (in iudicio). id est ut iudicentur quod iam iudicati sunt (neque peccatores). id est falsi christiani (in consilio). id est congregatio (iustorum) ut cum eis iudicentur. vel ut iudicentur in collegio iustorum qui escant. non enim habebit resurrectionem secundam ad immortalitatem que nunc habuit primam per confessionem et penitentiam. **Quoniam** novit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit.

Quoniam novit dominus. id est approbat et acceptat (viam iustorum). id est progressum vite eorum (et iter). id est progressum vite et opus (impiorum) per probationem sine fructu coram domino tanquam non approbatum sed reprobatum ab eo. **Ac** si diceretur (peribit) per non novit dominus. ut si sit nesciri a domino quod est perire. et si sit sciri a domino quod est manere. **Posse** dicit dominus per scientiam. ita novit tamen bona que mala. **Item** per approbationem et sic sola bona ut hic. **Item** per experientiam: et sic christus novit infirmitates nostras. **Dicit** etiam nosse quod facit nosse. ut ibi. nunc cognovi quod timeas dominum. id est feci te et alios cognoscere. **Moraliter** etiam potest ille psalmus de vnoquoque iusto intelligi. ut sic dicamus. **Quis** vir erit iustus: eritque beatus que non presentem in malo alteri. nec ipse malum facit aut docet: sed que non peccat cogitando: operando: per bis vel exemplis docendo. **Cuius** voluntas et meditatio spiritus est in lege domini. quod vir sanctus sacramentum spiritus domini ponere: et ad eius regulam actus suos dirigere.

Dic tanq̄ lignū firmiter stabilituz secus de
curfus aquarū plantat: cū p̄ infusionē sci spi
ritus in charitate radicali r̄ firmat. et q̄z cha
ritas nunq̄ octofa est: ideo fructū bonorum
opm̄ in tpe suo dabit: q̄z p̄ varijs t̄pibz va
ria opera exercēbit. Et folium eius. i. verba
eius non defluent in terram: sed potius de
deo r̄ de celestibz loquitur. Vel nō defluēt in
mortale peccatū. licet q̄nq̄ fluat: q̄z sermo ei⁹
in veritate p̄sistit: et a sup̄fluitate verboꝝ lin
guam p̄pescit. facta q̄z eius p̄sperant: q̄z ma
la bonis nō admiscēt. et bñ cepta vsq̄ ad fi
nem p̄ducunt. Nō solum aut̄ p̄spera: s̄z etiā
aduersa. nō solum bona sed etiā mala coope
rantur ei in bonū. q̄z post culpā fortior resur
git et cautior ad iusticiā redit: et miro modo
fit q̄ vñ peccauit inde iustior existit. Ubi au
gustin⁹. Nō scriptura ad imitationē media
toris dei et hoīm hoīs christi iesu fideles in
uitat: vt p̄ imitatōz ad similitudinē eius pue
nire mereant. Sic q̄z et hic primus p̄s docet
credentes vt largitorē r̄ auctore vere b̄tū
dinis sequant̄ declinando mala et faciendo
bona: vt pueniāt ad similitudinē ei⁹. Ubi et hi
larius. Speciosissimū aut̄ hoc r̄ dignissimū
incipiendoz psalmoz spūs sc̄is sumpsit ex
ordiū: vt humanā infirmitatē p̄ spem b̄tū
dinis ad innocēs religionis studiū adhorta
quando sustinet mala que non meruit et illud est melius. Tertius quando patienter sustinet mala pro bonis que fecit et illud est optimum. Sic fecit iste: secundum illud poete. Si vis vincere discere pati. Si inquam hoc feci et illud (decidam). i. cadam (merito) quia tale vel tale feci peccatum superatus (ab inimicis meis) me persecutoribus (inanis) et vacuus factus a fructu iusticie et boni operis ut deus: etus et imbecillus. Qui se vindicat occulte a diabolo superatur inanis factus vana et superba iactantie leticia.

Persequatur inimicus animam meam et contumelietur in terra vitam meam et gloriam meam in puluere deducat.

Persequatur (etiam) inimicus (impugnando) animam meam et vitam (et contumelietur) ad possidendum: et possidens (contumelietur) in terra vitam meam. i. me vilificet et quasi terram pedibus contumeliet. (et gloriam meam in puluere deducat). i. ad nihilum redigat diabolus persequitur animam suggerendo. decipiens comprehendit ad consensum peccati inducens. gloriam in puluere deducit in consuetudine detinens. vel persequitur tentando. comprehendit superando. contumelietur in terra: et contumelietur terram facit. i. celestia non sapientem: et gloriam que solida debet esse in conscientia in puluere deducit. i. ventro vanitatis euancescere facit quando non coram deo sed coram hominibus gloriam quis querit. Sed quia predicta non merui.

Erurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Erurge domine mihi in adiutorium opem ferendo (in ira tua) id est in vindicta contra inimicos per effectum iusticie iratum ipse ostendit (et exaltare). i. altus et superior appare vindicando sicut victor (in finibus). i. in possessione (inimicorum meorum) ut desinant possidere quos possident et possessionem amittant ibique exalteris. i. honoreris et glorificeris potius quam inimici ab illis qui prius erant possessio eorum. Et dicitur hic metaphorice in finibus exaltari sicut exaltatur princeps quoniam fines inimicorum suorum valet occupare.

Et erurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te.

Et erurge domine deus meus. i. more exurgenti auxiliare mihi et custodi me quod dormire videris quando non succurris (in pre-

cepto). i. secundum iudicium (quod mandasti) faciendo iusticiam de meis persecutoribus sicut tu mandasti iudicibus facere iusticiam de malis. vel ex opposito succurre seruantibus preceptum (quod mandasti) ut diligamus inuicem. et ita (synagoga populorum). i. congregatio de diuersis populis (circundabit te) et adheret tibi ad te ex omni parte tanquam ad certum refugium et defensorem suum currendo et de facto iusticie te laudando.

Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos

Et propter hanc scilicet congregationem (in altum regredere) ostendendo altitudinem tue potentie et iniquorum punitione et impiorum protectione. i. fac eos scire et experiri tuam potentiam mittendo eis defensionem contra hostes et ita erit: unde et mutans personam subiungit (dominus iudicat populos) iudicio discretionis et retributionis. nunc pius protegens et malos ordinans. et postea vnicuique secundum opera sua reddens: quia omnium est dominus et iudex generalis. Quod iudicium non timens ille perfectus audet orare.

Iudica me domine secundum iusticiam meam et secundum innocentiam meam super me.

Iudica me domine quia iudex es (secundum iusticiam meam). i. secundum meritum iusticie mee que est in faciendis bonis (et secundum innocentiam meam) que est in declinando a malis et non secundum desiderium et voluntatem hostium meorum. Felix anima et conscientia que bene potest dicere: que iusticia et innocentia sunt (super me) quia a deo sunt: et de supernis habeo non a me. Ergo quod anima iusta est et innocens non per se habet sed a deo. quasi diceret. quia iudex iustus es iuste iudica me iustas ferendo pro me sententiam. Sed iterum ante iudicium retributionis.

Consummetur nequicia peccatorum: et diriget iustus: scrutans corda et renes deus.

Consummetur. i. consummabitur et perficitur (nequicia peccatorum). i. perueniant ad summam nequicie ut possit iustum iam venire iudicium. et hoc non operatur sed predict. Sed quia non solum dictum est sordidus sordescat adhuc: sed et iustus iustior fiat annectit et dicitur: et hoc diriget iustum ut patientia eius consummetur et plus iustificetur quia mali sunt occasio directionis bonorum. quod enim lima ferro hoc est malus bono (scrutans). i. videns et sciens (corda) id est cogitationes (et renes). i. delectationes (deus)

scilicet quid quisque cogitet et quid queneq; de
lectet: et ideo videns eas bonas in iusto diri-
git eum: et non solum dirigit sed et adiuuat.
vnde subdit.

**Iustum adiutorium meum a domino: qui sal-
uos facit rectos corde.**

Iustum adiutorium meum) quo me iuste
adiuat contra malos. (a domino) scilicet est (quod
saluos facit rectos corde) qui in operibus suis
is rectam habet intentionem. Duo enim sunt
officia medicine. Unum quod infirmitates
sanat. Alterum quod sanitatem conseruat.
De primo dictum est supra saluum me fac
propter misericordiam tuam. De secundo hic
dicitur. iustum adiutorium meum a domi-
no qui saluos facit rectos corde. Et illa enim
et ista saluos facit: sed illa ex egritudine ad sa-
lutem transfert. hec in ipsa salute conseruat.
Ibi itaque est misericors auxilium: quia nul-
lum habet peccator meritum qui ad huc ius-
tificari precatur. hic autem iustum auxilium
est: quia iam iusto tribuitur. Sed o iniqui
quorum iniquitas consummatur.

**Deus iudex iustus fortis et patiens nun-
quid irascetur per singulos dies.**

Deus iudex iustus) singulis secundum merita
reddens (fortis) cui nemo potest resistere. Et
ne ideo sine aliqua spe formidetur: subdit. (et
patiens) quia modo in multa patientia ma-
los tolerat et propter conuersionem dissimu-
lat: metu iudicij terret et spem conuersis pro-
mittit. et vere patiens quia. (nunquid irasce-
tur per singulos dies) id est nunquid statim
infert penam cum aliquis committit offen-
sam. quasi diceret. non. quia quamuis quoti-
die cum offendamus ipse tamen quotidie non
irascitur sed patienter expectat ad penitenti-
am: que si non sequatur durius damnat et au-
gebit penam. Vnde ne audita patientia secu-
ri fierent pigri subiungit.

**Nisi conuersi fueritis gladium suum vi-
brabit: arcum suum tetendit et parauit
illum.**

Nisi conuersi fueritis) o iniqui a via ve-
stra mala et penitentiam egeritis. Dominus
(gladium suum vibrabit) id est punitionem
et vindictam manifestam exeret scilicet in fu-
turo quando christus choruscabit suis lu-
cens: impios terrens. et ne dicatis vobis non
fuisse predictum. (arcum suum) id est scriptu-
ram comminantiem (tetendit) minando ma-
lis ne putetur remissa eius patientia (et pa-

rauit illum) per leges latorum: per apostolos.
per expositores promulgando et intelligibi-
lem faciendo.

**Et in eo parauit vasa mortis: sagittas
suas ardentibus effecit.**

Et in eo) scilicet arcu scripture parauit va-
sa mortis) scilicet predicatorum qui inobedi-
entibus propinant de ea morte. Vnde apo-
stolus. Alijs sumus odor mortis in mortem
sed alijs sunt sagitte et odor vite. vnde sequi-
tur (sagittas suas) scilicet eosdem predico-
res (ardentibus) desiderio verbi et diuino amo-
re flagrantibus (effecit) id est efficaces et fru-
tuosas fecit vt corda eorum pungendo vi-
tam eis propinarent. Vel (sagittas suas) id
est scripture sententias cito penetrantes (ar-
dentibus) predictis (effecit) id est efficaces
boni operis per ipsos predicatorum fecit. De
inde tangit iustorum malorum culpam. d.

**Ece parturit iniusticiam concepit do-
lorem: et peperit iniquitatem.**

Ece) autem iniquus concepit ex sugges-
tione diaboli per consensum in peccato cui
debetur dolor. qui bene dolor dici potest scilicet
et malum et peccandi voluntatem in corde
ponendo per deliberationem quia mala vo-
luntas ipsa se torquet: ipsa sui supplicium est
(parturit) scilicet ipsum peccatum ad effectum
producere conando: quia parturire est niri
parere (iniusticiam) a iusticie regula discor-
dando. (et peperit iniquitatem) per operati-
onem: ipsius iusticie rectitudine impugnan-
do: scilicet peccatum extra opere perficiendo
per deliberationem. Inordinationem littere in-
ordinationem peccati signat. Malus enim
primo concepit voluntatem peccandi. secun-
do parturit per conatum ad implendum. tercio
parit in actu peccandi. Et sic

**Lacum aperuit et effodit eum: et incidit
in foueam quam fecit.**

Lacum) inferni (aperuit) concipiendo (et
effodit eum) parturiendo (et incidit in foueam
quam fecit) pariendo. Vel (Lacum aperuit)
malum proximo machinando (et effodit eum)
huic rei studium adhibendo (et incidit) id est
cadit (in foueam quam fecit) alteri. malum per
petrando quia prius in se quam in alium peccauit
Iniquitas enim prius ledit cor iniustum vnde
de procedit quam hominem iustum in quem ac-
cedit. Prius fraudator leditur damno inno-
centie quam alius pecunie. vnde sequitur.

Conuertetur dolor eius in caput eius

**et in verticem ipsius iniquitas eius de-
scendet.**

Conuertetur dolor eius) quem concepit
(in caput eius) id est mentem (et in verticem
ipsius) id est rationem (iniquitas eius) quam
peperit (descendet) quasi cum impetu id est
peccatum et malum suum in animam eius
revertetur et in ipsum retorquetur. Recte
erit iniquitas eius superior et ipse inferior:
cum ipse iniquitati sue sponte se subdiderit.
et in illum descendet quia grauat eum et one-
rat et cor sursum leuare et ad requiem sancto-
rum volare non sinit. hoc fit cum in homine
peruerso seruit ratio et dominatur libido. Et
quia hec perfectus iste iam euaserat laudat de-
um et dicit.

**Confitebor domino secundum iusticiam eius: et psal-
lam nomini domini altissimi.**

Confitebor) ergo (domino) confessione lau-
dis. id est laudabo dominum (secundum iusticiam
eius) id est pro iusticia vel propter iusticiam
eius quia iustus est et sic bonos protegit et
malos iuste punit. (et psallam) recte operan-
do. bene viuendo. spiritualiter gaudento.
Psallere enim iustorum ad gaudium perti-
net sicut penitentia peccatorum ad tristitiam.
(nomini domini altissimi) id est ad honorem
nominis dei non gloriam meam querendo
Doc etiam posset legi de confessione peccati
quasi diceret. sicut deus pure est iustus et si-
ne omni labe peccati et iniusticie ita ego pu-
re confitebor peccata mea sine omni excusati-
one et velamine. Potest etiam hic psalmus in
persona christi intelligi: si ea que ibi humili-
ter dicta sunt ad nostram infirmitatem quam
ipse christus gestauit scilicet ad humanam
eius naturam referantur. Oratio.

Scrutator cordis deus libera nos a per-
sequentibus nos et da nobis in tui expecta-
tione iudicij firmam custodiam mentis vt non
retribuamus inimicis mala pro bonis. Per d.

**Psalmus de christi magnificentia ho-
nore et gloria cuius gratia et virtute co-
stituta et corroborata est vniuersalis eccle-
lesia.**

Domine dominus
noster: quod admirabile est nomen tu-
um in vniuersa terra.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus
talit. In finem psalmus dauid pro torcu-
laribus. Hoc est psalmus iste est dauid pro

phete. dirigens nos in finem scilicet christum
qui est finis noster. Et agens pro torculari-
bus id est ecclesijs quia hic agitur de consti-
tutione et causa constitutionis ecclesie que
hic bonos et malos simul continet sicut tor-
cularia vinum et acinum. Torcularia sunt
martyria vbi corporibus calcatis anime ad
celum transeunt: et corpora in terra putrescunt.
Et quia hec sunt in ecclesijs ideo et ipse ec-
clesie torcularia dicuntur. Possunt etiam per
torcularia quique fideles intelligi secundum hoc quod
tolerant aduersa huius mundi. Quia ergo su-
pra ostendit quid bonis pro sua iusticia et
quid malis pro sua iniusticia debeatur: con-
sequenter nunc agit de constitutione ecclesie
in qua hic boni et mali necessario admiscen-
tur qui simul incipiunt crescunt et consum-
mantur sed boni in bonis et mali in malo. In
futuro vero sepabuntur non solum affectu
vt hic sed et loco. vnde monentur boni pa-
tientiam habere: et malos non solum patien-
ter sed et gaudenter tolerare. Materiam: christi
magnificentia et exaltatio. Intentio: christi
stium magnificare et eius inimicos scilicet iu-
deos et alios confundere: omnesque ad fidem
christi inuitare. Sententia in generali pro-
pheta in isto psalmo in persona ecclesie et o-
mnium fidelium laudes domino nostro iesu
christo decantat maiestatem atque magnifi-
centiam nature diuine ac humiliationem et
exaltationem nature humane super omnes
creaturas in ipso breuiter confitendo. Sen-
tentia in speciali: a laude ergo incipiens pro-
pheta ait. (Domine) omnium per potentiam
et generalem gubernationem qui es (domi-
nus noster) specialiter per cultum et venera-
tionem (quod) id est quantum (admirabile) id est
valde admirabile et grande (est nomen tuum)
id est gloria et fama (in vniuersa terra) non tantum
in iudea: quia a solis ortu usque ad occasum
laudabile nomen domini. quasi diceret. Tu
domine notus eras in iudea tamen et in israel
magnum nomen tuum. apparuisti inter nos
mortuus es propter nos. surrexisti. ascendi-
sti in celum. misisti apostolis spiritum sanctum.
quibus predicantibus in omnem terram exi-
uit sonus eorum. Et nomen tuum gloriosum
quod erat notum in gente vna factum est ad-
mirabile in vniuersa terra. Est terra viuorum
scilicet celum. terra mortuorum scilicet infernus. terra
viventium et morientium scilicet mundus. et in
his omnibus est nomen domini admirabile
et gloriosum.

Quonia elevata est magnificentia tua:
super celos.

Quoniam elevata est loco (magnificentia tua) id est dignitas tua et gloria de terrena humilitate (super celos) ad litteram. vel (super celos) omnes. id est super omnem eminentiam sanctorum et super omnes rationales creaturas etiam celestes et angelicas quos excedit. q. d. A mortuis resurgens in celum ascendisti. et qui humilis videbaris magnificus apparuisti. hinc enim apparet quod descenderis cum innocuit quod ascenderis. Et ideo quod magnificatus in gloria sublimatus es super omnes celos et super omnes etiam celestes ierarchias non est mirum si nomen tuum est per orbem terrarum mirifice sublimatum. valde etiam es mirabilis propter opera tua mirabilia et magna. Nam

Ex ore infantium et lactentium proficisci laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum et ultorem.

Ex ore infantium et lactentium. i. sumentium scilicet puerorum hebreorum (perfecti scilicet laudem) quando in templo clamabant et te laudabant confitendo tuam divinitatem. Vel (ex ore infantium et lactentium). i. apostolorum (perfecti scilicet laudem) quia ab horum predicatione crevit ecclesia. et tam hi quos illi dicuntur infantes et lactentes non pro etate sed pro simplicitate. quasi diceret. non solum a perfectis sed etiam ab incipientibus et imperfectis predicaris et laudaris: quod est laus perfecta. Si enim soli perfecti essent in ecclesia non ita consuleretur humano generi. et benefacis (propter inimicos tuos) scilicet gentiles mundi sapientes confutandos ne videatur hec sapientia humana sed divinitus data. quod stulta mundi degit deus ut confunderet sapientes. et bene dicit inimicos quia sapientia carnis inimica est deo. (ut destruas inimicum). i. errorem iudaicum christi et christiani nominis persecutorem (et ultorem) alia littera defensorum. i. hereticum qui se dicit veritatis defensorem cum tamen tanquam ultor impugnet eandem. Quos tu domine confutasti et destruxisti cum te aspirante ad fidem tuam venerunt parvuli: et in suo errore remanserunt philosophi ac legisperiti et heretici. unde et subditur

ff.
Quoniam videro celos tuos opera digitorum tuorum: lunam et stellas que tu fundasti.

Quoniam videro. i. iam per spiritum sanctum prevideo (celos tuos). i. apostolos. De quibus alibi dicitur Celi enarrant gloriam

dei. qui sunt (opera digitorum tuorum) quia operatione spiritus sancti. qui digitus dei dicitur. instructi sunt et perfecti. Dicitur autem hic pluraliter digitorum propter plura eius dona cum sit unus sicut plures digiti sunt in una manu. video etiam (lunam). i. ecclesiam uniuersalem (et stellas). i. ecclesias singulares per diuersa loca diuisas. vel doctores alios qui vel quas scilicet lunam et stellas (tu fundasti) in fide et solidasti non illi quia apostoli ministri sunt edificationis tu vero auctor et fundator: a quo sicut a sole iusticie ecclesia accipit lumen suum. Unde Gregorius Dicendo lunam et stellas et tacendo solem indicauit quia illi soli locutus est qui non solum solem et lunam et stellas corporaliter sed et lunam ecclesiam atque stellas omnes sanctos specialiter fecit. per hos ergo destruitur inimicus et ultor acerrimus. Deinde est vox prophete ad patrem de christo.

Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum?

Quid est homo qui licet vilis et miser et quale meritum eius (quod memor es eius) in bonum et ad consolationem scilicet miserando et a peccato et morte liberando. quasi diceret. nulum est hominis meritum dei beneficio dignum (aut quid est filius hominis) sed virginis. i. homo christus scilicet comparatote tui. (quoniam visitas eum) in unitate diuini superpositi assumendo. ac in tanta dignitate et magnificentia constituendo. hoc dicit quasi in admiratione terreni hominis et celestis quos omnipotens pater visitat: unum per misericordiam mirabiliter reuelans: alterum per diuinitatis gloriam ineffabiliter exaltans.

Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Minuisti eum paulominus. i. parum minus (ab angelis). i. minores fecisti eum quam angelos qui ad passibilitatem et mortalitatem. sed maior est eis in omnibus alijs: ideo postea (gloria) id est incorruptibili claritate corporis (et honore) ut omnibus sit venerabilis. Gloria enim est in se ad alios. Honor in se ab alijs (coronasti eum) quia circulus mundi ad fidem eius venit. Vel fecisti eum caput ecclesie que est parte coronata in operibus bonis. (et constituisti). i. firmiter stabilisti eum super opera manuum tuarum) dando ei preteritum super ea ut omnia sint ei subiecta. et ergo etiam super angelos a quibus eum minuisti. unde alibi ipse dicit.

Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Ideo sequitur.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues uniuersas: insuper et pecora capi

Omnia scilicet superiora et inferiora et media (subiecisti sub pedibus eius) id est sub dominio et potestate eius subiectione occulta vel manifesta: voluntaria vel necessaria. ut reflectatur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Deinde magis in speciali hoc exprimit dicens. (oues et boues uniuersas) Per oues innocentes et simplices in ecclesia intelliguntur qui sub regimine pastorum humiliter viuunt. Per boues ipsi rectores designantur qui operando terrenos fructificare faciunt. et hec duo de angelis et hominibus dicuntur. et quia non tantum bonos sed et malos ei subiecit recte quasi distinguendo a predictis sanctis subiungit (insuper et pecora campi). i. carnales more pecorum in amplitudine campi voluptatum et in latitudine vite que ducit ad mortem vagantes: non in montibus virtutum habitantes et nihil arduum nihil laboriosum ascendentes.

Volucres celi et pisces maris: qui pambulant semitas maris.

Volucres celi. i. superbos in celum os superponentes qui cogitatione et locutione tumidi et elati dum ceteros se inferiores pensant mente quasi in altum volant. (et pisces maris). i. curiosos (qui pambulant semitas maris) qui sequuntur perfluencia huius seculi et hec temporalia que tanquam semite in mari cito euanescent in profundo huius seculi perinacis studio inquirunt. In his autem tribus scilicet voluptate. curiositate et superbia concluduntur omnia vicia scilicet concupiscentia carnis. concupiscentia oculorum et superbia vite. de his fuit primus homo superatus et christus tentatus. Et quia tam mirabilis et tantus est christus: ipsum qui est principium et finis laudemus in principio et in fine et nunquam a laude eius cessemus. dicentes ergo. o.

Domine domine noster: quod admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Domine domine noster et omnium (quod) ineffabiliter (admirabile) et magni (est nomen tuum). i. honor tuus et fama. (in uniuersa terra) et ubique per omnia. Ecce conclusio quo totum tenet. Decenter autem principium repetit et ad caput redit ostendens in initium et finem boni ad deum referendum. Notatur et per hoc quod cum a deo originem traxerimus. quibus ab eo per peccatum

datum denicemus ad ipsum tamen in fine reuertere debemus. et in ipso vitam nostram et opera concludere et tunc ex parte misericordia merito dicere poterimus? hoc verbum Domine domine noster quod admirabile est nomen tuum. Oratio

Admirabile nomen tuum omnipotens deus supplices exoramus: ut qui omnem creaturam ad usum hominis subiecisti nos ad tue seruitutis officium dignos efficere digneris. Per do.

Exhibitio laudis diuine propter duplex iustum iudicium christi in aduentu eius duplici et propter reiectionem anti christi
ps. ix.

Confitebor tibi domine

mine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

Auctor psalmi propheta David. Titulus hic est In finem pro occultis filij psalmus david. id est psalmus ille David prophete qui hic loquitur in persona ecclesie: dirigens nos in finem id est in christum qui est finis omnium credenti. est pro occultis id est agit de occultis. filij scilicet dei. i. de humili aduentu christi: occulto iudeis sed vili gentibus. et de iudicio presenti id est pena qua nunc quisque vel exercetur ad purgationem vel admonetur ad conuersionem vel si contemnit execetur ad damnationem. Alia autem eius scilicet aduentus secundus et iudicium vltimum erunt manifesta omnibus. Postquam ergo egit de constitutione ecclesie in qua boni et mali admixti nunc sepantur animo sed postea etiam loco: nunc agit de vtroque iudicio scilicet presenti quo prima et futuro quo secunda sit separatio. Materia: duplex christi iudicium presens et occultum scilicet discretionis. futurum et manifestum scilicet discussionis. Intentio: ut homines ad hoc credendum et deum super hoc laudandum inducat. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona ecclesie dicit se letum domino iesu christo toto corde psalliturum: quia tempore iudicij discretionis iusto iudicio sibi tradito reprimit diabolus iniquum humani generis inimicum gentiles ad fidem conuertendo ac obstinatos laqueis mortis inuoluendo et interficiendo populumque catholicum afflictum et abiectum liberando. Et tempore iudicij discussionis ipsum anticristum quo se contra deum eleuans populum christianum et

fidem durissime psequer deiciendo et ipm
populu christianu quasi orphanu r pupillu
derelicu eripiendo occultu. Etia iudicium
est pena qua qs vel exerceat ad purgationem
vel admonetur ad persionem: vel si cotem-
pserit excecatur seu exercetur ad damnationem.
Qui no corrigi isto occulto iudicio digne
puniet illo futuro manifesto. Snia in spe-
ciali ppheta ergo letus psallit p iusto christi
iudicio in vtroq; aduentu suo dices (Consi-
tebor tibi dñe) p fessione laudis et graz acti-
onis (in toto corde) et affectu (meo) no diuis-
so et no in pre sicut qui quedā opa dei appro-
bant quedā blasphemāt s; ego in nullo de p-
uidencia dei dubito sed oia recte agi sentio:
et etiā (narrabo) alijs (oia mirabilia tua) que
me ad narrandū docuisti. vel oia pphendit
no singula generum s; genera singuloz scz
tā visibilia q̄ inuisibilia tam spūalia q̄ cor-
poralia. Ille etiā in toto corde deū laudat q̄
nullū angulū cordis in quo terrenū aliquid
lateat sibi referuat s; totū in laude dei expen-
dit. Nec solū narrabo alijs s; etiā apd me.

**Letabo et exultabo in te: psallā nomini
tuo altissime.**

Letabo interiorius mente (et exultabo) exte-
rius corpe. intensam leticiā exteriorib; signis
et gestib; ostendendo (in te) et in mirabilibus
tuis qui es veritas no in seculo et eius cocu-
piscentijs qd est vanitas qz no nisi in deo est
vera leticia. (psallam). i. laudabo ope bono.
(nomini tuo). i. ad honore nois tui oia tibi
tribuens vt modo exemplo psallant et alij ti-
bi. o. altissime) qui fm subam hic no plene co-
gnosceris. Sic ergo leticia spiritalis in me-
te: sit sancta hilaritas in corpe: cocorder diui-
na laus cū recta opatione. Causam autē lau-
dandi supponit quia

**In conuertendo inimicu meū retro: suz
infirmabunt et pibunt a facie tua.**

In conuertendo. i. dñi conuerteres (inimicu
meū) scz diabolū (retrosum). i. qz ex eo qd di-
abolum qui ante aduentū tuū vt dux mortis
pcedebat que peccatores sequebant conuertisti
retro amisso iure vt nūc sequat. fugietes enī
inustos psequitur sed inaniter qz habent mo-
do te deū ducē et refugiu (infirmabunt) scz
ipe diabolus et ministri ac membra eius ne
nocere possint nūc bonis (et peribunt) in die iu-
dicii (a facie tua) scz impugnationis et vindi-
cte vel gfe et glorie qñ tollentur ne videant
gloriam dei et mittentur in ignē eternū. In-
de etiā letabor.

**Quia fecisti iudiciū meū et causam meā:
sedisti sup thronū qui iudicas iusticiā.**

Quia fecisti iudiciū meū et causam meā) iusto
iudicio licz nobis occulto sepasti r distinxisti
me et fideles credentes ab infidelib; obstina-
tis. et bene dicit meū et meam qz p me et ad
utilitatē meā fuerunt (sedisti sup thronū) iu-
dicarie ptatis tanq; rex et iudex potentissi-
mus et iustissimus faciendo iusticiāz pdicte
discretōnis (qui iudicas iusticiāz). i. iuste ad
differentiā eoz qui iudicant iniquitatē. q. d.
in hoc facto ostendisti te sedere sup solū iu-
sticie. i. habere ptatem iudicandi sicut iustus
iudex. vel (Quia fecisti iudiciū) quo iudicatur
es (meū). i. mee inseruire utilitati et ad meam
valere liberationē et causam) qua pulsatus
es et damnatus fecisti (meā). i. mibi vtilē (se-
disti) post resurrectōz (sup thronū) ad dexter-
ram p̄ris (qui iudicas iusticiā) et iuste nūc in
iudicio discretōnis et in fine iuste iudicabis
in iudicio discussionis.

**Increpasti gentes et peristi impius: no-
mē eoz delecti in eternū. et in seculū seculi**

Increpasti et terruisti p aplos et pdicato-
res (gentes). i. gentiles de peccis r infidelitate
sua. (et peristi impius) qz iustificatus factus
est pius. hinc scriptū est verte impios et non
erūt. et etiā (peristi impius) diabolus amif-
sa potestate. (nomen eoz delecti) deleuit dñs
noia impioz q enī prius idolatre et filij dia-
boli dicebantur cōuersi nunc iusti et filij dei
vocantur et etiā noia deoz perierūt de terra
fidelium (in eternū). i. omnino (et in seculū se-
culi) seculum est hoc p̄ns tps. seculum seculi
est eternū qd incōmutabiliter cōsistit cuius
hoc seculū imago est et umbra.

**Inimici defecerunt framee in sinem: et
ciuitates destruxisti.**

Inimici scz ipius diaboli (defecerūt) p tu-
os pdicatores (framee) scz rebelliones et dis-
uersi errores quib; tanq; gladijs aias occi-
dit (in sinem). i. p christum quia potestas et
virtus eius est valde diminuta et ex parte de-
fecit p christū in aduentu primo sed totaliter
et plenarie deficiet in secundo. (et ciuitates)
id est munitōnes scz malos hoies et eoz cō-
spirationes in quib; diabolus regnabat (de-
struxisti) excluso inde diabolo principe vt ser-
uiant iusticie et non regnet peccatū in nostro
mortali corpe. Et ideo

**Peristi memoria eoz cū sonitu: et dñs
in eternum permanet.**

Peristi me. eoz). i. ipioz apd deū ne puniat

et tñ (cum sonitu). i. cum multo strepitu et re-
pugnantia nam cum impietas eueritur stre-
pitu fit. quia non venit ad summam pa-
cem nisi qui magno strepitu r tumultu cum
vicijs pugnaverit et ideo validus et fortis
cōgressus cū vicijs est habendus (peristi) etiā
(memoria) et ritus idoloꝝ apud p̄versos ad
fidem (cū sonitu) pdicatoris sanctoꝝ. et (dñs
in eternū pmanet) in p̄uersis vbi expulso dia-
bolo iam impietas locū no inuenit. vel (in
eternū pmanet) qz regnū christi stabile est in
eternū ergo imp̄ frustra nisi sunt p̄tra eū.
**Parauit in iudicio thronū suū: et ipse
iudicabit orbem terre in equitate: iudica-
bit populos in iusticia.**

Parauit in iudicio) iusto s; nobis occulto
(thronū suū). i. iudicariā ptatem quo ad iu-
diciū discretōnis fidelū ab infidelib;. vel
(parauit in iudicio). i. cū iudicatus est (thro-
num suū). i. sedē iudicariā qz p patientiā ac-
quisiuit iudicij ptatem (et ipse) qui iudicauit
in occulto etiā iudicatus est in hūilitate. tan-
dem (iudicabit) in ap̄to et in maiestate orbē
terre). i. oēs hoies orbē inhabitantes (in eq-
rate) nemini pcens oib; equa retribuēs r me-
ritis digna reddens. (iudicabit p̄los in iu-
sticia) testimoniū phibente illis p̄scientia et
cogitatioib; accusantib; seu defendentib;.

**Et factus est dñs refugiu paupi: adiu-
tor in oportunitatib; in tribulatioe.**

Et interim ne inimicus retro conuersus no-
ceat (factus est dñs) qui iudex est (refugiu) in
malis vitandis (paupi) spū scz p̄lo catholi-
co no p̄mittēs cum tentari supra id qd p̄t et
etiā (adiutor) in bonis agendis (in oportu-
nitatib;). i. in his in quib; opus est vel in tē-
pore oportuno scz in (tribulatioe) dulce est
auxiliū qd in necessitate datur. Tribulatioes
bene dicit oportunitates qz non conuertit aīa
ad deū nisi cū ab hoc seculo auertit nec oport-
unius a seculo auertit nisi cum voluptatib;
eius labores r dolores miscentur.

**Et sperent in te qui nouerūt nomē tuū:
qm̄ no dereliquisti querentes te dñe.**

Et ideo o dñe (sperent) p spem (in te) non
in se no in seculo (qui nouerūt nomē tuū) per-
verā fidem. Nomē dei dñs est qd nomē bñ
nouit q libeter ei vt dñs fuit et p̄cepto amore
terrenoꝝ se dominio ei supponit. vel nomē
dei est qui est qd bñ nouit qui spem non pon-
nit in transitorioz s; in illo qui habet verum
esse. (qm̄ no dereliquisti) subtrahendo grām
et si ad tps videris derelinquere exponedo

p̄suris ad p̄bationē vel ad coronā vel ob ali-
am causam bonā (querentes) p̄ charitatem (te)
non aliud o (dñe) cum quo nemo p̄t querere
transitoria. Et vt spes v̄ra no sit cassā.

**Psallite dño qui habitat in syon: annū-
ciate inter gentes studia eius.**

Psallite dño). i. mandata eius seruate r qd
pdicatis implete grās agendo voce laudis
et p̄sonantia opis sicut in ps̄ fit p̄sonantia vo-
cis cū organo (qui habitat in syon) qd est spe-
culatio. i. in speculatorib; veri boni. vel in ec-
clesia que nūc p̄templat deū p̄ speculū. quelī
bet enī speculatio errat nisi in ea dñs habitet
et ita (annūciate inter gentes). i. pdicite alijs
(studia eius) pia que habet erga suos. i. dili-
gentiam magnā quā habuit r habet erga no-
stram salutē et vtilitatē vel (studia) sunt eius
mandata in quib; studendū est. Constanter
autē pdicite et no timeatis mortem.

**Quia requirens sanguinē eoz recorda-
tus est: no est oblitus clamorē paupm.**

Quia no est oblitus) in eternū (clamorē pau-
perum) spū. i. humilū scz martyru et iniuste
oppressoꝝ clamantiū ad deū loquit fm affe-
ctum infirmoꝝ qui oblitū putant deū qz no
cito facit qd volunt (s; requirens) vltōne (san-
guinem eoz) de hostib; r inultū no relinqns
(recordatus) et misertus (est) clamoris eoz r
consolando eos et glorificando. recordatus
est quidē no post obliuionē sed post dilatioē
Hūc autē sanguinē requirit de manu tyran-
noꝝ aliqui p̄ penā t̄palem aliqui p̄ eternāz
aliqui vtroq; modo. Et subdit qd sit clamor
iste dices in p̄sona paupis cuiuslib; r ecclie.
**Miserere mei dñe: vide humilitatē me-
am de inimicis meis.**

Miserere mei dñe) mibi p̄patiēdo qz in
miseria sum. vide intuitu misericordie. i. at-
tende et adiuua. Aspectus enī dei auxiliū m
est. (humilitatē meā). i. afflictōz et dolorē (de
inimicis meis). i. a tyrannis mibi illatā. vel
quanta sit humilitas et afflictio mea p̄pende
de inimicis meis. de supbia enī inimici esti-
matur humilitas patientis qz tantū hic hu-
miliatur quantū ille extollit. Tu dico vide.

**Qui exaltas me de portis mortis: vt an-
nunciem omnes laudatōes tuas in por-
tis filie syon.**

Qui exaltas) id est elongas et liberas me:
(de portis mortis) id est de p̄rauis p̄cupiscē-
tijs et actionib; que sunt introitus quibus
itur ad mortem anime. (vt annuncie oēs lau-
datōes tuas). i. oia laudabilia p̄cepta tua et

predicationis unde lauderis existens (in portis filie syon). i. in bonis studiis et actibus quibus in ecclesia itur ad celestes hierusalē ibi enī bñ annūciant laudes et iusticie dei nō in portis mortis et pccī. Filia syon est ecclia. syon enī oēs ecclias mundi generauit. qz ibi natum est vñ fides incepta. vel existētia (in portis filie syon). i. in sacramentis et initijs fidei et in doctrina aploz et pphetaz. Et ideo **Exultabo in salutari tuo: infire sunt gentes in interitu quem fecerunt.**

Exultabo et gaudebo scz qz me exaltas. (in salutari tuo). i. in salute qua sic me saluas nō in merito meo: p te enī saluamur qui corā da nra de vana leticia huius seculi trāsferis vt in te veracitē gaudeam. ego quidē exultabo scz gentes nō (qz infire). i. intus infire sunt clauis peccatoz. gētes que volūt occidere scōs (in interitu quē fecerunt) scis: occidendo enī corpa iustoz interfecerūt aīas suas. Iniquitas enī sua est cuius malo boī pena. i. cā pene vnde subdit.

In laqueo isto quē absconderūt: cōprehensus est pes eoz.

In laqueo isto quē absconderūt. i. in fraude quā ad fallendū regunt (cōprehensus est pes eoz). i. alligatus est eoz affectus qz laqueis in extricabilibus inuoluunt: nūc reatus et culpe et in futuro damnatōis et pene. vnusquisqz enī prius cadit in laqueū quē alteri parat ad cadendū et prius in se peccat qz in alterū. nā qui aliū psequit eo interitu morit qz se aliū occidere arbitrat. vñ cōiter dicit. **Sepe sagittantē didicisti referre sagitta. recte ergo subiūctum est. Tandem**

Cognosceat dñs iudicia faciēs: in opibus manū suaz cōprehensus est peccator.

Cognosceat dñs (in futuro iudicio ab oibus iudicia faciēs) manifesta qz nūc facit occulta. tūc enī secernet nō solū merito sed etiā loco malos a bonis. q. d. peccatores in iudicio p effectū iusticie cognosceat dñm licz modo nō velint cognoscere eū. qz (in opibus manū suaz) et merito opm suoz (cōprehensus est peccator) et pstringet in eis. ipa enī sua opa praua et pccā qz secū portat accusant indicat conuincit punit peccatoz. nō enī querit deus alios testes nisi vitā et sciam.

Cōuertant peccatores in infernū: oēs gentes que obliuiscunt deum.

Cōuertantur. i. puerantur qz p dicitio est nō optatio (peccatores in infernū) in locū penale ne voluptantibus vltra gaudeāt. q. d. post

qz nolūt pueri ad dñm: necesse est vt puerantur ad infernū: ne alibi mittendos seputet et quos dicit peccatores exprimit scz (omnes gētes qz obliuiscunt deū) nō credentes in eum. vel in fine vite morientes sine remedio pnie Boni vero ecōtra pmiabunt nam vere vt dictum est nō est oblitus clamorē paupm. vnde et subditur.

Quā nō in finē obliuio erit paupis: patientia paupm nō peribit in finē.

Quā nō in finem et finaliter obliuio erit paupis (apud deū et si h videret cū malī florēt et ipse affligit). **Uodo enī quasi obliuio pauperū fit: qz diu eos a tribulatōe deus nō defendit scz tunc eoz gloria pceptū cū simul oīa laboriosa terminant. (patientia paupm) modo malos portat et iusticiā dei patienter expectant (nō peribit in finē) et in ppetuū. i. nō erit irremunerata scz assequet retributōz iustā qz p patientia ibūt in vitā eternā. vt autē patientia paupm nō peat ex psecutōe antichristi.**

Erurge dñe nō cōfortetur homo: iudicetur gentes in cōspectu tuo.

Erurge dñe (in auxiliū paupm et ad iudicandū) (nō cōfortetur) et pualcat hō purus scz antichristus qz intantū cōfortabit qz se deū finget et multos ad se cōuertit faciet. q. d. destrue illū. sed prius (iudicent gentes). i. pberetur p eū. et hoc (in cōspectu tuo). i. in occulto qd pauci intelligūt. vel (iudicent) et pdenentur (gētes) crediture in eū (in cōspectu) et iudici o (tuo) qz prās iudicialia data est ipi christo. Quia autē te et tuā legē bonā noluerūt.

Cōstitue dñe legis latozē sup eos: sciat gentes qm hoies sunt.

Constitue o (dñe legis) prauē et male doctrine (latozē) scz antichristū p christo quem ptempserunt (sup eos). i. in ruinā eoz. Et sic tandē (sciat). i. expiant cū ad iudiciū venerit et pdenate fuerint (gentes). i. gentilitate viuentes scz hī qui in eū crediderūt (qm hoies sunt) terrena tm sapientes. i. qz stulti fuerūt: qz spem in hoīem et nō in deū qui saluare pōt posuerūt: hoīemqz et nō deū adorauerūt. vel (sciat) se hoies esse et nō posse deo resistere. de inde subiūct vocē gementiū dicens.

Ut quid dñe recessisti longe: despicias in oportunitatibus in tribulatōe.

Ut quid dñe recessisti a tuis tempore antichristi (longe) scz in tanta tribulatōe auxiliū differendo. i. cur differis iudiciū et qre tantū seuire pmittis antichristum. Longe enim videtur recedere cum tardat subuenire

Dande qz sic quesuit tanqz repente intellexit soluendū subiicit. d. (despicias in oportunitatibus in tribulatōe). i. oportune et vtiliter despiciere videris et sinis tribulari tuos quia ad vtilitatē eoz. scz ad aīos purgandos et de siderio tui aduentus inflāmandos. qz

Dum superbit impius incendit paup: pphendunt in cōcilis quibus cogitat.

Dum superbit impius scz antichristus (incenditur) ad ptempū terrenoz et amorē eternozum (paup) spū scz plus christianus sibi inobediēs. vel (incendit). i. purificat tribulatione sicut aurū in igne. et sic mira puidētia dei opatur de malis vt eoz exercitatioe pficiant boni. sed (pphendunt) capient ad penam ipi impij scz antichristi et satellites ei. (in cōcilis quibus cogitant) scz pphendere et irretire scōs. cogitabūt enī cruciare christianos et ipi a deo cruciabunt. Ideo autē superbit impius vel pphendetur.

Quā laudatur peccator in desiderijs aīe sue: et iniquus benedicitur.

Quā laudatur peccator (qd est in se. scz antichristus a suis sibi blandientibus) et nō corripit (in desiderijs aīe sue). i. in impletōe desideriozū sensualitatis sue. (et iniquus) qz est nocendo alijs bñdicitur et exaltat quasi deus a sibi adulatibus. h est magna ira dei vt deit correptio et assit adulatō. adulantū lingue alligant aīas in peccatis. delectāt enī ea facere in quibus nō solū nō metuūt rephensor sed etiam laudat et bñdicitur opator. Ecce quantum est malū adulatōis qd parit occasioz nem peccatis hoīm dum vicia palpantur eorum. Et ideo per hoc

Eracerbavit dñm peccatoz: fm multitudinem ire sue non queret.

Eracerbavit. i. irritauit ad iram puocauit (dñm) veruz: peccatoz antichristus vt ab eo puniatur. vel vt flagella correctōis ab eo suspendant et nō inferantur. (fm multitudinem ire sue). i. fm qz multū est iratus deus qz solet alios querere et reuocare. (nō queret) eū scz antichristū vt vleiscat pccā eius hic scz in futuro. Magna enī est ira dei qz peccantem nō corripit: sed vagā licentiā in pccm ruendi pmitit. Vñ Aug. Intelligite frēs misericordīa dei qz castigat mundū: scz multū tunc frascitur qz nō castigat. Si ergo seuit pccando: bonum est nobis vt subueniat castigando. Tanta est autē ira dei vel nequicia antichristi. quia

Non est deus in cōspectu eius. inquina

te sunt vie illius in omni tpe.

Nō est deus in cōspectu eius. i. in eoz cōsideratōe nec habz deū vel timorē eius p oculis qz deseritur luce veritatis. et ideo (inquinante) et in peccatoz pollutōe (sunt vie illius) id est cogitatōes locutōes et opa. (in omni tempore) vite sue et sine intermissione vel in cōparatōe oīm qui fuerūt in aliq tpe. Et hoc habetur qz qui non plene de peccatis penitet sp pccā peccatis pnuat. Requie ergo sue cā est. qz nō habet deū pre oculis. Et hoc ideo: quia o deus.

Auferuntur iudicia tua a facie eius oīm inimicorum suorum dominabitur.

Auferuntur iudicia tua (quibus retribuīs vniciqz fm merita sua (a facie eius). i. mēte et cōspectu eius qz nō pphendat iudicia dei et in nullo timebit diuina iudicia sup se ventura. qz enī differtur iudiciū nō putat se puniendum vel deū iudicaturū (oīm inimicorum suorum) scz christianoz (dñabitur) dñabitur qz dem corpm electoz qui eū sequi ptempnūt alios vero potentia vel seductōe sibi subiūct. Dicit enī. omnes reges supatur vt solus regnet et ad illud culmē p malas artes veniet.

Dixit enī in corde suo: nō mouebo a generatione in generatōz sine malo.

Dixit enī in corde suo) apud se cogitādo: (nō mouebo). i. nō inquietabor scz p expulsiōnem de regno (a generatōe in generatōz) qz et nimia elatōne reputabit suū dominūz stabile scz nunqz moueri posse. (sine malo) id est sine inquietatōne et molestia scz semper. i. durabo et pmanebo absqz eo qz infester et expugner bello qz ex presumpta securitate putabit se in eternū regnaturū sine vlla aduersitate et inquietatōne ac malo cuiuscunqz pene. hec in corde: sed quid in ore.

Cuius maledictōe os plentū ē et amaritudo: et dolo: sub lingua ei? lator et dolor.

Cuius maledictōe os plentū est. i. blasphemis et cōtumelijs christū blasphemando (et amaritudine). i. amarīs verbis et minis grauius sanctis cōminando (et dolo). i. blandis verbis et insidijs alios decipiendo (sub lingua eius labor et dolor) quia nō loquitur nisi de pcurando labore et dolore sanctorum. que pcepit eis inferri. vel (sub lingua eius) non in lingua esse dicuntur quia ista non in lingua exerit sed sub lingua premit et tacite ea cogitaturus est: hominibus autē alia loquiturus vt bonus et iustus ac dei filius videatur.

Sedet in insidijs eū diuitibz in oculis: vt interficiat innocentem.

Sedet xū moza (in insidijs) meditando ponere insidias sanctis. (cum diuitibz) et clatis huius seculi quos muneribz cumulabit: et eoz falsaz felicitatē ad decipiendū alios ostētabit q̄ dū tales esse cupiūt et bona eterna nō querūt in illius laqueos incidūt. q. d. insidiatur in quibz p̄sident: insidijs inq̄s positis (in occultis). i. ambiguis vt nō facile intelligat: quid appetendū quid ve fugiendū sit (vt interficiat innocentē) scz p̄lm fidelē vel corpaliter si noluerit ei p̄sentire vel sp̄ualiter si cōsenserit ex innocente faciendo nocentē.

Oculi eius in pauperem respiciūt: insidiatur in abscondito q̄si leo in spelunca sua.

Oculi ei in pauperem sp̄ū scz in p̄lm chri stianū respiciūt vt quasi misericor dīter z cōpassionis affectu: similitur enī se misereri vt decipiat: vel crudelit̄ et odiose vt noceat z destruat. in istos enī z pauperes sp̄ū maxime p̄seq̄tur (insidiatur) paupi iusto ad p̄dendū (in abscondito) malitiā occultando vt nesciat qui decipitur (quasi leo) p̄pter vim z scuitiā occidendi (in spelunca sua) p̄pter dolū z fraudulentiā decipiēdi in miraculis et modis alijs.

Ad quid insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

Insidiatur p̄ dolū et fraudulentā (vt rapiat pauperē) per vim z violentiā (rape) inq̄s (pauperem) seu tendo. (dū attrahit eū) ad rēte suū blandiendo. Triplex enī est p̄secutio ecclesie. vna violenta scz cū martyres p̄ tyrānos necabant. alia fraudulenta que nūc est. cū p̄fessores p̄ hereticos et falsos fratres decipiūt. tertia erit mixta ex fraude et vi sub antichristo qz in eo vis et dolus opabuntur et violentie addet fraudem: vñ ad huc subdit de fraude et violentia.

In laqueo suo hūiliabit eum: inclinabit se et cadet cū dominatus fuerit pauperū.

In laqueo suo. i. insidijs scz fraude et dolo (hūiliabit eum) scz paperē z iustum opprimendo. vel (hūiliabit eū) qz quanto mirabiliora videbunt hoībus signa ip̄ius tanto illi sancti et pauperes qui tunc erūt cōtemnentur et quasi p̄ nihilo habebunt quos ille misericordis factis supare videbitur. scz qz se exaltauit (inclinabit se) diuina virtute nō voluntarie (et cadet) subito a dominio suo repentino interitū (cum dñatus fuerit pauperū) seruoꝝ dei q̄busdā: supplicia q̄libet irrogando alios

vi vel fraude subiiciendo iāq̄ nimia felicitate in ocium aīm remiserit. Et merito cadet.

Dixit enī in corde suo oblitus est deus: auertit faciē suā ne videat in finem.

Dixit enī in corde suo) sic cogitando z putando (oblitus est deus) scz pauperem vt eos saluet vel mei vt me puniat (auertit faciē suā) q̄si nō curando (ne videat) illos vel me (in fine) id est imppetuū. vel (ne videat in finē). Lea q̄ fiunt in terra que est finis et vltimū elementum seu vltima p̄s vniuersi. vel (auertit) peccator antichristus (faciē suā). i. cogitatōez (ne videat in finē). i. ne attendat iudiciū finale. Laborans ergo tunc ecclia quasi nauis in tēpeltate deū tanq̄s dormientē excitat. d.

Exurge dñe deus et exaltes manus tuas ne obliuiscaris pauperum.

Exurge dñe deus. i. cito veni ad succurre dum et ferendū op̄ (et exaltes manus tuas) id est manifesta fiat potētia tua p̄tra antichristum ad deiciendū ip̄m z altus appare bis q̄ te putant humilē. (ne obliuiscaris pauperū) dimittendo eos in p̄secutōe antichristi z suorum qui putant te oblitū et impunitatē sibi p̄mittūt p̄catur iudiciū vt hec cito finiant q̄ tanta erunt vt nemo velit tps illud dilatarī. Jam itaq̄ de iudicio illo intelligens et exultans. dicit.

Propter quid irritauit impius teum: dixit enī in corde suo non requirer.

Propter qd irritauit. i. suis blasphemijs ad irā puocauit (impius) antonomastice scz antichristus (deū) nō credens eū punitorē. q. d. quo fructu blasphemauit et quid p̄fuit ei tanta mala facere cōtra christū. (dixit enī in corde suo) scz cogitando z p̄fectū scz omnibus modis male agendo (non requirer) deus ad iudicandū vel puniendū et vindicandū ea que facio quasi nesciēs vel impotēs. scz nō est ita vt ip̄e cogitat. Nam tu.

Vides qm̄ tu laborē et dolorē cōsideras vt tradas eos in manus tuas.

Vides. i. noscis (vt). i. q̄liter (tradas eos) .i. antichristū et cōplices suos (in manus tuas) vltices scz tue potētie et iusticie. i. in potestate iudicij tui et in vindictas vt nō euadant. et hoc ideo (qm̄ tu laborē et dolorē) quē infert sanctis tuis (cōsideras). i. attendis q. d. nō te latet illoꝝ malicia et pauperū miseria. et ideo nec manus tua cessabit a vindicta Et merito succurres pauperi cum tuendo et liberando a potente. quia

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Tibi derelictus est pauper) sp̄ū tuendus. scz p̄ls christianus qui pauper dicit qz ad obseruantiam legis diuine nō p̄missione diuitiaz sicut olim p̄ls iudaicus allicitur sed in abiectione sp̄alium eam cōplere nititur. ideo enī pauper est p̄temptis sp̄alibz vt tu sis spes eius Iste pauper illis ad tps p̄cessus est ad puniendum sed tibi in fine derelictus ad glorificandum (orphano) cui mortuus est pater mundus et mater p̄cupiscentia eius. i. p̄lo christiano qui tunc videbit p̄re p̄egente et matre cōpatiente quasi parentū solatio destitutus. (tu eris adiutor) et cooperator cui impius fuit p̄secutor. Ergo

Cōtere brachiū peccatoris et maligni: queretur peccatū illius et nō inueniet.

Cōtere) et ad nihilū redige (brachiū). i. potētia et dominationē pessimi antichristi. (peccatoris) in se (et maligni) in alios. et vere p̄teres intantū vt nec peccator nec locus peccati de cetero inueniat. vnde sequitur (queretur peccatū illius) vt iudicetur de eo (et) iudicatus (nō inuenietur) ip̄e qz peribit p̄pter peccatum suū. Vel (queretur peccatū illius) p̄ta nequicia sua an sit amplius necessariū ad ecclesie purgationē (et nō inuenietur) esse necessarium omnibz iustis sufficienter tūc purgatis sicut plano ferro non est opus linea. Itaq̄ antichristus p̄bit q̄ ad tps regnauit. scz dñs regnabit in eternū et in seculū seculi: peribitis gentes de terra illius.

Dñs regnabit) celesti regno et impio (in eternum et in seculū) subsecutiū huius (seculi). i. p̄ oia tpa et secula qz regni eius nō erit finis. hoc regnū erit gratius p̄ p̄currentibz malis quod veniet destructo antichristo. sed (peribitis) vos o (gentes). i. p̄coros omēs et impij cōplices antichristi qui estis sine lege dei (de terra illius) scz de terra viuentiū expulsi a regno ip̄ius. Vñ scriptū est. Tollatur impius ne videat gloriā dei. sed pauperes habebunt. quia

Desideriū pauperū exaudiuit dñs: p̄parationē cordis eoꝝ audiuit auris tua.

Desideriū pauperū) quo estuabant cū in angustijs et malis huius seculi diē dñi cōcupiscunt esse cum christo cupientes (exaudiuit dñs) vt eos liberaret et in regnū suū asumeret. Deinde p̄uertens sermonē ad deū. ait. (p̄parationē). i. dispositionē (cordis eoꝝ) qua tibi p̄ patientiā seruire parati erant et illū diē

ardentius petentes p̄ patientiā expectabant. (audiuit auris tua). i. potētia vel misericōdia tua qua exaudis vt qd p̄cupierant in spe fruant in re. desiderū aut pauperū est h̄ scz te

Judicare pupillo et hūili: vt nō apponatur ultra magnificare se homo sup terrā

Judicare). i. vt iudices (pupillo) qui oia p̄pter deū p̄mittit nō p̄formi huic seculo (et humili) qui se puluere ac cinere esse cognoscit. nō supbo. scz p̄lo catholico et fideli de se nō p̄sumenti hoc est ad utilitatē et comodū eius ferendo p̄ eo sententiā vt separtis iustis ab impijs iam nō ultra p̄ualeant mali nocere bonis. Vñ sequit̄ ita (vt nō apponatur) et p̄sumat (ultra). i. post iudiciū (magnificare se). i. magnū se ostendere et magnū nomē sibi facere. (homo ille supbus scz antichristus sup terrā sicut fecit. Moraliter aut hec ideo sunt dicta vt nō studeat vel p̄sumat magnū se facere et ostendere homo in terra qz ois qui se exaltat hūiliabit et qui se hūiliat exaltabit.

Confessione n̄re aures tuas Dñs. deus clemēs aperi qui sperantes in te nunq̄ cōsueuisti relinq̄re vt exaltati de portis mortis p̄petue possimus salui tentatoris occultas insidias effugere. Per do.

Vox ecclesie vel fidelis in dño solum modo cōfidentis et p̄ hoc se cōtra versustias prauoꝝ defendentis. ps. r.

In domino cōfido

quomodo dicitis aie mee: transimigra in montem sicut passer?

Auctor psalmi. p̄pha David. Titulus talis est. In finē ps̄ David. Hoc est psalmus ille dirigēs nos in finē. i. in christū vt in ip̄m spem nr̄am refundamus qui est summū bonum est David. p̄phete docentis nos hereticis z prauis resistere. qui in ecclesia tanq̄ p̄trida membra ministri antichristi de quo supra dictū est mentiunt̄ se christū habere z alios nituntur ad se ab ecclesia retrahere. Dantia: prauitas hereticorū et maloꝝ fideles p̄uertere nitentiū. Intentio: docere fideles quōter resistent prauitati illoꝝ eis nō p̄sentiendo et totā suam fiduciā defendendi se contra tales in dño ponendo. S̄nia in generali p̄pheta in illo psalmo loquit̄ in p̄sona ecclesie vel cuiuslibet fidelis in dño solummodo confidentis quē heretici et peccatores insidiosē z deceptorie nitunt̄ in suam prauitatē inducere. et ad errorē fidei vel ad statum altū videlicet bonoris vani huius seculi allicere subiūgens

qualiter dñs videt et pbando examinat in-
stum et ipm et quid retributõis finaliter det
vtrifq. Sñia in spali: hereticis ergo et malis
rñdens cū increpatõne ait. (In dño) scz iesu
christo qui est vnus et ver⁹ mons vñ et apli.
Confundantur hic pro peccatis salubriter: vel si hic nolunt tandem in pena eterna. et supponit qui et quare scilicet omnes iniqua agentes) propter acquirenda que transeunt: temporalia eternis preferentes et animam suam de terra ad te non leuantes. Ideo iniqua quia (superuacue) frustra et vane agunt et in superuacuis laborant inutiliter et infructuose nihil secum de fructu sui laboris deferentes. quia omnia sunt vana et infructuosa que a deo sunt aliena. Ergo ut non erubescam vel confundar.

Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.

Vias tuas) apertas scilicet mandatorum que vic conueniunt omnibus etiam simplicibus de quibus dicitur. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. (domine demonstra mihi) quasi manifesta que visui subsunt et melius innotescant sicut solet manu demonstrari oculis subiectum ut magis appereat et semitas tuas) angustas scilicet consiliorum (edoce me) quasi ea que occulta sunt quia paucis sunt note. de quibus dicitur. Si vis esse perfectus vade et vende omnia que habes etc. Et o domine ne errem

Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus: et te sustinui tota die.

Dirige me in veritate tua) ut recte iuste et pie viuam sicut veritas tua erigit (et doce me) ipsam veritatem ut recte omnia mihi necessaria sciam et intelligam. Duo petit in quibus est perfectio scilicet dirigi ad bonam vitam: doceri ad veram scientiam. et ideo fac quod peto (quod tu es deus) meus qui me creasti (saluator meus) qui me redemisti (et) etiam ideo quia (te sustinui tota die). i. misericordia et retributio nem tuam toto tempore vite et assidue patienter expectaui. et nec desperis nec aduersis a sperando in te moueri potui. Ista duo bonos faciunt: ut deum saluatorem credamus: et patienter retributionem eius expectemus. Et

Reminiscere miserationum tuarum domine: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt

Reminiscere) qui oblitus crederis dum tardas (miserationum tuarum domine). i. operum misericordie tue et misericordiarum tuarum) naturaliter tibi inistaram (que a seculo sunt). i. ab initio seculi. nunquam enim sine misericordia fuisti que naturaliter in te est. nec peccati homini miserationa defuit que est in bonorum exhibitione. Unde enim in se est misericors inde est miserator in nobis. q. d. fac nunc sicut consueuisti ne in me fallat quod ab initio seculi inceptum est. Et propter misericordiam tuam

Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas: ne memineris.

Delicta) quibus scienter viam equitatis deseruisti (iuuentutis mee). i. que ex inconsulto calore ac confidenti et precipiti audacia vel ex infirmitate commisi: que etiam quibus sunt in senibus (et ignorantias meas). i. peccata que ex ignorantia feci vel que peccata esse nesciui (ne memineris). i. ne ad vindictam referes. Tribus enim modis fit omne peccatum. aut studio. aut infirmitate. aut ignorantia. Peccata studio et infirmitatis concludit cum ait. (Delicta iuuentutis mee.) Iuuentus enim prona est et infirma ad delinquendum. Peccata ignorantie designat cum subiungit (et ignorantias meas.) Ne inquam memineris sed potius.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Secundum misericordiam tuam) que est respectu miserorum ubi nulla sunt merita et que te est digna non propter iram quam merui et qua ego sum dignus (memento mei tu) ut videns quam fragilis sum mecum misericorditer agas peccata dimittendo et gratiam infundendo. q. d. ut ampla est misericordia tua: ita et ample miserere mihi. et non propter meum meritum quod nullum

est: sed (propter bonitatem tuam domine) naturaliter tibi inistam et amplam qua de nullo gratiam fecisti et omnibus benefacias. Deinde conuertit sermonem ad boies. q. d. hac fiducia peto quia

Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Dulcis). i. pius et misericors in miserando est (dominus) quia penitentibus omnia priora peccata dimittit ubi est gratia sine meritis (et rectus) id est equus et iustus quia corrigit et peccata purgat vel quia post misericordiam venie digna merito in futuro retribuet. Amas quod dulcis est: timet quod rectus est: ut amore et timore dei excitatus legem eius custodias. et propter hoc legem correctionis (dabit delinquentibus) ut per eam corrigantur. que lex est ut si vere peniteant misericordiam consequantur: sunt autem eternaliter puniantur. et hoc (in via) huius presentis vite: quod post mortem non est locus penitentiae. Et dominus

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Diriget) ad mellea ut et patientia proficiant et de virtute in virtute procedant (mansuetos) qui in aduersitatibus patientes sunt et non murmurant (in iudicio) presentis quo iudicat dominus flagellat et corripit. Vel (diriget mansuetos in iudicio) futuro. i. non perturbabit eos in iudicio qui sequuntur voluntate eius nec ei resistunt (docebit) hic (mites) qui se non erigunt contra eum nec recalcitrant cum eis leue iugum domini imponit. (vias suas) quibus ad ipsum perueniant. Tales enim quod non presumunt regere et docere semetipsos ideo dirigunt et docentur a domino. Deinde ostendit que sunt vie eius. d.

Vniuersae vie domini misericordia et veritas: requirunt testimonium eius et testimonia eius.

Vniuersae vie domini) sunt (misericordia) que est placabilis (et veritas) qua est incorruptus quorum vniuersi exhibet condonando peccata alteri iudicando merita. Nec duo in ore domini sunt quod quicquid facit aut misericorditer facit aut iuste. et hoc apparet (requirunt) et scrutantibus (testamentum) eius non quod testimonium dicitur quod ibi est clara promissio hereditatis et morte confirmatum est testimonium (et testimonia eius) scilicet vetus testimonium quod testimonium nouo prohibet et ibi fuerunt probere testes promissionum. Teneat autem ille vias domini qui exptus misericordiam deponit superbiam nullis meritis liberatum se videns et deinceps severitatem iudicis cauens. Ergo propter nomen tuum domine propiciaberis

peccato meo. multum est enim.

Propter nomen tuum (dñe) non propter meritum meum. i. propter gloriam nominis tui et declarationem bonitatis tue ut lauderis ab homine (propter peccata tua). i. miseraberis: oblato tibi sacrificio spiritus contribulati et cordis contriti (peccato meo) ipsum ex misericordia remittendo. et necesse est (multum est enim) excedens facultatem virtutis mee ad satisfaciendum. et nisi pro te non deberetur. Quamdiu enim hic mortaliter vivimus sine multo peccato esse non possumus nam in multis offendimus omnes. Et cum ita sit

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Quis est homo (scilicet rationalis) qui timet dominum (timore filiali. q. d. quisquis ille est: magnus est. beatus est. legem evangelicam seu fidei et morum (statuit). i. observandam dedit ei) dominus ut perseveret et spiritualiter in deo vivat et ne impune peccet (in via) dei (quam elegit). i. libere apprehendit et in regula quam professus est seculum timens deum. Ligat enim deus talem in lege sua. Vel (quam) ipse dominus (elegit) nobis incedendum. Et postea subdit de premio. d.

Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.

Anima eius (scilicet legem dei observantis) in bonis gratie quasi in delictis et si non re merito spectat in bonis glorie futuris (demorabit) in presentia. Delectatur enim legi dei secundum interiorum hominem celestibus desideriis inardescit. spiritualibus studiis inheret. in bonis operibus se exercet (et semen eius). i. bonum opus quod quasi seminat cum agit et vnde fructus colligitur (hereditabit terram). i. faciet cum terram viventium hereditate possidere. Et inde illis tanta constantia quia interim

Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Firmamentum est dominus timentibus eum) necedant tentationibus. videtur enim timor esse infirmorum. et homo est mutabilis in se et fragilis sed firmat dominus timentem quia timor dei dat firmitatem: humanus diffidentiam. (et testamentum ipsius) est hoc (ut manifestetur illis). i. manifestabit se ipsum illis sicut promissit. q. d. promissio eius est etiam eis firmamentum scilicet hoc ut videant eum faciem ad faciem. Merces laboris nostri est visio dei quem cum videbimus nihil ultra erit quod queramus. Et ideo quicquid alii faciunt.

Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos.

Oculi mei) scilicet cordis id est interioris hominis sensus et intentiones mee sunt (semper ad dominum) sursum spectantes et ideo non timeo pericula terrena (quoniam ipse) quem intueor (euellit) extrahet (de laqueo) timoris et cupiditatis ac omnium vicioz et tentationum (pedes meos). i. animi affectus ab hoc diversarum tentationum laqueo. Nemo euellitur nisi cuius intentio et desiderium ad alta subleuat. Semp ergo homo intendat in omnibus que dei sunt et deus eum de tentationibus et tribulationibus finaliter liberabit. Et quia ego respicio ad te o domine et tu. Respice in me et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego.

Respice in me) et in desiderium meum pietatis affectu (et miserere mei) quia miser sum et locus est miserie (quia vnicus) non pro multa distractus vel vnicam spem in te habens (et pauper) a mundi rebus. vel (pauper) spiritu humilis (sum ego) Vel (unicus et pauper). i. solus et impotens respectu multitudinis demonum et satellitum suorum. Ideo se vnicum et pauperem dicit ut dei misericordiam sibi conciliet. Vnicus enim plus amatur: pauper plus dolet. Et ita ideo quia

Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt de necessitatibus meis erue me.

Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt) i. multis modis afflictio modo pro tentationes demonum et vicioz modo pro peccationibus hominum malorum et tot sunt calamitates mundi quod eorum anxietas usque ad cor pervenit. et o domine (de necessitatibus meis). i. tribulationibus pro quas necesse habeo transire (erue me) liberando Adversa congrue vocat necessitates quia necessaria sunt omnibus pie vivere volentibus. et hec necesse est eos tolerare usque in finem ut salvi fiant. Et

Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte universa delicta mea.

Vide humilitatem meam et laborem meum) quia pro adversa humiliatus in magno labore et tribulatione sum. et his purgationis mee flagellis placatus (dimitte universa delicta mea) tam mortalia quam venialia. Vel (vide). i. gratiam habere (humilitatem meam) scilicet contriti cordis: et quia tribulationem que pena peccati est humiliter et patienter tolero (et laborem meum) in sustinendo malos (et dimitte universa delicta mea) ut ex tolerantia tribulationum et laborum merear veniam delictorum.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.

Respice) etiam (inimicos meos) eos connotendo vel reprimendo. vel quia nescimus quid oremus sicut oportet fac de eis sicut tu scis (quoniam multiplicati sunt) non solum foris infideles sed etiam intus in ecclesia falsi fratres: et tot hominum perditio non potest esse sine dolore. q. d. attendo eos me protegere et mihi auxiliare. (et odio iniquo oderunt me) quia oderunt me diligenter se et quia non vicia in me sed ipsam naturam oderunt. Equum enim odium est cum oditur culpa et diligitur natura. Ideo Custodi animam meam et erue me: non erubescam: quoniam speravi in te.

Custodi animam meam) ab eorum insidiis et imitatione ne pereat (et erue me) ab eorum confortibus et comunione ut euadam (non erubescam) id est non confundar a proposito cadendo et erubescenda committendo si forte insurgunt adversum me. et debes me exaudire: quoniam speravi in te) non presumpti de me et non est confusio sperantibus in te. Cum autem perfecti sic se speciositate roborant: ceteros ad se per exemplum trahunt. vnde subditur

Innocentes et recti adhaerent mihi: quia sustinui te.

Innocentes) moribus et sibi et primo (et recti) fide et corde quos non frangit adversitas vel prosperitas (adhaerent mihi) non solum presentia corporis sed etiam consensione cordis. et adhaerendo sunt mihi conformati. et hoc ideo (quia) non defeci a bono sequens malos sed (sustinui te) expectans discussionem ultimi iudicii et retributionem. Qui innocenter vivunt: qui celestem patriam appetunt sicut disjungunt a malis ita adherere cupiunt bonis ut sese inuicem verbis et moribus edificent et bona sua per charitatem sibi communicent quatenus in bono alter crescat ex altero. Et tu

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Libera) deus israel. i. populum quem ad tuam visionem et ad te contemplandum preparasti (ex omnibus tribulationibus suis) scilicet spiritualibus et corporalibus. i. non solum ex his que tolerat exterioribus: sed etiam ex his que patitur interioribus. ut magis quiete et devote tibi possit servire. Vel (ex omnibus tribulationibus) presentibus nec in eis succubat et futuris ne eas incurrat. Deo

Libera nos ab omnibus angustiis nostris misericordissime deus quia ad te aias nostras erigimus oblitiscere quoniam delicta iuventutis et ignorantie prioris et si quid negligenter deliquimus clementer ignosce. Per dominum.

Psalmus de ecclesia seu viri iusti innocentia et sanctitate eiusque ne a proposito moueatur oratione. ps. xxv.

Judica me domine

quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor.

Auctor psalmi propheta David. Titulus hic est. Psalmus david. Quasi diceret psalmus ille attribuitur david. i. perfecto viro et excellentiori ecclesie membro superius dei oranti et hic ostendenti se esse exaudiri et divina misericordia adeptum innocentiam et perfectorem ac deuoti oranti ne a proposito suo dimoueatur. et hoc facit ut a quibus moraliter segregatur ab his etiam eternaliter sepeatur. Datia: viri iusti innocens et sancta puerfatio et a consortio malorum separatio. Intentio: ut exemplo sui doceat nos innocenter conuersari et a consortio malorum separari iustisque iungi quia ex conuictu morum formatur. Sicut in generali: propheta in isto psalmo in persona ecclesie vel cuiuslibet perfecti et viri iusti allegat suam innocentiam et detestatur iniquorum malitiam. attestatur insuper se in cultu dei sedulum et petiit cum impiis non damnari impetui. Sicut in speciali: videns ergo ille vir sanctus bonos cum malis: grana cum paleis: orat in futuro localiter diuidi. d. (Judica me domine) scilicet iudicio discretiois. i. discerne me in futuro a malis loco a quibus in presentia licet sum mecum sunt seunctus sum merito. Hoc autem dicit non ex presumptioe iusticie sue sed ex certitudine misericordie dei et subdit meritum (quoniam ego in innocentia mea ingressus sum) vias vite inter peccatores innocenter vitam ducendo et hoc dicit non se iactando sed gratias agendo (et in domino) non in me (sperans) ne inter malos titubem (non infirmabor) deficiendo ab innocentia et cadendo in peccatum sed sicut incepti ita diuino auxilio perseuerabo quia ipse dominus est mea fortitudo. Sed ne quid delictorum occultorum me lateat et in me remaneat

Proba me domine et tenta me: ut renes meos et cor meum.

Proba me domine) i. si quid in me est purgandum prius vires meas respice (et) tunc putferre valeo (tenta me). i. tentari me permittite notum me faciens non tibi quia omnia nostri: sed mihi et alijs ne quid delicti in me remaneat et hic me corrigens flagello filiorum ut spiritus saluus fiat. et deinde (ut) igne sancti spiritus (renes meos) i. delectationes scilicet malas absumendo et

bonas inflamando (et cor meum) id est cogitationes scilicet malas consumendo et bonas illustrando. Ac si dicat interioribus et exterioribus vicis spiritale adhibe medicamentum hic ergo perfectus precatur tribulationes et tentationes ne quis de eis murmuret. Nec tamen meo consumi tribulatione vel tentatione Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.

Quoniam misericordia tua) que non sunt tentari: su pra vires vel consumi (ante oculos meos est) id est non merita mea sed misericordia tuam tanquam fiduciam meam toto corde intueor et attendo ita quod nec ego misericordie nec misericordiam mei obliuiscitur. quasi diceret. disci plinam tuam patienter fero: sed ut misericordiam indefinenter expecto (et) ideo iam (complacui) tibi id est beneplacitum habui (in veritate tua) scilicet vindicte quam merui qui prius displicui in mendacio culpe qua deliqui. Et qui lapsus merui iram a te correptus inueni misericordiam. Vel (complacui in veritate tua) pbando que probas et reprobando que reprobas. Et hoc autem apparet quoniam in innocentia mea ingressus sum. quia

Non sedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo.

Non sedi cum concilio vanitatis) id est tractatum iniquorum vitium et eis non consenti qui de terrenis semper cogitant et loquuntur prouidentes beati fieri in temporalibus et transitorijs que vana sunt et instabilia et causa omnis iniquitatis. (et cum iniqua gerentibus non introibo) iniquis operibus cum ipsis me ingerendo. Peruersi enim aut vane loquacitati vacant aut inique operationi defundant. Quo contra sancti viri ut et verbo et facto habeantur innocentes: et a vanitate restringunt linguam et ab iniquo opere conseruat vitam. Et quod non satis est vitasse addit Immo

odiui ecclesiam malignantiuz: et cum impijs non sedeto.

Odiui ecclesiam) id est congregatorem et conuentum (malignantiuz) id est malitiaz suam studiose exaggerantium quibus scilicet non sufficit quod ipsi mali sunt nisi etiam alios trahant. odiui quidem in eis non natura sed culpam. (et cum impijs) deum non colentibus Pietas enim proprie pertinet ad cultum dei. (non sedebo) id est placitum non habeo: cor de eis consentiendo ut placeat mihi quod eis. Ab his enim omnibus quibus non corpore tamen vita et moribus separatur ecclesia. Sed

qui ab iniquis se separat: cum quibus adiungitur audiamus. Sed Lauabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum domine.

Lauabo) i. mundabo (inter innocentes) qui nec sibi nec alteri nocent. (manus meas) id est opera. quasi diceret. non consentiam impijs sed potius cum innocentibus et inter eos mente semper et corpore sepe habitans et conuersans penitendo munda faciam opera mea. Manus enim opera significant. (et circumdabo) i. virtutibus et bonis operibus ornabo (altare tuum domine) id est mentem meam vel fidem ubi deo vota offeruntur. ubi preces funduntur: quia non est locus veri sacrificij extra fides catholicam que est in corde. Ideo autem inter innocentes conuersabor.

Ut audiam vocem laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua.

Ut audiam vocem laudis) id est discam et intelligam ab eis et intus a magistra veritate qua voce sis laudandus scilicet quomodo te laudem non me ut scilicet bonum tibi non mihi tribuam et ex ipso bono non de me sed de te qui dedisti presumam. Ille ergo intelligit qualiter est laudandus deus: qui quicquid boni agit a deo esse reputat: quicquid vero mali facit a se esse non dubitat. (et) cum didicero (enarrem) id est exponam ceteris (vniuersa) id est precipua et perfecta (mirabilia tua) corporalia et spiritualia visibilia et invisibilia hominibus exhibita docens et eos te laudare. quia D

Domine dilexi decorum domus tue: et locum habitationis glorie tue.

Domine dilexi decorum domus tue) id est bonos actus quibus decoratur domus tua scilicet ecclesia vel virtutes animam ornantes (et locum habitatois glorie tue) scilicet illos in quibus habitans glorificeris id est locum in quo gloriose habites ut non sibi sed tibi gloria detur quia non suam sed tuam gloriam querunt: vel animam virtutibus ornantam. Unde Gregorius. Domus quippe dei non solum sancti angeli sed etiam nos sumus quorum mentes inhabitare dignatur. Et quod electus quisque quantum proficiat ad hoc reprobari formidat misericordem deum humiliter exorat. d.

Ne perdas cum impijs vitam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.

Ne perdas) id est ne perdis permitas in futuro (cum impijs) (deus) id est cum male se

habentibus erga deum et eum odientibus (animam meam) que dilexit decorum domus tue (et cum viris sanguinum vitam meam) in presenti id est cum hominibus male se habentibus erga primum et eum odientibus. De quibus dicitur qui odit fratrem suum homicida est. Et ita impij et viri sanguinum illi accipiuntur qui contra duo mandata charitatis agunt et sic domum dei que duobus precibus dilectionis scilicet dei et proximi decoratur quantum in se est debonestant et maculant.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

In quorum manibus) i. operibus (iniquitates sunt) quod eorum opera sunt inique et sparsa sunt inique agere (dextera eorum) repleta est muneribus) quia si quid boni agunt per muneribus faciunt pecunie vel laudis humane vel timoris quo timent diuitem vel potentes offendere. Hi sunt qui sapientiam suam vendunt: pro iusticia precium accipiunt: ipsis etiam spiritualibus studiis quandoque defudant ut terrenum aliquid conquirant in acquirendis lucris insistant ardenti studio circumquaque exquirunt ut dextera eorum repleatur muneribus. Ita illi muneribus sunt ditati

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me et miserere mei.

Ego autem) sine flagicio et facinorose in innocentia mea ingressus sum) inter peccatores id est diuitijs innocentie et spiritualibus thesauris ditatus sum et ideo (redime me) id est tanquam redemptus libera me a malis (et miserere mei) id est non deserat me misericordia tua in huius vite periculo quam vitam aliquis transiit sine culpa sed in omnibus me comite tur faciendo mecum non solum merita mea sed solum misericordiam tuam. Et debes quod

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

Pes meus) spiritualis scilicet affectus qui facile labi solet: et etiam corporalis (stetit in directo) id est non recessit a iusticia tua et permansit contra omnia scandala immobilis. quia tam affectu et dilectione quam gressu et opere non recessit a rectitudine et si scandalis concussus esset vndique. In hoc ergo ostendit se diligere deum: deinde subiicit etiam de dilectione proximi dicens (in ecclesijs) et sanctis congregatibus et in omni conuentu fidelium (benedicam te domine) de tuis beneficijs mihi a te collatis non solum lingua et verbis sed etiam vita et moribus te laudando

ut alij mea doctrina et exemplo similiter instruantur ad benedicendum. Hoc est enim in ecclesijs benedicere deum: sic vivere ut per mores cuiusque benedicatur dominus. Qui enim benedicit domino lingua et non factis non vere benedicit.

Oratio
Largire domine misericordiam tuam famulis supplicibus et fac nos in tua veritate deuotos ut actibus innocentiam restituta liberari mereamur ab impijs. Per dominum.

Psalmus de fortitudine et constantia in aduersis et tentationibus vite presentis ac de profectu et perseverantia in virtutibus et bonis.
ps. lxxvi.

Domine illumina

tio mea et salus mea: que timebo?

Auctor psalmi) propheta dauid. Titulus talis est. In fine psalmi dauid priusquam linetur scdo. Hoc est psalmus iste dirigens nos in finem future summationis attribuit dauid. i. cuiuslibet fidei manu forti. psalmus in quo agens de se quod est illi fidei priusquam linetur scdo. i. ante profectam vinctos. Sicut enim dauid post primam in domo patris vinctos in signum regni facta hostes habuit antequam in hebron in regem vngretur secundo. nec confirmatus est in regno do nec saule deuicto: sic fidelis quisque post primam vincti onem baptismi quam accipit pignus spiritus habet hostes antequam scdo vngatur scilicet post hanc vitam quam immortalitate et impassibilitate persequitur et nunquam confirmabit in regno donec diabolo penitus supato. Fidelis ergo prima vinctos vinctus tanquam christi tyro hic loquitur optans vitam scdam vinctos persequatur. Et ergo supra ostendit se exaudiri et profectum persequatur orauitque ne a proposito suo dimoueret hic se ipsum et suo exemplo vniuersum qui pignus spiritus accipit confortat ut si beatus esse desiderat in tentationibus vite presentis viriliter agat ac pondus diei et estus longanimiter sustineat. Materia: in aduersis et tentationibus vite presentis fortitudo et constantia ac in virtutibus et bonis profectus et perseverantia. Intentio: suo exemplo vniuersum exhortari ad ista et a deo impetrare et obtinere oratione deuota. Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona ecclesie vel cuiuslibet viri fidelis et iusti constituitur se deum metuere et nullum alium formidare ac constantiam contra insultus aduersarioz se habere. Item profitetur se habere desiderium et conatum proficiendi et perseverandi in bonis ut pertingat ad premium regni celestis.

Sententia in speciali: fidelis ergo prima vn-
ctione inunctus tanq̄ tyro christi ait. (Do-
minus) habitans in me qui illuminat omne
hoiem venientē in hunc mundū est illumi-
natio mea) cōtra ignorantia. Illuminat enī
me p̄ferendo mihi lumen naturale ad cogni-
tionem agendoꝝ sup̄addens lumen gr̄e ad
cognitionem sperandoꝝ (et salus mea) contra
infirmitez vt iam possum resistere peccatis
quia eius est saluare in omnibꝝ tentationibus
et tribulationibus et in futuro ip̄e est vera no-
stra salus et beatitudo p̄hennis (quem) ergo
alium (timebo) sub tanto domino. quasi dice-
ret nullum. quia nullus potest contra eum.
Quē enī aīa timeat in qua deus habitat.

**Dominus p̄tector vite mee: a quo tre-
pidabo?**

Dominus) est (p̄tector vite mee) sc̄z gratie
que dicitur vita fideliz: sicut vita nature di-
citur brutoz. culpe demonū. glorie angeloꝝ
rum quia vitam virtutum quam mihi dedit
etiam p̄tegit dum om̄es impetus et insidias
repellit sine cuius p̄tectoē omnia dona eius
p̄duntur (a quo) igitur alio (trepidabo) qua-
si diceret a nullo. ad potentissimū enī omniū
pertineo. Si ergo deus illuminat homines
vt recta videat si sanat vt recte q̄ viderit ope-
re compleat. Deinde si p̄tegit ne tentatus ca-
dat quid restat qd̄ formidare debeat? Unde
et subditur

**Dum appropiant sup me nocentes: vt
edant carnes meas:**

Dum appropiant sup me) i. appropinquāt
et accedunt p̄tra me (nocentes) voto suo et si
non effectu. i. dum me inuadunt et obsident
inimici volentes nocere mihi vt edant car-
nes meas) vel me in carne affligendo et occi-
dendo. vel in carnalibꝝ desiderijs nimis de-
lectando et se pascendo. vel bona mea deuor-
rando. crudelitas inimicoꝝ hic notatur qui
carnes lacrant: animas ledere non valentes
et ideo nō sunt timendi quia eo ip̄so infirmā-
tur et cadunt quo ad interiora animi irrum-
pere nō possunt. vnde subditur

**Qui tribulant me inimici mei: ipsi infir-
mati sunt et ceciderunt.**

Qui tribulant me) p̄sequendo vel tentan-
do (inimici mei) coz pales vel sp̄uales (ipsi in-
firmati sunt) a p̄p̄ijs viribus et debilitati in-
firmatip̄is et inefficaces erunt in hoc quod in-
tendunt (et) victi (cecidērūt) a potentia et por-
tante nocendi ne tantū nocere possint quan-
tum velint: potestate diuina me p̄tegente et

eos deiciēte. Nihil ergo nisi dñm timeas
mus et quicquid aliud fremat vel superbiat
contra nos nō curemus. Si enī deus p̄ no-
bis quis contra nos? Ideoq̄ accepta tanta
fiducia.

**Si consistant aduersum me castra: non
timebit coz meum.**

Si) deinceps) consistant) i. circūueniant
(aduersum me castra) i. conspirans cōtradi-
centium et aduersantiū multitudo et fortitu-
do (nō timebit coz meum) in deo p̄tectoꝝ cō-
firmatū licet coz p̄ occidat. q. d. Si impioꝝ
exercitus: si victoꝝ impetus: si demonioꝝ
cetus collectis viribus omnibꝝ atq̄ acie ordi-
nata cōfurgat: nihil coz dubitat quod omni-
potens deus illuminando sanando p̄tegen-
do cōfirmat. Dñs enī bellatoꝝ fortis ip̄e pro
me pugnabit

**Si exurgat aduersum me preliū: in hoc
ego sperabo.**

Si) etiā (exurgat) subito vel in immensū
erescat (aduersum me preliū) sc̄z insultus et
conflictus vel p̄secutio inimicoꝝ p̄dictoꝝ
vt me debellare velint et cōterere nō solū non
timebo sed etiā (in hoc) prelio (ego) cui deus
p̄tector est (sperabo) i. ex hac occasione certis-
simam et firmiore cōfidentia capiam de diu-
ni auxiliij experimento. Vel (in hoc) sc̄licet in
dño (ego sperabo) i. sp̄em victorie et remune-
rationis eterne habebō in dño. Et merito q̄.
Unam petij a dño hāc requirā: vt inha-
bitem in domo dñi oibꝝ diebꝝ vite mee.

Unam) sc̄z rem id est vnum sc̄z ipsum deū
vbi more hebraico vtitur adiectiuo femini-
no p̄ substantiuo neutro. (petij a dño) p̄ ceteris
Hali quidē multiplicia querūt ego tñ vnā
et (hanc) requiram) supplicando) instanter et
perseueranter pro obtentu ipsius sc̄z (vt) qui
nunc ad tempus habito in tabernaculo tan-
dem (inhabitabo) id est perseueranter habitet
(in domo domini) non manu facta sed eter-
na in celis (omnibus diebus vite mee) i. eter-
naliter vbi nō sunt dies mortis. Q̄ vna dul-
cis qm̄ me de te satiabis.

**Ut videam voluntatem domini: et vi-
sitem templum eius.**

Ut) vbi (videaz) voluntatē dñi) sicut est qui
maxime apparet in facie id est vt contempler
speciē eius desiderabilē et videā eū facie ad
faciē vbi voluntas dei et quid vel it plene cog-
noscat. Hic enī voluntas aliqua hoīs ab
voluntate dei dissentit sc̄z ibi in nullo dissentit.
Un̄ dicitur. Fiat voluntas tua sicut in celo

et in terra (et visitem) i. cum desiderio et fre-
quentia videam. et interiori mente frequentē
(templū eius) i. ecclesia electoꝝ et celestis cu-
rie conuentum. fidenter autem peto et spero
illuc peruenire.

**Quā abscondit me in tabernaculo suo in
die maloz: p̄terit me in abscondito taber-
naculi sui.**

Quā) abscondit me) militantē sibi ne me ten-
tationū p̄celle obruerēt (in tabernaculo suo)
id ē in p̄nti ecclesia in qua militamus (in die
maloz) sc̄z hoīm. i. in die et vita p̄nti vbi mali
floret: vel in tpe tentationū quibꝝ mortalit̄ vi-
ta subiacet (p̄terit me) ad salutē ne lederer in
aīa licet coz pus affligerēt in abscondito taber-
naculi sui) i. in christo p̄ fidē quo est sc̄is scō-
rum et absconditū ecclie sp̄ialis sicut sancta
scōꝝ sunt absconditum ecclie materialis in q̄
vita n̄ra abscondita est. quē mor vocat petrā.

**In petra exaltauit me: et nunc exaltauit
caput meū sup inimicos meos.**

In) petra) i. in christo nō tñ p̄terit sed et
(exaltauit) a terrenis cupiditatibꝝ sublimādo
et de virtute in virtutē p̄gredi faciēdo (me)
fundatū sup petrā. Prius q̄ in christo p̄terit
cū a malis deinde exaltauit in bonis (et nūc)
dum dies maloz est (exaltauit caput meū) i.
mentē meā (sup inimicos meos) i. sup vicio-
sos appetitus qui me sepe hūiliabant ne cele-
stia p̄tuleret vt nullis iam vicijs vel aduer-
sitatibꝝ succubam sc̄z superē nō deficiēdo. Et
quia sic exaltauit ideo

**Circūui et imolauit in tabernaculo eius
hostiā vociferationis cantabo et psalmum
dicam domino.**

Circūui) i. oīa bñficia recogitauit et meū
p̄tractauit (et) nō in gratus (imolauit) offerē-
do p̄ gr̄az actōē (in tabernaculo eius) i. in ec-
clesia toto orbe diffusa (hostiā vociferationis)
vel iubilatiois. i. laudis ineffabilis cū magna
deuotōe et p̄ritōe coz dis. et de reliquo (canta-
bo) sc̄z iocūditate p̄templatiois (et psalmū di-
cam) i. op̄abor (dño) i. ad honore dñi. Lan-
tus enī p̄tinet ad iocūditatē laudis: psalm⁹
ad exercitiū bone op̄atiois. q. d. voce corde et
ope laudes deo annunciaro. sic enī laus n̄ra
accepta est deo n̄ro. Ideo

**Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad
temiserere mei et exaudi me.**

Exaudi) dñe vocē meā) i. oīoꝝ tā mentalē
q̄ vocalē (qua clamaui) forti intentōē (ad te)
p̄merendū et p̄ illa vna (miserere mei) i. mi-
sericorditer meū age (et exaudi me) p̄cem me

am p̄cedendo. q. d. ex misericōdia tua exaudi me
vt mercar in illa vna esse. p̄ces inculcat q̄ q̄
diu in diebꝝ maloz sumus oratio n̄ra cessare
nō debet. transiet oīo succedet laudatio. trāsi-
et stertus succedet gaudiz. Et merito me ex-
audies quia.

**Tibi dixit coz meuz exquirit te facies
mea: faciē tuā dñe requiram.**

Tibi) q̄ solus occulta intelligis (dixit coz
meū) i. desiderij cordis mei. hoc est oīo meā
nō in solis labijs est sc̄z in corde. plata. et (ex-
quirit te) nō aliud extra te (faciē mea) i. inten-
tio mea: mens mea. in qua me cognoscis et q̄
vultu quibꝝ designat (faciē tuā) i. p̄ntiā (dñe)
perseueranter (requirā) nō mūdi gloria. nō diui-
tias. nō delicias. faciēs tuas visio tua q̄ est vna
mibi est in desiderio q̄ inter oīa nihil ita p̄ci-
osum inuenio vt aut inueniā qd̄ q̄ro tu dñe.

**Ne auertas faciē tuam a me: ne declines
in ira a seruo tuo.**

Ne) auertas) et abscondas nūc (faciē tuā)
sc̄z gr̄e tue (a me) tanq̄ nolens mihi fauorē et
gr̄am impendere sed p̄piciata faciē me respice
et si a p̄ccis meis faciē vindicte auertas vt ea
nō punias (ne declines in ira a seruo tuo) sc̄z
tanq̄ et despectu recedēdo ab eo et loquē de
se tanq̄ de alio. Rogat vt eū hic corripiat nō
vt ab illo cū ira sine cozrectōe et venia disce-
dat et vt illa gerat a quibꝝ nō declinet sc̄z vul-
tu p̄icio respiciat. Sed

**Adiuutor meus esto ne derelinq̄s me: ne-
q̄ despicias me deus salutaris meus.**

Adiuutor) et coopator) (meus esto) vt p̄ficiā
et perseuerare valeā in bono q̄ ego mihi non
sufficio. et ideo p̄cor (ne derelinq̄s me) ne ca-
dam et incidā in p̄ccm q̄ sine te deficio. q. d.
inceptū ne intermitas in viā me posuisti sc̄z
aberrabo si me relinquis (neq̄ despicias me)
a te abiciendo ne perā q̄ tu (deus) meus es
qui me creasti. et (salutaris meus) qui me re-
demisti. q. d. frustra creasti et recreasti si me de-
spicias. et hoc necessariū est mihi nō habentē
adiutoriū extra te.

**Quā pater meus et mater mea dereliq̄-
runt me: dñs autē assumpsit me.**

Quā) p̄r meus) i. mūdus vel diabolus (et
m̄r mea) sc̄z societates maloz vel carnalis cō-
cupiscentia que me genuerūt et quoz eram
imitator (dereliquerūt me) querentē te et p̄te-
nente se. q. d. ista dereliqui sepatus sum ab
eis cum id quod quero dare nō possent. (Do-
minus autē) qui p̄r mihi dare et modo necessa-
ria (assumpsit me) vt p̄r quia condidit. quia

vocat. quia iubet. quia regit. et vt mater quia lactat. quia nutrit. quia fouet. quia continet. Et quia tendo ad te idco
Legem pone mihi dñe in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Legem et regulā viuendi (pone et da mihi) tendenti ad te o (dñe in via tua) scz mādatōrum tuorū que me dirigat et nō sinat aberrare a mādatōis tuis. et vltērius (dirige me in semita recta) scz p̄silioꝝ et in rectitudine angustiarum vt recte incedā et nō declinem ad dexterā vel ad sinistram. et hoc rogo (ppter inimicos meos) visibiles et inuisibiles canēdos qui insidiari nō cessant vt me ad iniquitatem siue errorem trahant. Et
Ne tradideris me in aīas tribulantium me: qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi.

Ne tradideris me. i. aīam meam vt si corpus occidūt vel aīam nō occidant (in aīam) id est in volūtates. nō dico in manus (tribulantium) me et mihi aduersantium. i. ne sinas animos eorū satari de malis meis vt cōsentiam eis (qm̄ insurrexerūt in me). i. ptra me testes iniqui scz detractores et adulatōres mihi et de me falsa dicentes vt moucāt et reuocēt me a te (et mentita est iniquitas) emphatice. i. iniquos testis (sibi). i. ad damnū suū nō meum. qz mendaciū malorū sibi vertitur in penam: sanctis vero in gloriā. Omne enī peccatū in suum redit auctōrē. s; inter oīa pericula deo dirigente. ego

Credo videre bona domini: in terra uiuentium.

Credo. i. indubitanter p̄fido (videre) scz p̄xp̄ientiam (bona dñi) que sunt vera et eterna nō transitoria (in terra uiuentiū) vbi nullus moritur: nullus locus falsitatis est scz in vita beata que est eterna qz pignus n̄m ibi habemus qd̄ est christus. Terra dicta est p̄ similitudinē ppter sui soliditatē stabilitatē et p̄manentiā vbi nullus perit sed semp̄ pmanet et beate uiuit. Et in hac spe cōfortans se ip̄m loquit̄ ad se tanq̄ ad aliū. q. d. Certus sum de illa vna et si tardum est hoc amanti.

Expecta dñm viriliter age: et confortetur cor tuū: et sustine dñm.

Expecta dñm secure qui non fallit bona ab eo sperando et p̄solando et vt cōsequaris nō remisse s; viriliter et fortiter (age) et opare de bono in melius p̄ficiendo (et) ne lassaris (p̄fortetur cor tuū) nō desperatōne deficientē

do. et corde p̄firmatus si mala eueniant (sustine dñm) tribulatōnes patienter et p̄seueranter pro eo vsq; in finez sufferendo vt bene viuendo sis iustus et patiendo p̄fectus Vbi nota q̄ quattuor sunt que n̄m spem euacuāt scz diurnitas t̄pis: contra quod dicitur. et p̄fecta dñm. id est illud quod credis et speras de dño. Difficultas bone actōnis. ptra quod dicit. viriliter age. Pusillanimitas mētis. cōtra quod dicitur. cōfortetur cor tuū. Acerbitas tribulatōnis cōtra quod dicitur. et sustine dñm. i. illud quod pateris pro domino et a domino.

Defensa nos a castris et p̄clis inimici ad iutor omnium deus vt in domus tue p̄petuitate durantes mereamur vultū tuū sp̄ali cōtemplatōne suspicere. Per dñm

Petitio Christi vel ecclesie p̄ liberatione ab iniquorū tribulatōne et gratiarū actio deuota pro sua exauditione.

p̄s. xxvij.

De te domine clamo

mabo deus meus ne sileas a me ne quando taceas a me: et assimilabor descendenti in lacum.

Auctor psalmi dauid propheta. Titulus hic est. Psalmus ipsi dauid. Attribuitur enī dauid significato. i. christo in conflictu passionis posita vel iusto in afflictōne constituto suadenti id quod supra scz vt quisq; fidelis sui cōp̄lo aduersa toleret et nō in se s; in deo confidat si cum eo regnare voluerit. **Nota:** petitio liberatōnis christi vel iusti ab iniquorū liberatōnibus. **Intentio:** monere si deles aduersa patienter tolerare et cor suum in dño ponere si volunt cum christo regnare S̄ntia in generali: probeta in isto psalmo in p̄sona christi vel cuiuslibet iusti positi in afflictione mentis vel corpis petit deuote diuinitus liberari et sentiens se a dño exauditus studet ei deuote regratiari. **Sententia in speciali:** Christus itaq; secundum q̄ homo p̄ponens se cōp̄plū iustis humiliter ad p̄rem ait. (Ad te) o (domine clamabo). i. ex toto et magno desiderio et affectu in afflictōne mea orabo et tu (deus meus ne sileas a me) christo in resurrectōe sed responde mihi annuendo et resuscitando. et (nequando) id est nec ad horam (taceas a me) in passione sed clarifica protegendo (et) si silueris (assimilabor) id est similis ero alijs hominibus (descendenti in lacum) id est in miseriam huius vite vel in

infernū. Vel (ne sileas a me) christiano quācum ad exteriorē eruditōnem (ne quando taceas a me) quantum ad interiorē inspiratōnem (et) si silueris vel taceris remotus a metunc (assimilabor) descendenti in lacum) gehenne et p̄funde miserie id est peribo quia dei silere et tacere n̄m perire est. Sed

Exaudi dñe vocem deprecatōnis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Exaudi domine vocem deprecatōnis mee cordis deuote precantis. (dum). i. quia (oro ad te) id est ne differas me exaudire. et (dum) id est quia ego christus (extollo manus meas) in cruce (ad) construendū (templum sanctum tuum) id est ecclesiā. quasi diceret. hoc facio ad edificandū ecclesiā vt sit templum sanctum tuum et ad salutem illorū qui sunt templū tuum. Vel (dum) ego christianus (extollo manus meas ad templū sanctum tuum) scilicet ad celum. quia est consuetudo fidelium eleuatis ad celū manibus deprecari dominum. Inde enim speramus auxiliū vbi notat ad eterna debere opera nostra referre nō ad terrena deprimere. Et
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Ne tradas me in mortem (simul cum peccatoribus) id est ea intentōne et eo voto quibus illi (et cum operantibus iniquitatem) scilicet mortem meam (ne perdas me) damnando velut reū supplicij id est ne hoc modo moriar quo moriunt operari iniquitatis. **Nota** et tu fidelis ne simul tradaris cum peccatoribus ne eorum cum quibus habitas prauis moribus corumparis et cum operantibus iniquitatē ne perdaris ne videlicet cum iniquis per eas quorū persecutōnem temporaliter toleras. Et non solū sunt iniqui actu sed etiā lingua. vnde subditur

Qui loquuntur pacem cum primo suo: mala autē in cordibus eorū.

Qui loquuntur pacem cum primo suo) per carnem et per impensam misericordiam scilicet mecum dicentes. Scimus quia a deo venisti magister. (mala autem) scilicet odij p̄ditionis et homicidij sunt (in cordibus eorum) Cogitabant enim vt iesum dolo tenerent et occiderent. quasi diceret. bona et pacem simulant labijs sed mala et fraudes habent in cordibus. Quam multi tales inueniuntur in ecclesia dei qui persequuntur cor-

pus christi hi sunt qui veniunt in vestimentis onium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et quia ipsi tales sunt
Da illis p̄m opera eorum: et p̄m nequiciam adinventionum ipsorum.

Da illis scilicet (malis) mercedem condignam (scdm opera eorum) id est scdm meritū operum suorum (et scdm nequiciam adinventionum ipsorum) id est scdm q̄ intenderunt non scdm quod inde prouenit. Ac si diceret non scdm vtilitatem que ex eorum operibus processit recipiant sed scdm nequiciam quā se ad vtilitatem suam studiose inuenisse putabant. Non optat que dicit sed quid eis imminet predicat vel optat iusticiam dei in hoc seruari quia hoc iustum est vt scdm modum culpe sit retributio pene. Sequitur ergo.

Scdm opera manuum eorum tribue illis redde retributionem eorum ipsis.

Scdm opera manuum eorum id est p̄m voluntatem et meritum operum ipsorum (tribue illis) licet quod fecerat pro sit ad salutem alijs. per opera manuum vult designari excellentem iniquitatem quam fecerant in morte domini (redde retributionem eorum ipsis). i. quia mala pro bonis retribuēbant mihi redde eis vt sicut fallaciā pro veritate mihi reddebant ita fallaciā eorum ipsos fallat. Bene dicit retributione quia cum christus eis bona fecisset ipsi sibi mala retribuēbant. Ideo autem sic retribue eis.

Quoniam non intellexerunt opera domini et in opera manuum eius. destrues illos et non edificabis eos.

Quoniam non intellexerunt id est intelligere noluerunt (opera domini) scilicet magis occulta que operatus est per filium sicut est q̄ cum incarnari fecit de virgine. q̄ cum misit pro nostra redemptōne (et in opera manuum eius) scilicet manifesta miracula que per filium pater faciebat. mali etiā christiani opera intelligere nolunt per christum facta quia salutem sibi oblatam respuunt et contemnūt Ideo (destrues illos) id est depones a potentia vt nihil mihi noceant amplius. Deinde de sua exauditione gratias agit. d.

Benedictus dominus: quoniam exaudivit vocem deprecatōnis mee.

Benedictus sit (dominus) et gratias illi: et causam gratiarum subdit dicens (quoniam exaudivit vocem deprecatōnis mee) annuendo mihi quod deprecatus sum tam pro mea glorificatōne q̄ eorū depositōne. Quoniam

exaudimur a dño debemus illum benedicere. Non eni habet homo quid retribuatur domino pro tantis beneficiis nisi benedictio nem et laudem. nemo autem in donis dei sit beatus si donanti existit ingratus. Quomodo autem exauditus sit ostendit per hoc qd subdit.

Dñs adiutor meus et pector meus: et in ipso speravit cor meum et adiutus sum.

Dominus est (adiutor meus) in resurrectione et ad bene operandum (et pector meus) in passione et ne ledar a telis persecutorum (et in ipso speravit cor meum) id est mens et ratio mea (et iam adiutus sum) eo qd vere et sine hesitatione speravi. Ad hoc omnipotens deus nos adiuvat in bono et protegit a malo ut spem nr̄am constituamus in ipso. Quanto autē fidentius in ipso speramus tanto ab ipso adiuvamur vberius. vnde fit vt per dei adiutorium spes in nobis generetur et deinde per spei meritum adiutorium augeatur. Et ostendit in quo adiutus sit. d.

Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.

Et refloruit caro mea) in resurrectione que defloruit in passione. Caro christi prius floruit in pceptione immunitate peccati qz immunitis ab omni peccato fuit. deinde defloruit in passione quando morti succubuit. postea refloruit in resurrectione quando immortalitate suscepit. et ideo iam metu mortis consumpro (et voluntate mea) libera nō timoris necessitate (confitebor ei) et confitebuntur mei in quibus ego sum confessione laudis. Sic dicat peccator confitebor peccata et voluntate nō expectabo infirmitatem que compellat confiteri vel finem vite. et merito confitebuntur et quia.

Dominus fortitudo plebis sue: et pector saluatorum christi sui est.

Dominus est (fortitudo) in pugna contra diabolum (plebis sue) sibi deuote que in eo confidit quia non sua sed diuina virtute saluantur quos dominus de diaboli iugo eripit et suos facit (et ipse) pector saluatorum christi sui est) id est saluator a christo quia illos qui per christum saluati sunt ptegit hic in lucta non permittendo eos tentari supra vires ne ledantur a diabolo et post pugnam immortalitate preget in futuro. Et quia dominus est fortitudo plebis sue ergo faciendo quod tuum est

Saluum fac populum tuum domine et

benedic hereditati tue: et rege eos et excolle illos vsqz in eternum.

Saluum fac populum tuum) scilicet populum christianum o domine a malis seculi vt pseret in accepta gratia. (et benedic) ipsi facto (hereditati tue) dando incrementum virtutum et augendo in merito et numero (et rege eos) scdm mores et virtutes nec exorbitet et declinet ad praua (et excolle illos) a terrenis ad appetenda celestia et de virtute in virtutem (vsqz in eternum) id est donec perueniant vsqz ad eternitatem. Oratio

Fortitudo omnium fortissime deus salua populum a descendentibus in lacum et ita nos in templo sancto tuo ynanimiter necite vt pacem quam proximis ore pferimus corde teneamus. Per dñm.

Oratio populi fidelis et ministrorum ecclesie vt de beneficiis a deo sibi collatis studeant grati esse. ps. xviii:

Afferre domino fili

ly dei: afferre domino filios arietu.

Auctor psalmi propheta dauid
Titulus talis est. Psalmus dauid prophete qui hic loquitur: habitus in consummatione tabernaculi id est in consideratione consummationis ecclesie. agit enim de perfectione ecclesie de cuius supra adhuc agebatur edificatione que recte hic tabernaculum dicitur quia in ea contra diabolum temporaliter militatur: sed in futuro erit domus in qua habitatur. Dauid namqz fecit tabernaculum de tentorijs in quo arcam deo reposuit quo consummato multos ad immolandum ibi hostias inuitauit in quo consummationem ecclesie futuram prophetauit cui christus dona gratie contulit quia septē donis spiritus sancti eam replet et post remunerabit. Materia: multa beneficia in ecclesia fidelibus a deo collata. Intentio: hortari fideles qui filij dei facti sunt per adoptionem vt grati beneficiis pure et deuote se ipsos et sacrificia sua in ecclesia offerant deo consummatori. Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona sua vel fidelis anime credentes generaliter omnes et specialiter ecclesie ministros ammonet et inducit vt domino sacrificia deuota mente persoluant in ecclesia et hoc propter multa beneficia fidelibus collata. Sententia in speciali. Honens ergo propheta fideles afferre spirituales hostias deo ait.

Afferre dño) nō appareatis in aspectu dei vbi cui o (filij dei). i. vos fideles ppli et ecclie ministri: filij dei p graz adoptionis effecti. Et subdit quid debeant afferre. d. (afferre dño filios arietu). i. vos ipsos mundos et puros tanqz agnos qd p euangelium genuerunt apli duces gregis dominici. Deo nos offerimus si deuote cor nr̄m deo prebemus. sed necesse est vt oblatio cordis etiā in completionem se demonstret actionis. vnde et subdit quales se debeant afferre. dicens

Afferre dño gloriam et honorem: afferre domino gloriam nomini eius: adorare vobis in atrio sancto eius.

Afferre dño gloriam et honorem). i. tales vos exhibete vt p opera verba et exempla vestra bona glorificetur et honoretur deus vbi qd apud ceteros. (afferre dño gloriam nomini eius) id est ascribite gloriam nomini eius non vestro: querentes gloriam suam nō vestram. (adorate dñm in atrio sancto eius) id est in dilatato et sanctificato corde quia ex charitate est omnis sanctitas. Jure quippe gloria et honor a nobis sibi exhibetur p tot et tantis beneficiis que in edificatione ecclesie subscribuntur. primum est collatio baptismi in quo fideles sunt membra christi quod notatur cum dicitur.

Gloria dñi sup aquas: deus maiestatis intonuit: dñs sup aquas multas.

Gloria dñi) scilicet dei patris facta est (sup aquas) iordanis in baptismo christi qz (deus maiestatis) et excelsa virtutis tunc (intonuit) dicens. hic est filius meus dilectus (dominus sup aquas multas) qz omnibus aquis tunc data est virtus regeneratiua in inuocatione sancte trinitatis. In noie eni patris et filij et spiritus sancti baptisantur credentes. et ipse est qui vbiqz baptisat. qz vnus dñs vna fides vnum baptisma. Deinde ponitur secundum beneficium quod est catholice fidei diuulgatio p christi et discipulorum predicationes quod notatur cum dicitur.

Gloria domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Gloria dñi) id est predicatio christi et discipulorum facta est (in virtute) magna qz multi fuerunt conuersi ad fidem per eorum efficacem predicationem. (vox dñi) facta est in magnificentia miraculorum et operum. nam mortuos suscitabant. cecos illuminabāt. leprosos mundabāt et alia miracula faciebāt que sermonem consumabant et etiā multos ad fr-

dem conuertebant. Deinde ponitur tertium beneficium quod est humiliatio et subiectio principum sub iugo fidei christiane. qd notatur cum dicitur.

Gloria domini confringētis cedros: et confringet dominus cedros libani.

Gloria dñi) confringētis cedros). i. humilians per penitentiam et pitionem cordis superbos et altos. (et confringet dñs) p penitentiam (cedros libani). i. magis elatos et gloriantes de suo candore. i. de carnis nobilitate et seculari felicitate. Libanus eni interpretatur candor. Per cedrum quippe superbia designatur quia cedrus altissima arbor est. sed in libano sunt cedri magis proceri p quas significatur magnitudo principum terrenorum qui contracta eorum superbia humiliter colla sua iugo fidei submiserunt.

Et conminuet eos tanqz vitulum libani: et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Et conminuet eos tanqz vitulum libani) vbi vituli ad sacrificia nutriebantur. i. humiliabit eos adeo vt tanqz vitulus parati sint pro eo mori. (et) hoc faciet (dilectus) patri scilicet christus qui est (quemadmodum filius unicornium). i. iudeorum scdm carnem qui dicuntur unicornes quia in vna lege superbiunt. et de singulari iusticia se erigunt. Vel nō mirum si illi conminuentur (et dilectus) enim vnicus patris conminuetur. i. humiliabitur vsqz ad mortem. et hoc (quemadmodum) et p ea parte qua est (filius unicornium). i. iudeorum. i. scdm qd est homo. Deinde ponitur quartum beneficium quod est condescensio diuina in psecutione sanctorum quod notatur cum dicitur.

superbiam. Inquantū quisq. minus amat de
um intantū labit pes eius ad peccandū. Et
inquantū plus deū amat intantū robustius
stat et minus peccare cum delectat.

**Clarifica nos celesti misericordia oipotens deus fons et origo luminis
sempiterni vt vbertate domus tue repleti oēs
iniquitate et dolū cum p. cacitate ferocis su
perbie renuamus. Per dñm.**

**Psalmus de morum correctōe et in
firmorum consolatiōe: ac de dispari ho
morum et malorum statu et conditiōe in
p. nti et in futuro.** ps. xxxvi.

Qui emulari in ma

lignantibus: neq. zelaueris facientes
iniquitatem.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus
hic est: ps. dauid. qz attribuit dauid p. phete
vel cuiuslibet iusto qui hic loquit monēs ope
rarios dñice vinee vt studeat pondus diei et
estus sine murmuratōe portare si volunt de
narium diurnū hora nouissima recipere. Ha
teria: status et conditio malorū et bonorū in p.
senti et in futuro. Intentio: hortari et monere
ne quis p. ter impiorū nequiciā vel iniuriam
moueatur: sed p. tempra mundana p. sperita
te et malorū societate: ad herat deo et sanctos
imitetur. Sna in generali: p. pheta vel quilibet
iustus qui hic loquit videns impios p.
sperari: et iustos ab impijs p. culcari et q. qui
dam simplices iusti inuident potentie eorum
et vellent vicisci iniurias illatas ab illis vt

aliquando conformes fieri eis ponit in hoc psalmo pro hac saluberrima doctrina Cum ergo supra de malis et bonis tractauit nunc simplices de flore malorum et labore bonorum murmurantes solans contra eorum infirmitatem salubre antidotum apponit. Scilicet in spectali debortans ergo ecclesia ab emulatioe malignantium ait. (Noli) o tu infirme qui hoc soles (emulari). i. inuidere et indignari (in malignantiis). i. in consideratioe malignantium quod florent. Malignantes dicti sunt quasi maligni ignem alentes. i. cupiditatem scilicet qui peccatum diligunt et in malo delectant. (neque zelaueris). i. non ames nec imiteris (facientes iniquitatem). i. inique congregantes diuitias et prementes bonos. q. d. nulla te accendat ira vel cupiditas ut male florentibus in seculo inuideas vel eos imiteris: sed esto equo animo nam breuis est eorum et felicitas et iniquitas. unde sequitur.

Quoniam tanquam fenestra velociter arefcet: et quemadmodum olera herbarum cito decident.

Quoniam tanquam fenestra quod hodie floret et cras marcescet (velociter arefcet) quod ad ipsas florent et leuantur sed cito deficcant et in puluere rediguntur. (et quemadmodum olera). i. viriditas (herbarum) vel prae cito decident. i. deficient ac florem et viriditatem mundane felicitatis amittent. Vel quemadmodum olera herbarum quae hyeme virent estate a vermibus corroduntur. (cito decident). i. cadent. quod mali qui huius seculi hyeme virent in futuri iudicii estate ab immortalibus vermibus consumuntur. Illi ergo non sperant in domino quia spes illorum mortalis est et inanis. Tu vero

Spera in domino et factioe: et inhabitabit terra et pascet in diuitiis eius.

Spera in domino non in vanis puta in diuitiis: in delitiis: in mundi honore et flore: more illorum mali gno: (et fac bonum). i. opus bonum. neque enim utilis est spes sine bono opere: sed nec bonum opus est aliquid sine charitate. unde mox subditur (et inhabitabit terra) domini. i. ecclesiam quam colit et rigat in unitate ecclesie catholice permanendo et concorditer viuendo. quod non profunt bona extra ecclesiam facta (et pascet) usque ad factioe et suauitate (in diuitiis eius) terre. i. ecclesie. que diuitie sunt ipse deus vel sacre scripture. Ergo spreta mundi fecunditate

Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.

Delectare in diuitiis tuis scilicet (in domino) sine

ere et delectabiliter eum contemplando amando et memorando: et dabit tibi petitiones cordis tui. i. rationis non carnis. Cor enim delectantis in domino non petit quod caro vult sed quod vult spiritus: non petit nisi ipsum deum ipsam lucem et eternitatem. hanc promittit deus delectantibus in se quod quod oribus non vidit nec auribus audiuit nec in cor hominis ascendit hanc preparauit deus diligentibus se. Et si propter peccatorum multitudinem dubitas sperare vel delectari in domino audi salubre consilium.

Revela domino viam tuam et spera in eo: et ipse faciet.

Revela domino viam tuam peccata tua confitendo te ipsum accusando et corrigendo et in oratione deuota coram eo tuum desiderium explicando ac directionem petendo (et spera in eo non in alio (et ipse) qui pro faciet) quod petis vel desideras. Spem enim promittit peccatoribus: et in indulgentiam facit penitentiam agentibus. Quae salubria mandata non inuidere malis non diligere iniquitatem in domino sperare in domino delectari vias et opera nostra domino confiteri. Si hec facias et ipse faciet te exaudiendo et subiungit quid amplius faciet. d.

Et educet quasi lumen iusticiam tuam: et iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto domino et ora eum.

Et educet de tenebris huius seculi iusticiam tuam. i. fidem tuam qua iuste operaris: et ex qua viuas que modo abscondita est et quasi sub modio latet quod nondum vides quod credis (quasi lumen). i. ad lucem cum ceperis videre quod credidisti. Tunc enim opera tua in claritate erunt (et iudicium tuum) quo iudicas sequi christum et eligis quod non vides quod iudicium modo in abscondito est et a malis irridetur eductum (tanquam meridiem). i. clarum lumen et in pleno splendore quod cum christus apparuerit tunc et tu apparebis cum ipso in gloria: et interim (subditus esto domino) preceptis eius obediendo (et ora eum) non cessando: perseueret bonum opus et oratio donec det quod promissit.

Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: et in hodie faciente iniusticias.

Noli emulari id est inuidia moueri sine indignari et commoueri (in hodie est in consideratione eius) qui prosperatur et floret (in via sua) mala et in factis suis non in via dei in qua tu es puta in homine faciente iniusticias) id est in consideratione hominis male agentis. quasi diceret. si videris prosperari et florere impium non te moueat vanitas eius ad indignandum

Et sic exponit hic unde solet nasci emulatio: de qua etiam supra dixit. Dico ne emuleris et si aliquo modo motus es iue in animo siue in corpore corrige illud. et hoc est quod subdit.

Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari ut maligneris.

Desine ab ira animi (et derelinque furorem) corporis) Vel desine ab ira) ne subito irascaris visa prosperitate malorum (et derelinque furorem) ne diu perseueres: quia inde irasci et indignari est contra deum murmura re et prope blasphemare. Ac si diceret nec prosperitas prauorum nec iniquitas illorum moueat te ad iracundiam vel inuidiam. preferam (noli emulari). i. indignari intantum (ut maligneris). i. ut malitiam eius imiteris. et eodem modo voluntarie efficiaris malignus quasi imitando eum qui maligne faciens floret ad tempus.

Quoniam qui malignant exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram.

Quoniam qui malignant. i. qui mali sunt et si modo florent (exterminabuntur) in futuro. i. extra terminos terre viventium et superne hierusalem efficiuntur sicut scriptum est. Tollatur impius ne videat gloriam dei. (sustinentes autem dominum) aduersa patienter ferendo: prospera despiciendo. et beneplacitum domini qui non fallit et omnia potest expectando. (ipsi hereditabunt). i. hereditario iure possidebunt (terram) viventium. scilicet patriam celestem ubi nullus moritur. Et ne infirmo longum videatur sustinere proinus adiuget. quasi diceret. Jam diu sustinui.

Et adhuc pusillum et non erit peccator: et queres locum eius et non inuenies.

Et adhuc restat pusillum temporis. i. parum ne ergo tedeat te qui sustines: sed modice expecta. (et non erit peccator) pro quo gemis. i. non apparebit subtractus de medio: nec erit dominum eius. cito transeunt tempora. breue est quod durare non potest. (et queres locum eius et non inuenies). i. si queres non inuenies. quia non habebit tunc usum quem modo habet quando vritur eo deus ad probandum iustum. Cum enim transierit tempus probati onis nostre: quando non erunt qui probentur non erunt etiam pro quos probentur.

mansueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.

Mansueti autem et mites qui domino non resistunt qui iugum eius patienter portant. qui malos et aduersa mundi equanimiter tole-

rant (hereditabunt terram) viventium scilicet illam sanctam hierusalem (et delectabuntur) id est delectabiliter viuent et letabuntur (in multitudine pacis) et amotione omnium malorum in quietantium. fruuntur enim eterno deo qui est omnium bonorum fons et plenitudo inde illa superna ciuitas hierusalem noiat que visio pacis interpretatur. Et quod quod diu hic iustis iniustorum insidias patiunt subiunctum est.

Observabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis

Observabit peccator iustum) ut inuento loco cum capiat et perdat. Non enim cessant prauit bonorum vitam inquirere attendentes si qua ex parte valeat eis nocere (et stridebit super eum dentibus suis) scilicet detractioe. quia quod opere exercere non valet fera et bestialiter corrosione verborum exercet. Vel (Observabit) occultis insidiis ut eum alliciat sibi et deceptat. et si hoc non potest (stridebit super eum dentibus suis) scilicet crudelitatis quibus eum quem non potest subuicere: quasi furens belua se uiendo et dentes collidendo conat occidere. Dominus autem iridebit eum: quoniam prospicit quoniam veniet dies eius.

Dominus autem iridebit eum). i. irrisione dignus iudicabit et irrisibilem ostendet quando pernis eternis cruciandus tradetur. hic etiam iridebit inefficaces eius insidias faciendo: et malicie eius gladium in seipsum conuertendo (quoniam prospicit). i. procul aspicit quod ipse peccator non videt scilicet quod (veniet dies eius) quo restituatur ei. i. dies debite punitionis pro suis malis. Semp enim vindicatur in impium aut hic si se conuertit: aut in futuro si se non conuertit. sed si neque blanditiis neque minis aget. pena aggreditur unde sequitur.

Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.

Gladium euaginauerunt peccatores) id est apertam et manifestam impugnationem et persecutionem. Gladium enim euaginare est malitiam prius in corde occultam etiam opere exercere. Si vero non sic proficit insidiatur dolis unde subditur (intenderunt arcum suum) id est occultas insidias et dolosam deceptioem. Arcum enim intendit qui dolum parat unde incautum feriat. His duobus generibus persecutionis impugnant mali bonos. Deinde reddit singulis singula. Intenderunt enim arcum suum.

Ut decipiant pauperem et inopem: ut trucident rectos corde.

Ut decipiant pauperem) qui sibi non sufficit (et inope) qui nec opem ab alio habet. vel (pauperem) de astucia sua non confidentem (et inopem) de viribus suis non presumens. gladius vero euaginauerit (ut trucidet). i. occidant et interimant (rectos corde) ut martyres fortes in fide. Floie pauperis et inopis designant simplices scientiam et virtutem non habentes. per rectos corde intelligimus perfectos. Simpliciter ergo moliantur arcu occulte decipere perfectos vero student aperte glaucionis gladio trucidare. Sed

Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum constringetur.

Gladius eorum intret in corda ipsorum) vni uenerat ut noceret sibi patri in mente quam alius in corpore. In corpore occidere uoluerunt: in anima moriuntur. Quicumque enim alium ledere molitur primum se ipsum proprio iaculo percutit. (et arcus eorum confringuntur). i. insidie eorum frustrantur ne iusto nocent: dolusque et mala uoluntas ad effectum non perueniat ne possint implere quod ceperunt. Et licet possint iustorum bona diripere et iustus spoliatur per eos tamen

Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas.

Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas) quod habet super diuitias peccatorum multas. i. quam multe diuitie peccatoribus. melior est iusti paupertas quam peccatoris diuitie. Iste enim paucis contentus est et abundat: ille autem plenus sitit et eget. Iste in paupertate animam saluat: ille in diuitiis et corpus et animam perdit. Ante ergo egit de malitia peccatorum et sustinuit bona: hic uero de diuitiis illorum et paupertate istorum. Et uere melius

Quia brachia peccatorum contendentur: confirmat autem iustos dominus.

Quia brachia peccatorum contendentur) i. potentia: diuitie: fortitudo et robur in quibus confidunt destruunt et ad nihilum rediguntur ne amplius innocentibus noceant. confirmat autem iustos dominus) eis fortitudinem et robur prestando ne ab iniusticia vincantur: ut et neque in prosperis neque in aduersis a bono uirtutis moueantur. et nec morte nec uita a charitate dei separentur et hoc per spem futurorum: per exempla martyrum et maxime per exemplum sue crucis: passionis et mortis. Sic autem confirmat quod

Mouit dominus dies immaculatos: et hereditas eorum in eternum erit.

Mouit dominus dies immaculatos) i. puritatem et uita iustorum in

qua immaculate uiuunt et mala patiuntur. non uult enim quod uixerint et in quibus uita finierint. Et si miseri uidentur ignarus scit deus quid post finem dicitur seruet eis. quod et hereditas eorum que per uita immaculata et per malorum tolerantiam dabitur (in eternum). i. in uita eterna (erit) et semper durabit. Esto ergo purus et mundus omnibus diebus uite tue: ut placeas deo in tua puritate: et in uita eterna hereditabis. Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.

Non confundentur in tempore malo) scilicet tribulationis penitus in quo iusti laborant et mala tolerant: et si deridentur: si contumelios et penis de bonitate non solum non crubescunt sed potius gloriantur et gaudent quod non sua sed dei gloriam querunt. Contra est de malis et elatis. (et in die famis) qui modo sunt quam boni elati sunt deum et iusticia (saturabuntur) per scripturas et celestia sacramenta: per spem ac domini promissiones et exempla ne deficiant in uia donec uisione ipsius sanentur in patria. Vel (non confundentur). i. non peribuntur spe sua (in tempore malo) scilicet iudicij quo punientur mali (et in die famis) quam mali fame peribunt (saturabuntur) interna facietate. (quia) contrario (peccatores) tamen carentes ista facietate (peribunt) sine omni consolatione. Et ostendit quo modo peribunt. d.

Inimici uero domini mori ut honorificati fuerint et exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Inimici uero domini) i. ipsi peccatores (mori ut honorificati fuerint) gloria et reuerentia (et exaltati) dignitatibus et potentia in uita penitus que non est momentu respectu future (deficientes) quid die de malo in peius (quemadmodum fumus) cuius nullum post exaltationem inuenit uestigium (deficiet) penitus. Fumus enim in altum extollitur et ipsa exaltatione extenditur et euanescent: sic iniqui in altum eriguntur et in ambitum extenduntur: et deinde deficientes euanescent. quantoque gradus altior fuerit: tanto hic casus grauior et in futuro pena maior erit. Ideo autem hoc malis quia

Mutuabitur peccator et non soluet: iustus autem miseretur et retribuet.

Mutuabitur) i. mutuo accipiet (peccator) corpus et animam ac bona naturalia et gratuita atque temporalia a deo accipiendo. Nihil enim habet quod mutuo non accipiat. (et non soluet) de bonis acceptis seruando et gratias agendo. vel (mutuabitur). i. audit uerbum dei (et non soluet) id est non reddit operibus quod auditu precepit. q. d. non

refert lucrum (iustus autem) de bonis a deo acceptis (miseretur) affectu prestando (et retribuet) per effectum subueniendo. Cuius enim peccatus plenus est charitate et bona uoluntate semper habet unde det: vel facultate seu beniuolentiam: uel auxiliu seu consiliu: aut saltem uoluntatem uel orationem. Ideo autem miseretur et dabitur enim. Quia benedictio ei hereditabitur terram maledictio autem ei disperibunt.

Quia benedictio ei) scilicet domino: bene uiuendo. et bona que possunt alijs impendendo. ac de benedictionis acceptis gratias referendo (hereditabitur terra) scilicet uiuentiu eam perpetuo possidendo (maledictio autem ei) male uiuendo et sibi promissa iniuste retinendo ac ingrati eius benedictionis ea que mutuo acceperunt non soluendo (disperibunt). i. dupliciter scilicet in anima et corpore peribunt. quia in utroque eterna perditione morientur. et sic duplici perditione contendentur. Et ut sciat quisque quo tendere debeat ne similis pereat sequitur et dicit

Apud dominum gressus hominis dirigetur: et uiam eius uolet.

Apud dominum) i. a domino (gressus hominis) ratione uolentis. i. affectus et opera quibus ad eum transire conatur (dirigetur) in uia penitus ut non declinet a rectitudine iusticie quia ex dei uoluntate est uia iusti: et totum quod habet ex gratia est. Non enim est hominis dirigere uiam suam (et) per hoc (uiam eius) scilicet domini et si sit dura quam tamen trita est (uolet) homo mandata eius desiderando. Si ergo errare uolumus apud dominum gressus dirigamus et per illam uiam qua iuit ambulemus. fortassis uidetur dura sed securus. Alia forte delicias habet sed latronibus plena est. In qua uia dei Cum ceciderit non collidetur: quia dominus supponit manum suam.

Cum ceciderit) iustus per peccatum propter carnis infirmitatem: quod septies cadet iustus in die et septies resurgit: et non est homo qui non peccet. (non collidetur). i. non frangatur irrecupabiliter gratiam dei et uirtutes amittendo et finaliter in peccato illo permanendo. (quia dominus supponit manum suam) auxiliatricem ne criminaliter delinquat: cum auxilio sue gratie et misericordie subleuando et sustentando et per penitentiam ad gratiam reducendo. Magna uero uirtus homo se crederet: si semper in peccato fixus permaneret. Sic ergo dominus aliquam gratiam suam subtrahit et presumens quod iustus firmetur ostendit. Et uere sic est de iusto quod

Junior fui eterni senui: et non uidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem.

Junior) et puer fui dicit corpus christi (et)

quod unus homo qui iunior fuit in primis et senioribus senior autem in nouissimis temporibus: et in tanto spacio (non uidi iustum derelictum) a deo finaliter ita ut periret. (nec semen eius querens panem) id est bona opera eius irremunerata. Vel (nec semen eius) id est aliquem fidelem imitatore ipsius in operibus iusticie. (querens panem) spiritualem puta uerbum dei quasi ei non adesset et indigeret pane uerbi quia uerbum dei semper est cum iusto resiciens ipsum. Lex enim dei in corde ipsius et in ipsa meditabitur die ac nocte. Tali pane nutritur iustus ut in uia non deficiat sed in deo uiuat et bona que potest proximis impendat. Unde et subditur

Tota die miseretur et commodat: et semen illius in benedictione erit.

Tota die) id est indefinenter et assidue uel toto tempore uite sue quod semper iustus habet quid det (miseretur) affectu sibi et alijs (et commodat) effectum. et dicitur hic de elemosina actuali uel spirituali. Sed licet donet tamen magis commodare dicitur quia quod dispensat non a paupere sed a domino sibi reddi expectat et dominus cum fenore multiplicatum reddet (semen illius) quod seminat ut metat id est opera bona uel imitatores in benedictione erit) id est in multiplicatione quia cum exultatione ueniet portans manipulos suos. Et ideo tu quicumque es noli esse piger: sed

Declina a malo et factonum: et inhabita in seculum seculi.

Declina a malo et fac bonum) id est ne cui noceras sed ei bene fac. Vel (Declina a malo) id est diuertere a peccato quod fit per dei timorem et inchoat hominem (et fac bonum) opus: exercendo te in uirtutibus. quod debet fieri per amorem et perficit homines. Neque enim bona deo accepta sunt que malorum admissione maculantur et perseverando in bono (et inhabita in seculum seculi) in ecclesia. in ueritate. in ueritate. in deo. ut qui hic inchoaris in eternum perficiaris. Vel (inhabita) terram uiuentium (in seculo seculi) id est per hoc habitabis in eterna beatitudine et habebis uitam eternam. Ecce merces.

Quia dominus amat iudicium: et non derelinquet sanctos suos: in eternum conseruabuntur.

Quia dominus amat iudicium) i. discretio: quia separat bonum a malo: falsum a uero temporale ab eterno uel (amat iudicium) unicuique per meritis reddere disponendo (et non derelinquet) sua gratia et peccatoe destituendo (sanctos suos) qui recedunt a malo et

faciunt bonum et si ad tempus flagellat in-
ste tñ iudicat. quia (in eternum) scz in horreo
eterno et in vita beata (cōseruabuntur) in cor-
pore et in anima et si hic moriantur in hac vi-
ta. et merito eterna possidebunt qz eterna cō-
cupiscunt. Et contra
**In iusti punientur et semen impiorum
peribit.**

In iusti punientur) in inferno pena eter-
na. ppter mala eoz opera (et semen impioz pe-
ribit). i. opa eoz qz iniqua sunt nullū fructū
beatitudinis habebūt. Vel (semen impioz
peribit). i. imitatores eoz peribunt cum ipis
sicut ecōtra semen iusti in bñdictione erit. hec
scriptura modo nos erudit verbis modo in
formam exemplis. Hinc pponit nobis repro-
borum penā illinc iustoz gloriā: quatenus il-
la nos terreat atqz ab amore huius seculi cō-
pescat et ista nos excitet atqz ad amorē patrie
caelestis inuiter. vñ et subditur
**Iusti autē hereditabūt terram: et inhabi-
tabunt in seculū seculi sup eam.**

Iusti autē hereditabūt terram) scz viuenti-
um vbi nullus moritur qz terram mortuoz
cum suis delictis spreuerūt. et hoc nō ad tem-
pus sed in eternū. vñ sequit. (et inhabitabūt
in seculū seculi). i. eternaliter (sup eam) tanqz
eius dñi et possessores qz ibi portionem suā
elegerūt. Noli ergo istam transitoria heredi-
tatem diligere in qua diu nō potes habitare.
despicienda sunt cuncta que transeunt illa so-
la appetenda sunt que transire nō pñt. Et me-
rito hec erunt iusto. quia
**De iusti meditabitur sapientiam: et lin-
gua eius loquetur iudicium.**

Os iusti interiorius scz cordis. os enī interi-
oris hoīs est cor nrm: qz sicut ore corpis loq-
mur hoībns ita corde loquimur deo. (medi-
tabitur) et ruminat (sapientia) que est de deo
et eternis vt postmodū eructare possit verbū
bonum vnde et subdit (et lingua eius loque-
tur) instructioni alioz. (iudiciū) scz qd deus
precipit sugere vel tenere. Vel (lingua eius
loquetur iudiciū). i. pferet sermonē discretus
dicens tñ qd est dicendum et tacens quod
est tacendum. Et
**Lex dei eius in corde ipsius: et non sup-
plantabuntur gressus eius.**

Lex dei eius). i. obseruatio legis et prece-
pta dei (in corde ipsius) sunt p iugem medi-
tationem vt cor cōsonet lingue nobis aut est
tñ in ore. de quibz dicit p. p. hic labijs me
honorat cor aut eoz longe est a me. Hec autē

lex et peccare vetat et bona facere docet (et) id
(nō supplantabunt). i. laqueos nō incurret a
diabolo seu hoīe iniquo vel peccato (gressus
eius) quibz ad deū nisi puenire qz verbū dei
in corde liberat a laqueis et ab omī tentatōe
vt nō moueatur a via iusticie. Tēcū est cuius
verbum a te nō recedit. Et tamen
**Cōsiderat peccator iustū: et querit mori-
ficare eum.**

Cōsiderat peccator) et impius (iustum)
et notat vias eius sibi callide insidiando vt
eum decipiat et supplantet eiusqz gressus des-
torqueat et querit quantū p (moriificare eū)
vel vt ei consentiat et sic eū faciendo iniustū
occidat in aīa. vel si nō p̄senserit querit vt eū
psequendo occidat in corpore. Dicit enī ppter
inuidiā quod in libro sapientie p̄dictum est.
Stranis est nobis etiā ad videndū: qm̄ disti-
militis est alijs vita ipsius. Sed si iustus vi-
gilanter resistat eueniet qd sequitur
**Dominus autem non derelinquet eum
in manibus eius: nec damnabit eum cū
iudicabitur illi.**

Dñs autē nō derelinquet eum) scz iniustū.
(in manibz eius). i. in p̄tate impij scz totali-
ter et p̄m aīam vt eum ad p̄sentendū sibi cō-
pellendo iusticiā eius auferat qz impius anī-
mam nō moriificat s; potius purgat et sal-
uat (nec damnabit eum) scz iustū et si ab hoīe
hic damnatur (cū iudicabit). i. cū iudiciū fiet
aīa christi tribunal (illi) scz impio ad eius ma-
lum et nocumentū. vel (illi) scz iusto ad eius
vtilitatem et comodum. Et quia ita facit ius-
to ergo nunc

**Expecta dñm et custodi vlam eius: et ex-
altabit te vt hereditate capias terrā: cū
perierint peccatores videbis.**

Expecta) patienter et si diu pateris (dñm)
q te vindicabit et remunerabit (et) in expectan-
do (custodi) indeficiēter (vīa ei). i. serua mā-
data (et exaltabit te) de virtute in virtutē et de
terrenis ad celestia ita (vt hereditate). i. firmi-
ter iure hereditario (capias terrā) viuentiū: et
si modo nescis qd p̄mittit in exp̄tētia discas
qz (cū perierint peccatores vt impij (videbis) in-
re qd mō credis de p̄m ijs bonoz et penis ma-
loz. Vbi sciendū q deus nunqz eos creasset
qz in eternū pituros p̄cisset nisi aliqz ex eis
vltus bonos p̄uidisset. Quoz quidē iniquitas
sicut modo p̄dest bonis ad augmentū sc̄tita-
tis sic ipoz pena eiudē iustis p̄derit ad incre-
mentū bñtitudinis. Nā ex reproboz damna-
tōne p̄gnosceret electi qd p iusticiā meruerint

et ex sua saluatōne sentient quid per gratiam
repperint. Tantoqz amore ardentiori adbe-
rebunt diuine bonitati quanto eius gratui-
to dono et promeritam non sentiunt penam
et immeritam percipiunt gloriā. Deinde qz
nulla sit impioz felicitas ostendit. d.
**Vidi impium superaltatum: et eleuatū
sicut cedros libani.**

Vidi impium superaltatum) id est supra
modum exaltatum in gloria mundi et digni-
tate deo hoc permittente (et eleuatū) in elati-
one (sicut cedros libani) mōtis in quo sunt
altiores cedri que a vento deiciuntur. hoc est
in magna dignitate temporalī et in candore
seculi que cito denigrescit. Libanus enī can-
didatio interpretatur: etiam super sublimes
eminentem ita vt altis celsior videretur. Ta-
lis videtur impius quādo corde tumens et
virtute et gloria ceteros etiā alios seculi pre-
cellens cernitur elatus.

**Et transiui et ecce nō erat: quesui eum
et nō est inuentus locus eius.**

Et transiui) mente et consideratōne ad no-
tissima eius non presentia sed futura atten-
dendo. Vel (transiui p aliquod tempus mo-
dicum expectando (et ecce non erat) potens.
Transferat enī gloria eius. vel non erat oīno
quia per mortem sublatas erat de mundo.
et (quesui eum) considerando et rememoran-
do (et non est inuentus locus eius) regnan-
di. vel omnino in hoc seculo sed absconditus
et sepultus est in inferni profundo. Et ne ti-
bi similiter contingat

**Custodi innocentiam et vide equitatē:
qm̄ sunt reliquie homini pacifico.**

Custodi innocentiam) quo ad deum et te
ipm̄ sancte viuendo (et vide equitatem) quo
ad proximum iuste cum ipso agendo. Unde
apla. sobrie et iuste et pie viuamus. Innocē-
tia spectat ad sobrietatem et pietatē. Equitas
ad iusticiam. Vel innocentiam custodit qui
nec sibi nec alteri nocet atqz a vicijs et pecca-
tis se immaculatū seruat. Equitatem videt q
sollicite pensat et que a domino acceperit et
que ei persolvere debeat (quoniā homini pa-
cifico) qui hec agit (sunt reliquie) scilicet vita
eterna et bona que post hanc vitā relinquin-
tur ac supsunt et remanent sanctis.

**In iusti autē disperibunt: simul reliquie
impiozum interibunt.**

In iusti autē) contra (disperibunt) et dupli-
ci contritōne conterentur quia in corpore et
in aīa destruentur et eterna damnatōe de-

lebuntur (simul) etiam cum eis (reliquie im-
piozum) interibunt) quibus nihil restat nisi
interitus eternus quia non supersunt nec re-
seruantur eis reliquie vt viuant s; vt in pena
gehennae ignis intereant. Hec omnia predi-
cta bona iustis. totum est tñ a dño oīm bono-
rum fonte et largitore. Et colligendo summa-
tim subiungit

**Salus autem iustoz a dño: et p̄tector
eorum in tpe tribulatōnis.**

Salus autē iustoz) mentis et corpis in p̄-
senti et in futuro (a dño est) nō aliunde. Pri-
ma salus que ad aīam p̄tinet est remissio pec-
catoz: s; qz adhuc piclitamur in tribulatōni-
bus recte subiungit. (et p̄tector eoz est) si qd
impugnat (in tpe tribulatōnis) et tentatōis ne
supentur. Nam nisi fideles suos diuina vir-
tus p̄tegeret quis tot iacula tentationuz aut
tantos estus vicioz ferre potuisset. Et specia-
liter est p̄tector eoz in hora mortis qz tūc p̄-
tegit eos a potestate demonis.

**Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos et
eruet eos a peccatozibus: et saluabit eos
quia sperauerunt in eo.**

Et adiuuabit eos dñs). i. coopabit eis in
p̄nti ad pugnandū et ad bñ opandū et pseue-
randum (et liberabit eos) a tribulatōibz et an-
gustijs (et eruet eos a peccatozibus) ab eoz in-
sidijs et p̄trietate seculi illesos seruando vt
de hac vita eos ducendo. (et saluabit eos) sa-
lute et saluatōe p̄petua ad vitā eternā p̄ducē-
do ppter hoc (quia) hic sperauerūt in eo) non
in hoīe aliquo vel in seculo Attende o miles
christi quanta faciat p te tuus impator. Ipe
est tua salus: tua p̄tectio: tua arma: tua libe-
ratio vt te hic regat custodiat et deinde ad vi-
tam eternam producat. Collige etiam ex pre-
dictis q iusti et pij habent bona maxima sci-
licet spiritalia puta gratias et virtutes in p̄-
senti in omnibus vjs a deo directi: in omni-
bus actibus p̄tecti et ab angelis custoditi.
intus leti in futuro eternaliter beati. Sed in-
iusti et impij gaudentes et florentes prospe-
ritate temporalī habent bona modica scilicet
carnalia. in presenti sunt a deo derelicti ange-
lorum custodia destituti: amaritudine pleni
in futuro p̄petue damnati.

Beatitudo omnium non Oratio
incerta iustozum deus qui sanctos tuos nō
derelinquis in fame: nec in stadio tribulatio-
num superari permittis: precamur vt ea nos
munias dextera quam illis ne corruant velo-
citer porrigis preparatam. Per dñm.

Psalmus de oratione vere penitentis
suas miseras p peccatis lamentabiliter
querentis: docens nos in memoria ha
bere peccatum ad cauendum et dolendū.
ps. cccvij.

Domine ne in furo

re tuo arguas me: neq; in ira tua
corripas me.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus ta
lis est: Psalmus dauid in rememoratioe sab
bati. Hoc est ps iste conuenit dauid pphete vt
alij penitenti docēs nos peccati memoriā ha
bere ad cauendū et dolendū. habitus in reme
moratioe sabbati. i. recordatioe eterne requies
quā habere optat et pdere formidat. Cū enī
vt supra dictū est mali floreat et boni laborēt
ille penitens quecūq; mala pro peccatis pati
enter tolerare paratus est et flagella timens
peiora scz supplicia eterna et recordans sab
bati eterne quo timet priuari peccati conscī
us et desiderat frui grauer afflicto. Ha
teria: multiplex afflictio et miseria peccatoris
dolentis pro peccatis suis. Intentio: inuita
re peccatores ad penitentiam et monere vt pa
tienter sustineant quecūq; mala ad purga
tionem peccatorum cuenerint. Sententia in
generalī: ppheta in isto psalmo in persona
vere penitentis implorat dei misericordiam
enumerat et describit suam miseriam promit
tit emendam et petit conseruationem diuinā
Sententia in specialī: Ab oratione ergo et
lachrymis incipiens ait. D. (Domine ne in
furore tuo) id est uehementi indignatione tua
(arguas me) cum reprobis me damnando.
(neq; in ira tua) id est indignatione leuiori (cor
ripas me) pena purgatorij me cruciādo cui
tamen pene nulla pena mundana compara
bilis est sed bīc emenda et sic me purga
q; ignis purgatorius non sit mihi opus. quasi
diceret. ne punias me scdm rigorem iusticie
tue sed magis scdm dulcorē tue misericordi
e. Et pretendit multas miseras quib; iam
in hoc seculo affligitur. vt qz multa sunt que
patī sufficiāt ne peiora patiat. Vñ subdit

**Quā sagitte tue infixę sūnt mihi: et con
firmasti sup me manū tuam.**

Quā sagitte tue) id est vindicte scilicet do
lores corporis et anime. (infixę sūnt mihi) et
vulnerant me propter peccatū et non ad bo
ram sed (et confirmasti) diu scilicet vt sine vsq;
ad finem seculi (super me manū tuam) id est
vindictam. quia pena peccati qua primum

hominem percussisti adhuc in humano ge
nere perdurat vt dedecus culpe non rema
neat sine decore iusticie: hoc autem fecisti vt
tanq; bonus magister verberibus castigati
onis afflictum redderes emendatū. Eo vsq;
aut confirmasti et sic tetigit me manus tua q;
Non est sanitas in carne mea a facie ire
tue: non est pax ossibus meis a facie pec
catorum meorum:

Non est sanitas in carne mea) Portamus
enim corpus mortale plenum tentationibus
et miseris doloribus et indigentis a facie
ire tue) id est ab instantia vindicte propter pec
catum et post ostensam infirmitatem carnis
ostendit etiam afflictionē anime. dicens (nō
est pax ossibus meis) i. virtutibus que sunt
anime fortia. quia sicut ossa carnem sic vir
tutes sustinent mentem. (a facie peccatorum
meorum) id est ab instantia suggestionū ma
larum et peccato puenientium quia caro im
pugnat spiritum et innumeris modis turbā
tur virtutes a vicij et peccis. Nec b mirū.

**Quoniam iniquitates mee supergressę
sunt caput meū: et sicut onus graue gra
uate sunt super me.**

Quā iniquitates mee supergressę sunt caput
meū) i. preualuerūt et dominant menti mea
que est interioris hoīs caput et aīa mea pec
catis inualescentib; succumbit p consensum
(et sicut onus graue grauate sunt sup me) p
pter multitudinē et magnitudinē qz peccata
sicut plumbū depimūt et nullum onus tam
graue potest esse q; iniquitas cuius grauita
tem illi soli sentiunt qui eam deponere cupi
unt et mentem ad celestia subleuare appetūt.
Non enī grauis illi videtur qui adhuc in il
la delectatur. vnde adhuc subditur
**Putruerūt et corrupte sunt cicatrices
mee: a facie insipientie mee.**

Putruerunt) peccato iterum consentien
do et ipsum in voluntate renouando (et cor
rupte sunt) ad actum perducendo et in opere
exercendo (cicatrices mee) id est plage pecca
torum sanate et sanitates per remissionē pec
catorum precedentiu; inducte. et hoc (a facie
insipientie mee) id est propter stulticiam me
am quia non sum vsus viribus in baptismo
receptis. q. d. mihi et mee insipientie non deo
imputo. Vultū enī insipiens est qui semel
sanatus iterū reciduat. Jō adhuc subdit.
**Miser factus sum et curuatus sum vsq;
in finē: tota die tristatus. ingrediebar.**

Miser factus sum) id est miseris afflictus
sum portans multas miseras et in anima et
in corpe (et curuatus sum) ab elatione. qz oīs
qui se exaltat humiliabitur (vsq; in finem) i.
totaliter vel vsq; ad mortē (tota die) i. tota vi
ta mea iugiter assidue et sine intermissione (co
tristatus) amissa leticia spūali ppter mea pec
cata: ppter murmurationē synderesis cōtra
malum (ingrediebar) i. pambulabā viā bu
ius vite. Et hoc ideo

**Quā lumbi mei impleti sunt illusionib;
et nō est sanitas in carne mea.**

Quā lumbi mei impleti sunt illusionib;) id est
libidinū inuentus et carnalib; delecta
tionibus que mihi illudunt attentantes di
uersis fantasijs (et p hoc) non est sanitas in
carne mea) Nam in totū corpus redundant
hōi incētia. Vel illusiones sunt vane ima
ginationes et cogitationes ex quib; anima fa
ngatur et aliqñ vitare pmittitur. Ideo au
tem lumbos posuit qz in lumbis est carnalis
voluptas vnde illusiones pcreantur. (et non
est sanitas in carne mea) i. in corpore scilz in
hac vita.

**Afflictus sum et humiliatus sum nimis
rugiebam a gemitu cordis mei.**

Afflictus sum) corpe (et humiliatus sum)
corde vt nihil in me sit liberū a pena: vnde se
quitur (nimis) qz vndiq; est calamitas (rugi
ebam) amare flendo (a gemitu) et amaritudi
ne (cordis mei) considerās tantas meas mi
serias interiores et exteriores. Et afflictōne
humiliatio: et ex hūiliatione pcedit gemitus
Ad hoc penis et flagellis peccator affligitur
vt a sua supbia hūilietur: quatenus q; letus
et elatus ppetrauit peccatū afflictus et hūi
liatus redeat ad lamentum.

**Dñe ante te omne desiderij meū: et ge
mitus meus a te nō est absconditus.**

Dñe) qui vides cor ante te) est (omne desi
derij meū) et affectus non cōtra te qz nihil
desidero nisi quod tibi placet. q. d. ad conse
quendum desiderij meū non habeo hoīem
ad quē confugiā et ideo ad te qui omne desi
derij meū nosti recurro (et gemitus meus)
non p terrenis sed p celestib; (a te non est ab
sconditus) et si absconditur ab hominibus.
quasi diceret. apponas mihi remediū qui no
sti secreta cordium.

**Cor meum conturbatum est: dereliquit
me virtus mea: et lumen oculorū meorū
et ipsum non est mecum.**

Cor meū) conturbatū est) passionib; succum;

bendo ac pacem et tranquillitātē conscientie a
mittendo: qz dereliquit me virtus mea) q uā
ante peccatū habui (et lūmē oculorū meorū)
spūalium et mentaliū. i. ratio impurbata scz
dereliquit me et defecit ppter turbulentiā pas
sionū et p ingentib; molestijs (et) ideo (ipm
non est meū) qz mens mea cecata est a pecca
to et sic postposito veritatis lumine secutus
sum errorem et in tenebras decidi peccorū.
Amici mei et primi mei: aduersum me
appropinquauerunt et steterunt.

Amici mei) scz nature et fortune nō gratie
(et primi mei) beneficij collatione his duob;
solarijs gaudet hūanitas sed huic sunt cu
mulus passionū vnde sequit (aduersum me
appropinquauerūt) p silijs et dolis vel expro
brando et in bonis resistendo (et steterunt) in
malicia sua pseuerantes et cōtra me causan
tes. Non ait inimici aut extranei sed amici et
proximi. Grauiora quidē sunt mala que ab
amicis patimur qz nō solum pena sed etiam
amissa charitas nos cruciat

**Et qui iuxta me erant de longe steterūt:
et vim faciebant qui querebant animaz
meam.**

Et qui iuxta me erāt) et me in bono diri
gere et cōfortare debebant (de longe steterūt)
id est de salute mea parum curauerūt (et vim
faciebant qui querebant aīam meā) pdere scz
demonēs cū ministris suis tentationes horri
das immittentes. Vel qui iuxta me erant)
scz vicini mei (de longe steterūt) tanq; abomi
nantes me ppter multitudinē miserie mee. (et
vim faciebant) venientes cū impetu (qui que
rebant aīam meam) i. vitam meam vt aufer
rent eam.

**Et qui inq̄rebant mala mihi locuti sunt
vanitates: et dolos tota die meditabant**

Et qui inquirebāt mala mihi) inuestigan
tes quo modo mihi nocerēt vel mortē infer
rent scz hoīes maligni q; sunt mēbra diaboli
qz nō inueniebāt crimina (locuti sunt vanita
tes) i. furerūt falsa et mendacia (et dolos) i.
fallacias (tota die) i. assidue et sine cessatōne
(meditabant) in corde quib; me decipe pos
sent vel accusare. Deinde subiungit q; pati
ens in omnib; his fuit.

**Ego aut tanq; surdus nō audiebā: et si
cut mutus nō aperiens os suum.**

Ego autem tanq; surdus non audiebas)
id est me audire dissimulabam et quasi non
audirem non respondebam. vnde sequitur.
(et sicut mutus non aperiens os suum) quia

sic tacebam quasi respondere non possem. Mutus aperiens os suum et si non clare loquitur vel balbutiendo remurmurat. Is autem nihil aspera dixit vel rñdit. quia os suum ad tradendum vel respondendum eis non aperuit. sed tam patienter omnia sustinebat ac si nihil audire vel loqui posset. Et quasi exponendo subdit.

Et factus sum sicut homo non audietis et non habens in ore suo redargutiones.

Et factus sum. i. silatus sum (sicut homo non audietis). i. non potens audire. dissimulando obiecta conuicia. (et sicut homo non habens in ore suo redargutiones) contra aduersarios. i. quibus habere unde eos redarguere possem tñ sui quasi non habens quia mala patienter sustinui et sic tacui quasi non esset vñ illos arguerem. Ecce magna virtus audire noxia et non reddere contra. Et

Quoniam in te domine speravi: tu exaudies domine deus meus.

Quoniam inter tot mala (in te solo domine) quae multas tristitia in leta (peravi) propter te predicta sustinendo et remedium a te expectando. salutaris medicina est in malis sperare et non deficere ideo merito spei (tu exaudies) penitentes meos (domine deus meus) me de malis omnibus liberando. Facile aduersa superas si spes tua fixa sit in deo. Et si tribularis ad tempus in tempore oportuno exaudiet te dominus deus tuus. Inde autem exaudies

Quia dixi nequando supgaudeat mihi inimici mei et dum commouentur pedes mei: super me magna locuti sunt.

Quia dixi in oratione te deprecando (ne quando supgaudeant mihi) me supato et insultando conuiciantur. i. pualear ad gaudendum de me supato et mihi conuiciato insultando (inimici mei). i. demones vel maligni homines de lapsu hominum gaudentes (et dum commouentur) et quasi si labitur aliquam humanam infirmitate (pedes mei). i. affectus vel actus mei. Hoc est si viderent me a proposito meo moueri et a rectitudine iusticie declinare. (sup me magna locuti sunt). i. loquerentur exprobrando et illudendo vbi esset miserendum. Inde enim irrident impij: unde dolent pii. Potest etiam penitens iam predicta dicere in persona capitis exponens eius passionem non diuidens a capite vocem suam. vt enim caput dicit peccata nostra sua in psalmo Deus deus meus respice in me. sic nos passionem eius que hic ponuntur dicamus nostras: sic loquendo. Amici mei ficti et primi

mei in carne scilicet iudei. Et qui iuxta me erant scilicet discipuli de longe steterunt fugiendo. et vim faciebant: trabetes ad iudicium et mortem. vt patet ex predictis. Deinde penitens de se loquitur. d. Et ideo etiam exaudies

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam ego sciens me deliquisse (in flagella) sustinenda (paratus sum). i. sustinere patienter quicquid infligeris: quia ad hoc natus sum vt flagella ferar. Flagellat enim deus omnem filium quem recipit ad hereditatem. (et dolor meus) de peccatis commissis (vel dolor). i. peccatum unde est dolor et quod est causa doloris mei. antecedens pro sequenti. est in conspectu meo et consideratione (semper). i. assidue pro cordis perturbatione. Inde dolet quia deliquit. Impius enim se defendit: iustus contra se irascitur. unde se accusat et subiungit

Quoniam iniquitatem meam annuncialo: et cogitabo pro peccato meo.

Quoniam iniquitatem meam annuncialo in vera confessione. i. profitebor. nisi enim doleret non sic se accusaret. et quod non sufficit solum confiteri: addit (et cogitabo). i. sollicitus ero et sedule curam agam (pro peccato meo) sanando ac pro eius satisfactioe et emendatione pro fletus elemosinas. ieiunia et hominibus. Sic enim est de eo quod post confessionem de peccato non cogitat quod de vulnerato quod vulnus suum medico detegit et post vili pendit emplastrum apponere vel negligit

Inimici autem mei viuunt et conuicti sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Inimici autem mei viuunt id est prosperantur et florent felicitate seculi fruunturque mundo ac bene est eis et gaudent in eo vbi ego laboro et rugio (et confirmati) ac corroborati (sunt) in fortitudine et parte nocendi (super me) ad opprimendum me (et multiplicati sunt) numero ac quotidie plures fiunt et apparet quoniam nec in prosperis agnoscitur amicus nec in aduersis absconditur inimicus. (qui oderunt me inique). i. contra equitatem quia amicum et sine culpa. et pro bonis reddentes mihi mala. Ideo sequitur

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Qui retribuunt mala pro bonis: ex ingratitude hoc pessimorum est: sicut reddere bona pro malis est perfectorum. Cetera vero duo sunt mediocrium. (detrahebant mihi) et inuidia pro bono malum reddiderunt nec

solum nocebant facto sed insuper detrahebant verbo et causam omnium istorum subdit quod non alia de causa nisi (quoniam sequebar bonitatem) et ideo dixit mala pro bonis. Ecce quod mala et peruersa intentio. Si etiam corripiat te aliquis bonum tibi volens et illum oderis reddis mala pro bonis Sed quod hec mala sunt homini intolerabilia nisi ex dei gratia Ideo

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Ne derelinquas me) subtrahendo tuum auxilium (domine deus meus) auctor salutis mee. i. ne dimittas me fragilitati mee quia dimissus non potero subsistere. vel si ad horam relinquis (ne discesseris) penitus (a me) subtrahendo gratiam tuam tanquam elongatus a me. i. ne pro absentiam gratie tue dimiseris me perire. Vel (ne derelinquas me) permittendo me cadere in temptationem vt peccet quod grauior est offensio post veniam. (ne discesseris a me) i. a bono destitutus. Sed potius

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

Intende in adiutorium meum) i. da te intentum vt me adiuues ad pugnandum contra hostem et contra peccati recidiuum: et celerrime presta mihi auxilium (domine deus salutis mee) rector meus: creator meus et mee salutis eterne auctor et dator) Vel (intende in adiutorium meum) ad bene operandum ita vt bona faciam et in eis profuerem (domine deus salutis mee) vt habeam eterne beatitudinis retributionem. Oratio.

Emitte domine salutare tuum infirmitatibus nostris: vulnerum cicatricibus mortalium potentissimum mediator vt omnem gemitum dolorum nostrum coram te deplorantes valeamus euincere insultationes aduersantium vicio. P. d.

Psalmus de custodia lingue ac de vanitate et miseria vite humane multis aduersitatibus et vanitatibus subiecte.

ps. xviii.

Tri custodia vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus hic est. In finem canticum dauid predictum. Et est sensus. Canticum istud quod ideo dicitur canticum quod spiritalem continet iocunditatem. docet enim nos mente de terrenis ad celestia transilire: dirigens nos in finem. i. in summum: est dauid propheta et est per ydithum. i. per transiliente eos qui vana sectantur. conuenit enim perfectio de vi-

cijs ad virtutes: de dilectione seculi ad amorem dei et inde ad eternitatem mente transilienti qui omnibus mundanis postpositis solis celestibus inhiat. et adeo perfectus est vt etiam linguam a peccato omnino cohibeat. Fidelis ergo qui in precedenti psalmo pro penitentiam vitam suam correxit hic perfectionem vite sue alij formam bene viuendi proponit referens eis transitum suum vt et ipsi satagant conformes eius fieri et in transeundo ipsum imitari. Materia: miseria humana quia breuis vita fragilis natura et substantia multis aduersitatibus et vanitatibus subiecta. Intentio: monere nos miseras presentis vite attendere temporalia et mundana continere et eis postpositis ad eterna et celestia desiderio transire. Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona transilientis loquens docet inter prauos et calumniosos linguam continere. ostendit mundana esse vana et celestia appetenda. petit a malis liberari et culpam sibi remitti vt secure possit ab hac vita migrare et celestia obtinere. Sententia in speciali: Transilitor ergo ille de bona opinione semper trahens inuidiam iniquorum et calumnias deliberat inter malos tacere ne quod dicat male ita incipiens. (Dixi id est in corde decreui et firmiter proposui) custodiam vias meas) id est locutiones et actiones que sunt vite nostre ad deum. Bene enim loquendo et recte agendo ad eterna proficiscimur. Custodiam inquam (vt) etiam (non delinquam) id est non peccem (in lingua mea) loquendo fatua vel ociosa verba. nam qui in verbo non offendit ille perfectus est vir et qui custodit linguam suam custodit animam suam. Non enim aliter scio vite mee custodire vias nisi custodita lingua. Nam qui inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Dixi inquit et feci. Nam posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me.

Posui ori meo custodiam) vt silentium obseruans os a loquendo (cum) et quasi diu (consisteret) et esset (peccator) et impius et litigiosus et calumniosus (aduersum me) mihi insidiando et laqueos proponendo ad capiendum me in verbis et ad querendum calumniam ex eis. Talibus quidem magis silentium est quasi aliquid dicendum. quia decipiuntur per silentium non valentes cum verbis tenere quem querunt decipere. Unde in Ecclesiastico. Ubi auditus non est non est fundas sermonem. Posui ergo custodiam vsq; eo quod

Obmotui et humiliatus sum et filii a bonis: et dolor meus renouatus est:

Obmotui) penitus tacēdo (et exinde (humiliatus sum) et vilis factus apud aduersarios improperia ab eis sustinendo (et filii) non solum a malis sed etiam a bonis) annuntiādis ut nō delinquerē in malis et ut vitarem p̄tentionē cū impijs. (et ex hoc dum sic tacui (dolor meus) quo ante silentiū de malis peccatorū dolui (renouatus est) et excitatus per remorsum p̄scientie dū vidi iniquitates hominū crescere me tacente. Et quia vidēs mala tacui dicenda. Ideo

Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis.

Concaluit cor meū intra me) i. ex omni parte igne inflāmatum est ex dei et p̄mi amore et cepit iniquitū esse videns hinc mihi picula imminere (et in meditatioe mea) de his habitis. i. dum sic meditarer (exardescet) i. ardet inflāmatur (ignis) i. feruor dilectionis et ire p̄ zelum ut arguerem insensatos q̄ zelus domus tue cōmedit me tacente et q̄dū silebo tanto amplo ignis exardescet quia amor primorū quibz tacui angit me et stimulat. Et in hac fluctuatione dicendi et tacendi dum in vtroq; video picula tandem

Locus sum in lingua mea: notum fac mihi dñe finem meum.

Locus sum in lingua mea) nō hoibus sed deo ip̄m deuote exorādo. Et cui nota est cogitatio sua: ideo in lingua loquit̄ ut eius locutione auditorū vita instruat̄. et subiungit quid sit locus dicens (notum fac mihi dñe finem meum) ante oculos meos ponendo quo tendere debeā ne si curram in incertum: aberrare valeam. q. d. iste transiliens: quefui meliorem locum vbi hec nō patiar suspirās in finem quendam vbi nō sunt scandala scilicet vltima eternam

Et numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi.

Et insup etiā fac mihi notū numerū dierum meorum scz eternitatis (qui) numerus dierum vere est ac verū esse habet qz p̄terire nō valet. et est numerus sine numero nec transit numerando. (vt) illis intentus (scilicet quid) et quantū (mihi) hic degenti (desit) ad beatitudinem tendenti vnde humilior homo fit qui hec nouit. Et p̄sideratōe enī eorum que nobis assunt solet nasci supbia: ex illorum que desunt humilitas. Idcirco aut̄ reprobi quid eis desit dep̄bendere non p̄nt qz terrenis ex amore

succumbunt et corda ad supna non erigunt. **N**oto autē sine et diebus qui sunt: attendit ad hec tpalia et p̄pat inuicem. d.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanq̄ nihilū ante te.

Ecce mensurabiles) i. breues et transitorios. quicq; enī sub certa mensura viuūt (posuisti dies meos) qui dederas immensurabiles si homo p̄stitisset (et substantia mea) scz nature. i. tpalis hec vita mea (tanq̄ nihilū) resputandū est (ante te) i. comparata eternitati tue et in p̄patione ad te qui eternus es qz id qd est modicū tanq̄ nihilū reputat̄. **U**el (substantia mea tanq̄ nihilū est ante te) i. p̄tuitu illius que ante te erit. **I**ste vir sanctus dies suos transitorios p̄spicit et se nihil nisi puluerem cognoscit. vñ etiā secutus adiungit.

Verūtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Verūtamen) adhuc etiā (vniuersa) i. oia que sunt apud nos sunt vanitas) p̄ mutabilitate qz sunt mutabilia et transitoria ac vana et nō tm̄ terrena et bruta: scz etiā (oīs homo viuens) hic in hoc mundo de quo minus videtur est vanitas etiā supra bruta qz illa non subiaccit culpe sed tm̄ pene. **U**el (oīs hō viuens est vniuersa vanitas) qz vana cogitans vana loquens. vana faciens. vel omni vanitate plenus quantū est ex se scz nature culpe et miserie et vniuersa q̄ in hoīe sunt tā interioris q̄ exterioris diminitōz hnt et mutabilitatē.

Verūtamen in imagine p̄transit homo: sed frustra conturbatur.

Verūtamen) p̄ter hec etiā (in imagine) i. ad similitudinē imaginis in somniis vel in speculo apparentis que subito dispareret et in obliuionē venit. (p̄transit homo) omnis. i. cito transit et transcundo deficit et euanescit. et nō solum hoc (sed) et q̄uis sic trāseat nihilominus tm̄ frustra cōturbatur) i. inutiliter et vana sollicitudine circa tpalia grauatur et trascitur de vanis ad votū nō succedētibus qz oia transeunt et deficiunt. Et vere est vana et inutilis p̄turbatio. quia

Thesaurizat: et ignorat cui p̄gregabit ea

Thesaurizat) et cōgregat diuitias cū magna sollicitudine p̄ se et sua successione (et) nō ignorat cui p̄gregabit ea) qz nescit vtrū ipse fructur eis vel nō et vtrū filij hereditabunt eas post mortē vel nō: forsitan enī cito morietur et desidia filiorū euerget. aut fuscus occupabit. aut furcs rapiēt. aut aduersarij vltimo possidebunt. **B**eatus autem ille est qui ibi

thesaurizat vbi damnū timere nō habeat.

Et nunc que est expectatio mea: nonne dñs: et substantia mea apud te est.

Et nunc) inter tot vanitates vite p̄ntis cū alij alia expectant (que est expectatio mea) nō vana. i. finis meus que quero: spera et expecto (nōne dñs) qui est sup oia. q. d. ex quo tota vita humana vanitas est: relictis omnibus nihil nisi dñm et ab eo solo bona expecto. Et cōuertens se ad illū quem expectans diligit ei dicit. (et substantia mea) scz meritorū et p̄miorum (apud te est). **P**ossessiones enī et diuitie iustorū nihil p̄ter deū p̄cupiscentiū: reseruantur apud deum. **S**z quia nemo sine peccato est ideo

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: obprobriū insipienti dediti me.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me) tam cogitationis q̄ locutionis et opis: tam ab occultis q̄ ab alienis: tam a venialibus q̄ a criminalibus: remittendo mihi culpas et penas p̄ eis meritas. et qz terrena contemno et sola inuisibilia cōcupisco (obprobriū insipienti) id ē maligno de eternitate nō satagenti et me p̄sequenti (dedit me) qz mali illudunt bonis factis hoīm: et stultus irridet bonos mores aliorū. **U**n̄ apl̄s. spectaculū facti sumus mundo et angelis et hominibus. **S**ed habitus obprobrii

Obmotui et nō apui os meū: quā tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

Obmotui) i. tacui. nō egi p̄tentiose cōtra aduersarios oēm exhibens patientiā (et non aperui os meū) i. non egi murmure cōtra te: sed cū silentio et patientia oia ptuli. et qm̄ tu fecisti) et hec ita constituisti (amoue a me plagas tuas) i. grauedinē penarū et flagellorū: q̄ bus me affligi p̄mittis. vt nō succumbā vel tenter supra id qd possum. **S**icut enī tuū est ferire peccatorē ex iusticia: sic tuū est p̄cere ex misericordia. nec enī tm̄ iustus es sed etiā misericors. **E**t necesse est vt amoueas qz

A fortitudie manus tue ego defeci in increpatōibus: p̄pter iniquitatē corripuisti hoīez.

A fortitudie manus tue vindicis) i. a fortis vindicta p̄tatis tue facta (in increpatōibus) id est tuis duris punitōibus (ego defeci) quasi nō potens sustinere. **P**er hoc qd dicit in increpatōibus notat deū vindictā suam ad hoc facere vt retrahat hoīem a peccato. nam flagellum medicina est p̄tra peccatū. **I**n eo ergo qd flagellat increpat nos qz peccauimus. vnde adiūgit (p̄pter iniquitatē corripuisti hoīez)

vt corripiendo erudires: aliter enī iniquitas incurata in peius tenderet. **Q**uia

Et tabescere fecisti sicut araneā aīam ei⁹ verūtamen vane p̄turbatur oīs homo.

Et tabescere) i. infirmari et hūiliari (fecisti aīam eius) ad erudiendā eam (sicut araneā q̄ nihil est tabidius que leuiter tacta cadit. i. fecisti vt aīa eius infirma fieret et hūiliata superbiam deponeret. **S**upbia enī et fortitudine quadam homo displicuit. eruditur humilitate et infirmitate vt nō de se p̄sumat (verūtamen) licet tante sit fragilitatis et miserie nihilominus (vane) i. p̄ vanis appetendis et acquirendis inutiliter (cōturbatur) et inquietatur (oīs hō) i. tota multitudo hoīm carnaliter viuentiū. **E**t ne p̄ vanis cōturbetur **G**raudi orōz meā dñe: et deprecāz meā: auribus p̄cipe lachrymas meas.

Graudi orōz meā dñe) p̄ bonis adipiscendis (et deprecāz meā) p̄ malis amouendis. et ne putes tm̄ verbis orare addit (auribus p̄cipe lachrymas meas) misericorditer suscipiendo eas. **E**t hū dicit (auribus p̄cipe) qz lachryme pondera et vim vocis habent. lachryme ad orōem sunt sicut pluuie ad semē: et faciūt in p̄cibus violentiā ad mouendā misericordiam. **Q**uanto quisq; sanctior est tanto yberiores lachrymas in orōne habet. vbi lachryme sunt ibi diuinus ignis accendit. **E**t quia oro et deprecor

Ne files qm̄ aduena ego sum apud te: et pegrinus sicut oēs p̄res mei.

Ne files) i. ne dissimules te audire nō respondendo p̄titioni mee: sed fac vt audias te dicentem mihi in corde: modo salus tua ego sum. vel. remissa sunt tibi peccata tua. qm̄ (ad uena ego sum apud te) translatus de ciuitate babilonic manēs apud te et seruiens tibi q̄ tidie. nec tm̄ adhuc in ciuitate tua sum: p̄pter ea subdit. (et pegrinus) nō eligens vel habēs hic sedem: scz semp patriā querens. **N**ō enim habemus hic manentē ciuitatē: sed futuram in celo requirimus. et q̄dū sumus in corpore pegrinamur a dño. (sicut oēs p̄res mei) fuerunt qz hinc migrauerunt. **E**t quia etiā sine dubio migraturus sum

Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam: et amplius non ero.

Remitte mihi) debita mea scz culpā et penam meritā. (vt refrigerer) in p̄scientia mea p̄ tuā p̄solationē vt exonerata sit estu sollicitudinis peccatorū meorum (priusqz) ab hac vita (abeam) ne cum peccatis eam (et amplius nō

ero) in illo vero esse quod est cum deo si non remissis peccatis hinc abiero. Vbi enim non esse dicuntur: quia non habent verum esse. Vel (amplius non ero) in statu merendi: et propter hoc nunc est tempus remittendi quia post mortem non est peccati remissio nec valet confessio: unde ante terminum vite subueniendum est infirmo: ante laetationem sententiae prouidendum est reo: ante clausuram ianuae festinandum est peregrino.

Custodi domine viam nostram Oratio.
ne delinquamus in lingua ut in meditationibus nostris spirituali igniculo ardescere ea thesaurizemus in seculo que retribuente te capiamus in perpetuum. Per do.

Psalmus de aduentu christi in carne et veteris sacrificii immutatione: de euangelice legis promulgatione: et pro fidelium bono statu supplicatione. Ps. xxxix.

Expectans expectans

etiam dominum: et intendit mihi.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus talis est. In fine psalmi dauid. Hoc est psalmus ille dirigens nos in fine. id est in nouum testamentum consummans: agit enim de mutatione veteris testamenti in nouum. attribuitur dauid. id est christo: scilicet capiti et membris. Quia ergo supra egit de transiente et alios ad sui imitationem inuitante: nunc exemplo ecclesie deum perseueranter expectantis admonet laborantes in vinea ut non ante finem laboris querant denarium sed bene operando ei primis salutis necessaria predicando: et sine intermissione orando: deum expectent remuneratorem. **Vateria:** expectatus aduentus christi in carne et veteris sacrificii immutatio: euangelice legis promulgatio: et pro fidelium bono statu supplicatio. **Intentio:** persuadere ad fidem christi accedere: et fideles de tanto beneficio gratos esse. **Sententia in generali:** propheta in isto psalmo primum inducens ecclesiam expectasse deum et accepisse eum: et ab eo nouum testamentum: in persona fidelium circa mysterium incarnationis agit gratiarum actionem. Deinde in persona christi ponit huius mysterii rationem: et tandem pro bono statu corporis sui mystici deprecationem. **Summa in speciali:** Et quia difficile erat iudeos a consuetis ceremoniis et gentes ab idolatria reuocare ad nouum testamentum: videtur auctoritate antiquorum patrum dicens. (Expectans expectans) non hominem qui fallere et falli potest et qui mecum indiget nec aliud sed (dominum) qui saluare potest. id est cum magno desiderio et assidue expe-

ctauit christi aduentum in promissione propheta rum. quod dicitur. ita expectaui dominum ut quotidie essem expectans eum. Talis geminatio ad exprimendum intensum affectum frequens est in ideoma te hebreo. (et) quia perseueraui (intendit mihi). id est ad utilitatem meam scilicet prestando gratiam suam. Quomodo autem dominus ei intendit exponit cum subiungit

Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.

Et exaudiuit veniendo in mundum (preces meas) a quibus expectans non cessauit (et eduxit me) pro suam et apostolorum predicationem (de lacu miserie). id est de ceca et tenebrosa profunditate erroris que homines cecos facit. (et de luto fecis). id est de concupiscentiis carnis et desideriis terrenis que animas reddunt lutulentas coram domino et in imo iacentes.

Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos.

Et statuit. id est firmavit per fidem (supra petram) scilicet seipsum (pedes meos). id est sensus et affectus meos qui prius cum diabolo erant. quod dicitur. totum sensum et affectum in se posuit contemptis temporalibus ne ab huius seculi nutare impulsibus. (et direxit) in via mortis ne ad eum veniendo post tergum et retro aspiceret. (gressus meos) id est operum et actuum meorum. Prius de lacu prauitatis educitur: deinde in petra solidatur: et post boni operis gressus diriguntur. et sic ad predicandum alijs dignus efficitur. unde de sequitur

Et immisit in os meum canticum novum: carmen vero nostrum.

Et sic (immisit in os meum canticum novum) scilicet predicationem noui testamenti quod ipse nouus homo attulit et de nouo cantatur scilicet de eius incarnatione: passione: resurrectione: ascensione: et homini. et a nouo populo: quia nemo nisi innouatus cantare presumit: quod quod innouat et nouum hominem facit: ac nouitatem vite docet. canticum dico (carmen). id est laudem vel hymnum scilicet gratiarum actionem pro beneficio diuine miserationis (deum nostro) quod ad magnam dei principem laudem. Et quia hoc canticum et carmine audito multos ad fidem conuersuros vir sanctus vidit ideo adiunxit.

Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in domino.

Videbunt pro fidem (multi) qui ceci erant et de deo nihil intelligebant quia attendentes et imitantes canticum noui cantores illuminati sunt (et timebunt) quia se peccatores intelligent

et penitentiam agent (et sperabunt in domino) remissionem peccatorum consequi ab eo. Videbunt ergo credentes: timebunt penitentes: sperabunt celestia appetentes. Ecce fides: spes et charitas quibus colitur deus et efficitur homo beatus. unde et subditur

Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Beatus vir cuius est nomen domini. scilicet iesu christi quod est saluator (spes eius). id est qui non temporalia sperat ab eo sed illud quod eius nomen indicat scilicet salutem (et non respexit in vanitates) huius mundi scilicet appetendo temporalia et terrena que vana sunt et transitoria. (et insanias falsas) que sunt in voluptatibus huius seculi que fallunt et decipiunt. Vel (insanias falsas) errorum ut idola adoraret: que fallunt et falsos faciunt. Unde conuertens se ad dominum ut corda talium similiter ad ipsum conuertat ait.

Multa fecisti tu domine deus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi

Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua in corporalibus et spiritualibus. Fecisti enim celum et terram et omnia que in eis sunt (et in cogitationibus tuis) quibus illa mirabilia fecisti et quibus omnia disponis. id est in sapientia tua et consilio (non est qui similis sit tibi). Quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Quasi diceret: hec tua mirabilia opera tam visibilia quam inuisibilia et tua incomprehensibilis sapientia predicant te solum esse colendum: amandum et appetendum: non istas vanitates et insanias falsas. Deinde loquitur christus ad patrem partim in persona sua partim in membris. d.

Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Annunciaui mirabilia tua prius per patres (et) nouissime (locutus sum) per membra ipsum et per apostolos (et) multiplicati sunt) credentes (super numerum) saluandorum qui certus est. Multi enim audita predicatione venerunt ad societatem credentium qui non sunt in numero electorum. teste veritate que ait Multi sunt vocati pauci vero electi. granis admiscetur et palee: sed grana sunt pauca palee multe. Fuit autem necessitas loquendi cum non sufficerent legalia quia

Sacrificium et oblationem nolui: aures autem perfecisti mihi.

Sacrificium et oblationem veteris legis (nolui) vltimus postquam veritas est exhibitata (aures autem perfecisti). id est perfectas fecisti (mihi) ad intelligendum quid velles: et ad obediendum quia fuit obediens deo patri usque ad mortem. quod dicitur. fecisti me tibi bene obedientem. vel promissam exegisti a me obedientiam. Perfecit autem nobis aures deus ut quod de lege audimus spiritualiter intelligamus. vel quoniam ad obediendum ei per omnia perfecti sumus. Deinde hunc versum magis exponit

Holocaustum et pro peccato non postulasti tunc dixi ecce venio.

Holocaustum quod maius est (et). id est etiam (pro peccato non postulasti) sicut ante petebas. Hoc distat inter sacrificium et holocaustum: quod hostie pars aliqua deo oblata sacrificium dicebatur: holocaustum autem totum incensum erat. scilicet quoniam tota hostia in sacrificio incendebatur. Sed dominus nec munera nec maiora veteris legis sacrificia requirit cui non iam vmbra sed veritas grata existit. Et quia hoc nolui (tunc dixi) ego christus (ecce) statim (venio) in carne ad offerendum sacrificium acceptissimum. quod dicitur. quous est ut veniant promissa quia auferuntur promittentia. Nam

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam: deus meus volui et legem tuam in medio cordis mei.

In capite (et) principio (libri) huius scilicet psalmo (scriptum est de me) in primo psalmo videlicet ibi. Sed in lege domini voluntas eius. (ut facerem voluntatem tuam). id est ut impleam obedientiam a te mihi iniunctam offerendo me ad mortem pro vita hominum. et sicut scriptum est ita o (deus meus volui) ut facerem tibi placitum (et legem tuam) scilicet euangelicam volui vel habui (in medio cordis mei). id est plene per iugem meditationem. unde et in eodem psalmo dicitur. et in lege eius meditabitur die ac nocte. Nec solum habeo in corde sed insup.

Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti.

Annunciaui alijs pro me et pro apostolos iusticiam tuam. id est ex te esse non ex lege. Vel (Annunciaui iusticiam tuam) scilicet legem euangelicam que iusticiam continet perfectam (in ecclesia magna scilicet vniuersali) per totum orbem diffusa: non parua ut fuit prius. (ecce labia mea non prohibeo) loqui ut timore faciam. quod dicitur. si aliqui voluerint prohibere ego in non tacebo. Vel (labia) dicit apostolos per quos loquitur: quos non prohibuit sed omnibus

predicare precepit (dñe) qui es cognitor cor-
dis et testis scērie (tu scisti) et nosti qz ita est.
Testem ad hoc deū inuocat vt nulla in iudi-
cio excusatio fieri valeat

**Iusticiā tuā nō abscondi in corde meo:
veritatē tuā et salutare tuū dixi.**

Iusticiā tuam. i. fidem. iustus enī ex fide
viuit. vnde credidit Abraham deo et repu-
tatum est ei ad iusticiā. (nō abscondi in cor-
de meo). i. nō tenui in secreto sed potius alijs
diuulgavi. (veritatē tuā) qua implesti pmissi-
sum de me patribz factū. seu pmissionū exhi-
bitionem (et salutare tuū). i. saluationē et sa-
lutem quā p me fecisti. **Uel**. (veritatē tuam et
salutare tuum). i. christū qui est veritas et sa-
lutaris scz meipm a te missum p salute hoīm
(dixi). i. pdicaui et venisse alijs nunciaui.
**Nō abscondi misericordiā tuam et ve-
ritatem tuam: a concilio multo.**

Nō abscondi et celauī (misericordiā tu-
am) qua peccata donas et remittis (et verita-
tem tuā) qua premia que pmittis et penas quā
minaris adimplet et reddis (a concilio multo)
id est a congregatōne multa timens ppter cōci-
lium et multitudinē mibi et meis aduersan-
tium quin eam publice diuulgare et in tota
plebe p me et meos anuunciare. Deinde orat
christus p bono statu corporis sui mystici. d.
Ego quidem nō celauī misericordiā tuā et
veritatem tuā a multis

**Tu autē dñe ne longe facias miseratōes
tuas a me: misericordiā tuā et veritas tuā sp
susceperunt me.**

Tu autē dñe. i. tu deus pater (ne longe fa-
cias). i. noli remouere ne sint sine effectu (miser-
erationes) et misericordias (tuas a me). i. a corpe
meo mystico et a faucijs membris meis ne p-
maneant in peccatis. Quisquis se sentit elon-
gari a dño p prauam vitā: p malam volunta-
tem: dicat deuote: dicat lachrymabiliter: **Tu
autē dñe ne longe facias miseratōes tuas a
me.** Ego miser tu misericors multe sunt mee
iniquitates sz supant tue miseratōes (miser-
cordia tua) qua bonus es et te amo. (et veri-
tas tua) qua iustus es et te timeo (semp susce-
perunt me) ducendū ad te. Attendi qz miseri-
cors es: attendo qz verax es. Amo misericor-
dem et timeo veracē. et sic amor et timor que
semp aspicio ducunt me ad te. Et necesse est
vt non elongeris

**Quā circūderunt me mala quoz nō est
numerus: cōprehenderunt me iniquita-
tes mee et non potui vt viderem.**

Quā circūderunt me. i. meos (mala quo-
rum nō est numerus) apud hoīes innumera
sunt peccata: innumerabiles sunt negligētie
et tentatōes que vndiqz circūdant vndiqz im-
pediunt christifideles (cōprehenderunt) et illa-
queauerūt (me) ipso actu (iniquitates mee) qu-
bus pressus oculus mentis videre nō potest
vnde sequitur (et nō potui vt viderem). i. nō
potuerūt mei aliquo conatu efficere vt vide-
rent ea mentis oculis et intelligerēt in quan-
ta cecitate essent. Intantū cōprehendūt nos
iniquitates nre vt etiā si velimus euadere si-
ne adiutorio nō valemus. In tantā etiā ceci-
tatem venimus vt nosmetipsos ignoremus.
nec patrata mala deprehendimus. Et amissio
ne aut luminis creuit multitudo iniquitatis
ideo adiungit

**Multiplicate sunt sup capillos capitis
mei: et cor meū dereliquit me.**

Multiplicate sunt (scz iniquitates mee) sup
capillos capitis mei) id ē innumerabiliter et
plusqz scire numerare. Laue ergo si vicia
sūt graua ne obruaris minorū peccatorū are-
na. Minima quidē videntur sed multa sunt
(et cor meū). i. ratio mea. (dereliquit me) hoc
est virtus cordis mei defecit et nō est idoneus
ad cognoscendū se. Quoties mēte vagamur
foris delectamur terrenis. ppria nra studia
relinquimus atqz inania vel agimus. vel lo-
quimur. vel cogitamus: totiens cor nrm de-
relinquit nos. Quoties nō cogitamus deū:
vel ea que ad vtilitatem pntinent aiaz: totiens
amittimus cor nrm. Congruē ergo sequitur
hec oratio qua dicitur.

**Complaceat tibi dñe vt eruas me: dñe
ad adiuuandū me respice.**

Complaceat tibi dñe. q. d. in voluntate tua
est qz si vis potes (vt eruas me). i. corpe me-
um mystico a tot et tantis malis et maloz p-
plexitatibz. **Uñ ait**. cōplaceat. nō enī ex meri-
tis sed solo bñplacito suo: sola grā: sola boni-
tate sua iustificat deus hoīem. Miseretur no-
bis pius dñs qz ei sic placet nō qz nos merui-
mus (dñe ad adiuuandū me respice). i. vt mi-
sericorditer respiciendo adiuues in bonis vt
nō tñ desistant a malo sed etiā faciant bonū.
respectus enī dei auxiliū nrm est. **De** in quā
respice. **Ecōtra autem**

**Cōfundantur et reuerentur filii: qui que-
runt aiām meā vt auferāt eam.**

Confundantur p confusionē bona vt erubescāt
de malis et pniā agant et timētes (reueren-
tur). i. ex timore reuereri et reuerentiā habere

dogantur (simul) mente et corpore (qui querūt
aiām meam). i. vitam meam et meoz fidelium
infringendo (vt auferant eam) interficiendo: nō
vt inueniant sed vt perimant. quod nō pnt fa-
cere nisi te pmittente. Multi querunt aiām
christi qui gauisi sunt cum aiām posuē: sed cō-
fusi cum eā recepit. Multi adhuc querunt cor-
pus christi et aīas perdere: qui aut modo peni-
tendo cōfundentur: aut eternam confusionem
postmodū patientur.

**Quertantur retrorsum et reuerentur:
qui volunt mibi mala.**

Quertantur retrorsum et sequant p humili-
tatem et obediendo qui prebant p superbiam
et trahendo. (et reuerentur). i. timeant et hono-
rent deum et sic cōuertantur a mala volunta-
te (qui volunt mibi) et meis (mala) me et meos
psequendo. vel qui cū bene dicunt tñ mala vo-
lunt non solum qui faciunt. Et qui bona dicit
malo aio et qui mala dolose laudando: vterqz
malus est et cauendus. vñ adhuc subditur.

**Ferant confestim confusionē suam: qui
dicunt mibi euge euge.**

Ferant vt magnum pondus (confestim) ne-
ditius ingrauetur malū eoz (confusionē suā)
vt cito redeant ad penitentiam (qui dicūt mibi
euge euge). i. bene bene: gaudentes de mea de-
iectione et insultantes irrisorie vel applauden-
tes mibi quasi bono aio adulatorie et dolose.
In his tribus versibz notantur tria genera p-
secutorū. Primo illi qui aperta psecutione ser-
uos dei conant occidere. Tales fuerūt illi qui
cōprehenderūt iesum et qui in cruce posuerunt
eum. Secōdo qui nondū psequuntur aperte sed
odium et inimicitias gestant in corde: et quāqz
simulatōnibz conantur decipere: quāqz efficiantur
in verba malicie. Tales fuerunt iudei ad-
uersus dñm. Tercio illi qui deridere solent re-
ligionem et simplicitatē iustoz. Tales etiā fue-
runt in passione christi. Isti omnes in ipius cor-
pore adhuc psecuerant. Sicut autē nō se vindi-
cauit de illis dñs sed p eis orauit: sic nos non
debemus de inimicis querere vltionē: sed hu-
mitem pferre orationem quē admodū et ipse nos
bis pcepit: ita illi. Et contra

**Exultent et letentur sup te omnes que-
rentes te: et dicant semper magnificetur
dñs qui diligit salutare tuum.**

Exultent et letentur in corpe (et letentur) inte-
rius in spū seu mente nō in se nec in vanis rebz
huius seculi: sed (sup te) et in te vt qui gloriatur
in dño gloriatur. (oes querentes) per fidē et di-
lectionem (se) pncipaliter nō tua nisi ppter te.

Semina merces nobis pmissa est a dño scz im-
mortalitas corporis atqz anime beatitudo. pro-
pterea gemina exultatōne picipimur gaudere
cum dicitur exultent et letentur. Exultare enī
ad corpus pntet: letari vero ad aīas. (et dicāt)
ore cordis et corporis (semp) tam in aduersitate
qz in prosperitate (magnificetur dñs). i. in laude
magnus predicet de bonis eius (qui diligit
salutare tuum) scz me christū filiū tuum quem
misti pro salute hoīm: qui p merita sua salua-
ri se nō confidūt. hoc illi de te dicant

**Ego autem mendicus sum et paup: do-
minus sollicitus est mei.**

Ego autē in membris meis (mendicus sum
et pauper). i. non est qd in me laudetur et me.
Mendici dñi sumus ad ianuā misericōdie sue se-
demus mendicamus salutem nram et clama-
mus Adueniat regnū tuum et da nobis panē
nostrū et libera nos a malo. Pauperes enī su-
mus nihil a nobis habētes et nobis insufficie-
tes. Et sequit cōsolatio: sed (dñs sollicitus est
mei). i. curam mei habet ministrans mibi et sa-
luti mee necessaria. Ecce magna spes: si enī do-
minus est sollicitus nos securi sumus. Et con-
uertens sermonē ad dñm dicit

**Adiutor meus et protector meus tu es:
deus meus ne tardaueris.**

Adiutor meus et coopator in bonis et ad
ea me pmouendo. (et pector meus) et libera-
tor a malis et ab eis me preseruando (tu es) so-
lus nō alius (deus meus ne tardaueris) mibi
auxiliari et assistere in pdictis et fac ne diu sim
in malis sz cito subuenies presta auxiliū ne de-
ficiam in eis. Quādiu te nō video: nō possi-
deo mendicus et paup sum: nihil extra me mi-
hi sufficit: tu expectatio mea noli morari vna
hora desiderari: et estuanti: longa mora est de-
us meus ne tardaueris. **Dño.**

Expectatio tuoz vnica famuloz deus quē
venturum in mundus caput libri pncipalis
edocuit: insere pcamur legem tuā in medio cor-
dis nostri vt tuas iusticias annūciantes ab im-
munitibus piculis eruemur. Per do.

**Psalmus de Christo deo fil et hoīe
credendo scdm humanitatē iniuriato et
passo ac p diuinitatē resuscitato et glori-
ficato.** ps. xl.

Eatus qui intelli-

git sup egenū et paupem: in die ma-
la liberabit eum dñs.

**Auctor psalmi propheta David. Titulus
b 3**

talitatis est. In fine intellectus filijs Chore. Hoc est intellectus psalmi huius tendens in finem: id est in christum. attribuitur filijs Chore id est filijs crucis qui Christum et si pauperem et mortuum credunt tamen non tamen hominem: sed etiam verum deum. Supra ergo ostendit ecclesiam expectasse et accepisse Christum. hic monet omnes ut non tamen cum hominem credant: sed etiam deum. Materia: christus deus et homo et utilitas promissa credentibus ipsum secundum humanitatem iniuratum et passum: et per dei gratiam resuscitatum et glorificatum. Intentio: admonere nos credere Christum mediatorem dei et hominum: hominem simul et deum. Sententia in generali: Propbeta in isto psalmo agit de beatitudine credentium et confitentium christum verum deum esse ac de eius passione et resurrectione. Et prius propbeta in sua persona loquitur et post inducit christum loquentem et in membris et in se. Sententia in speciali: Beatus ergo propbeta. (Beatus qui intelligit super egenum et pauperem) scilicet christum id est qui sic videt eum in habitu egeni et pauperis et sic credit eum hominem ut etiam intelligat eundem esse deum. Potest etiam hoc referri ad membra christi super que intendendam est ut eis subueniatur quod et ad christum pertinet qui dicit esuriui et sitiui: et nudus: et peregrinus: et infirmus: et in carcere fui. his gradibus procedat christianus. Primo intelligat christum secundum hominem egenum et pauperem et quod paupertas et infirmitas eius exemplum nobis tribuit humilitatis patientie: obedientie mansuetudinis: charitatis et se ei in his confortet quantum potest. Deinde intelligat in christo super humanitatem et infirmitatem eius aliquid aliud scilicet diuinitatem illius: et hoc per fidem: per dilectionem: per honorem exhibitionem. Secundo intelligat se egenum et pauperem per humilitatem. Tercio proximum per beneficij collationem. Et exponit beatitudinem subiungens huius intellectus fructum (in die malorum) scilicet in die ire et iudicij liberabit eum dominus ab omni malo et a potestate diaboli et transfert eum in libertatem glorie filiorum dei. Interim autem largiendo et alia beneficia.

Domine conseruet eum et diuifcet eum: et beati faciet eum in terra: et non tradat eum in aiam inimicorum eius.

Dominus conseruet eum scilicet huiusmodi intelligentem inter pericula et tentationes huius laboriose vite et non sinit eum perire nec

permittit tentari supra quod potest ferre. (et vincit cum) suo spiritu et gratia in interiori homine ut quotidie iustus et pius uiuat in deo (et beatus faciet eum in terra) hac: spirituales virtutes largiendo: et etiam in terra uiuentium ubi est vera beatitudo (et non tradat eum in aiam) id est in uoluntatem et si in manus inimicorum eius: corporalium et spiritualium ut scilicet possint eum facere suis iniquis uoluntatibus obedire uel aliquatenus consentire. hec optatio et oratio promissio est et similiter que sequitur.

Domine opem ferat illi super lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.

Dominus opem (sue gratie diuine) ferat et det (illi) scilicet intelligenti (super lectum doloris eius) id est super infirmitatem carnis que animam piam grauat et dolorem ei ministrat. In ea enim animus pius gemit tanquam paraliticus in lecto: impius uero gaudet et requiescit. Ferat inquit opem: eum ne labatur subleuando et ut quasi sanatus paraliticus portet lectum: imperando carni non seruando. Sed unde dolor exponit conuertens sermonem ad deum et dicit. quia (uniuersum stratum) et lectum (eius) scilicet hominis. id est omnem sensualitatem que in paradiso erat substrata rationi ac lectus leuaret et quietis (uersasti) id est uersari permittisti per contraria ut modo repugnet et dolores inferat: et hoc (in infirmitate eius) scilicet hominis. id est propter infirmitatem et peccatum qui infirmatus est preuaricando. Scias ergo homo se pati hic propter peccatum conuertat se et dicat.

Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.

Ego dixi scilicet confitendo peccata mea non abscondi ea: non taceui confessionem o domine miserere mei: ita scilicet sana animam meam scilicet auferendo ab ea peccati sui reatum quia nullo modo excuso peccatum sed accuso dicens (quia peccaui tibi) id est coram te uel contra te et rationem tibi redditurus de peccato. Vere humilitatis indicium est culpam suam recognoscere atque eandem uoce confessionis aperire. Ideo precipit dominus ut peccata nostra sacerdotibus confiteamur ut uidelicet confitendo humiliemur et ut per humilitatis meritum percipiamus remissionem peccatorum. O beata confessio quanti per te mundantur: sanantur: iustificantur. Deinde loquitur in persona christi. q. d. Talia dicunt amici. Sed

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et bibit nomen eius.

Inimici mei scilicet iudei me hominem tamen non deum esse credentes (dixerunt mala) et falsa (mihi) id est de me scilicet bec (quando morietur) iste qui predicatione et miraculorum operatione totum mundum trahit post se et peribit nomen eius: De terra ut nullus cum confiteatur et deleatur eius memoria nec sit de eo fama. bec dixerunt quia tediosus et grauis erat eis ad uidentum. Hec specialiter de Christo dicta sunt sed et de membris dici possunt nam et hodie fit tribulatio ut nomen Christi extingatur sed post mortem suam et suorum magis creuit ecclesia et admirabile factum est nomen eius. Et non solum aperti inimici sed etiam qui simulabant se amicos esse: dixerunt mala. Unde sequitur

Et si ingrediebatur ut uideret. vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi.

Et si ingrediebatur aliquis fraudulentus et insidiator scilicet iudas (ut uideret) id est exploraret quid posset reprehendere et accusare: non quid posset imitari. (vana loquebatur cor eius) cogitando et tractando de mea morte et sic (congregauit) et cumulauit (iniquitatem) parans calumniam quam ibi debebat deponere et hoc (sibi) id est in malum et damnum suum: qui sibi nocet non mihi. Velius enim ei erat si natus non fuisset. Vel (vana) id est ficta (loquebatur) ore: et cor eius congregauit iniquitatem sibi) cogitans insidias. Et quod intrauit ut exploraret et mala in corde concepit

Egrediebatur foras: et loquebatur in id ipsum.

Egrediebatur foras ad iudeos et contrarios ut fieret apertus inimicus (et loquebatur in id ipsum) scilicet uanitatis et iniquitatis id est falsa et vana que gestabat in corde. Vel (in id ipsum) id est vno consilio et vna conspiratione cum contrariis tractando de mea uenditione et morte. Quod passum est caput: patitur et membra. Tales enim multi inueniuntur intra societatem fratrum qui appetunt explorare defectus aliorum ac cogitantes et loquentes praua congregant iniquitatem sibi: et ad detrimentum suum si id quod inuile et uanum est cor nostrum delectabiliter meditatur id ipsum et lingua nostra libenter loquitur. Si uis scire de fratre quale cor habet attende unde libentius et frequenter loquatur. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Egredius ius

das locutus est ad iudeos. Sed quid illi Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Aduersum me susurrabant) inuicem in auribus de me murmurando non audentes consilia detegere qui socij sunt in scelere. quasi diceret. que aduersa et nocua mihi erant secretis consilijs et cogitationibus exquirebant (omnes inimici mei) scilicet scribe et pharisei et alij (aduersum me cogitabant mala mihi). id est deliberauerunt in cogitatione quod malum mihi inferre possent et si quis amplius alio inueniret. mala dico secundum quod intendunt cum potius sibi mala essent. Et tandem

Uerbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat.

Uerbum iniquum constituerunt) et confirmauerunt (aduersum me) quia ordinauerunt me occidi: et mortuum in sepulchro custodiri. Ipsi ita: sed (nunquid qui dormit) et moritur sponte et uoluntate (non adiciet) id est apponet uel addet morti sue (ut resurgat) propria uirtute et potestate. quasi diceret. qui habet potestatem ponendi animam nonne habet et resursum di eam. Non enim mortuus est necessitate uel inuitus sed sponte dormit cito euigilaturus nec mirum si iudei inimici talia faciebant contra me.

Etenim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.

Etenim etiam (homo pacis mee) scilicet iudas cum quo pacem habebam et qui se pacificum simulabat (in quo speraui) secundum estimationem hominum: uel de quo ostendi quod in eo considerem committens ei custodiam loculorum (qui edebat panes meos) mecum in mensa cum alijs discipulis (magnificauit) id est magnificam fecit (super me supplantationem) et deceptionem. quasi maiorem se faciens me: contempsit et vilificauit me tanquam conculcandum ab eo et calcare me uoluit tradendo me iudeis ut essem totaliter deiectus et conculcatus per mortem. Sed quicquid cogitauerunt proditor et persecutores.

Tu autem domine miserere mei et resuscita me et retribuam eis.

Tu autem domine) deus pater uel tota trinitas (miserere mei) id est fac mecum secundum misericordiam tuam in hoc scilicet (et resuscita me) a

morfe animam in corpore reuincendo et non di-
mittendo animam meam in inferno nec cor-
pus in sepulchro. Christus ut homo petit qui
ut deus facit quod petit (et retribuam eis) pe-
nas debitas pro commissis in presentia ut lo-
cum et gentem amittentes dispergantur et in fu-
turo ut secundum merita recipientes damnentur. Qui
vere facies quia

**In hoc cognoui quoniam voluisti me:
quoniam non gaudebit inimicus meus
super me.**

In hoc scilicet (quoniam voluisti me) id est
quod semper acceptus voluntati tue placui tibi.
(cognoui) et fiduciam habui (quoniam non gau-
debit inimicus meus) scilicet populus iudaicus
(super me) quasi me superato. id est quod me re-
suscitabis unde non gaudebunt sed potius do-
lebunt. Haui enim sunt de morte et tristitia de
resurrectione. Vel In hoc cognoui) experi-
mento (quoniam voluisti me) id est diligis me
(quoniam non gaudebit inimicus meus super
me) non resuscitato. id est quoniam resuscita-
bis me. In hoc enim quod resuscitat apparet pa-
tris dilectio. Deinde affirmat quod orauit. d.

**De autem propter innocentiam susce-
pisti: et contemisti me in conspectu tuo
in eternum.**

De autem flagellatus sine merito occisum
sine debito (propter innocentiam) id est pro-
pter merita innocentis vite et immunitatem
a peccato (suscepisti) sanandum sicut medicus
egrotum (et contemisti me) dando immorta-
litatem et impassibilitatem. (in conspectu tuo)
id est in maiestate et diuinitate tua vel in pres-
sentia tua (in eternum) ut ultra non moriar qui
in conspectu hominum et ad tempus infir-
masti me prius. Vel (suscepisti) in resurrectione de
morte ad vitam (et contemisti me) gloria im-
mortalitatis (in conspectu tuo) mansurum te-
cum. Et in de laus tibi et gratiarum actio. unde
de sequitur.

**Benedictus dominus deus israel a seculo et
in seculum: fiat fiat.**

Benedictus et laudatus sit (dominus de-
us) id est tanquam dominator et creator (israel)
id est videndum cum per fidem et credentium
videre illum per speciem qui intelligunt filius
eius deum esse et hominem (a seculo) id est ex
quo omnia inceperunt (et in seculum). id est in
seculum futurum ubi iam omnia eterna sunt.
(fiat fiat) hec scilicet laudativa benedictio ab
omnibus: quia hec repetitio et geminatio con-
firmatio est et ostendit hoc ab omnibus esse fa-

ciendum. In hebreo autem habetur amen a
mei. quod importat veritatem ac fidelitatem
et confirmationem. Oratio.

Postrosum peccaminum mitis indulitor eter-
ne deus: qui indignanter insinuas effugere di-
ctum malum si misericordia subsequatur ege-
num: ser opem quesumus doloribus nostris:
ut dum carnalia delicta clementer arguis me-
dicinam anime placabiliter largiaris. Per do.

**Psalmus de ardenti et feruenti desi-
derio diuine visionis ac tedio et tristitia
dilationis propter moram presentis pe-
reginationis.** ps. xli.

De admodum desi-

derat ceruus ad fontes aquarum: ita
desiderat anima mea ad te deus.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus ta-
lis est. In finem intellectus filius Chore. Hoc
est intellectus huius psalmi attribuitur filius
Chore id est crucis et Christi: directus in fines
id est ad summam beatitudinem peruenire de-
siderantibus. Dic enim psalmus conuenit
omnibus christianis flamma diuine charitatis
accensis et dei ardentem desiderantibus. Jam
ergo fidelis non solum credens Christum esse
deum ut supra monebatur sed etiam intelli-
gens quod non sint condigne passionibus huius tem-
poris ad futuram gloriam que reuelabitur in
nobis hoc intellectu se consolatur quatenus sic
speret in deo in sua peregrinatione ut cum vi-
dere mereatur in peruenitione patriam deside-
rans et miseras huius seculi deplorans. Ha-
tertia: ardens et feruens desiderium summum bo-
ni et diuine visionis ac tedium et tristitia dila-
tionis. Intentio: monere nos presens seculum
relinquere et aduersitates huius vite non ti-
mere: ac feruente animo deum desiderare et ce-
lestia sola appetere. Sententia in generali: pro-
pheta in isto psalmo loquitur in persona per-
fecti et deuoti considerantis miseriam presen-
tis vite ac tonis precordiis suspirantis de pre-
senti seculo nequam eripi et ad celestem patri-
am peruenire habentis cum paulo desiderium
dissolui et esse cum christo. Sententia in spe-
ciali: Ostendens ergo desiderium suum ait.

(Quemadmodum) id est quod ardentem (deside-
rat) et festinat ceruus serpente perempto et co-
sumpto venire (ad fontes aquarum) propter si-
tis refrigerium (ita) consumptis vicijis (deside-
rat) ardentem desiderio. amplius quod ante (anima
mea) venire (ad te deus) qui es fons aquarum

irriguus unde omnia bona fluunt te sitiens
bus vite videre mereatur ac per claram visio-
nem et plenam fruitionem tui facietur. Dein
de conuertit se ad auditores ut admoneantur
et edificentur dicens

**Sitiuit anima mea ad deum fontem vi-
num: quando veniam et apparebo ante
faciem dei?**

Sitiuit id est summe desiderauit (anima mea)
venire (ad deum fontem) vel fontem (vium)
Deus est fons viuus: fons indeficiens. Vel for-
tis et viuus id est incorruptibilis et immorta-
lis (quando) ergo (veniam?) quando finitur
peregrinatio mea? quasi diceret. cupio dissol-
ui. Hoc autem ex magnitudine desiderij. quia quod
cuius est deo: tardum est hominis desiderio (et
apparebo) quod tunc et nos apparebimus qui mo-
do latemus (ante faciem dei) quod tunc videbimus
cum sicuti est. Interim autem.

**Fuerunt mihi lachryme mee panes die
ac nocte: dum dicitur mihi quotidie ubi
est deus tuus?**

Fuerunt mihi lachryme mee) non amaritu-
do que peccantem absorbet: sed (panes) id est
refectio et consolatio spiritualis quia afflictio-
nibus eruditur christianus. et sicut corpus ci-
batur et satiatur pane: ita anima eius lachry-
mis (die ac nocte) id est semper et continue siue
in prosperis et aduersis. quasi diceret. pro dila-
tione visionis semper vixi in luctu et lachry-
mis nullam aliam recipiens consolationem.
(dum) id est quia (dicitur mihi quotidie) im-
properando ab inimicis deum visibilem co-
lennibus ubi est deus tuus) ut subueniat tibi.

Possunt et predicta conuenire cathecumi-
no vel penitenti sicut perfecto et iusto. Ceruus
enim comparatur quilibet fidelis: Quia cer-
uus seruo aggrauatus exercens pilis et
cornibus serpente haurit naribus quo ab-
sorpto veneno estuat unde ad fontem biben-
dum ardentissime anhelat: quo hausto cornua
et pilos deponit. Ita cathecuminus vel peni-
tens veneno viciorum a terra contractorum se
estuate cognoscens fontem baptismi vel peni-
tentie desiderat ut ibi viciorum pilos et super-
bie cornua deponat et sic reuiuens factus
homo nouus. Sicut enim ceruus serpente
tractum interimimit quo interempto fontem
causa bibendi querit: ita perfectus et iustus co-
sumptis in se vicijis et peccatis fontem contem-
plationis ubi reficiatur concupiscit. Omnes
tamen ad eundem tendunt fontem id est ad chri-

stum qui est fons aquarum viuorum. Unde
dicit cathecuminus vel penitens. (Quemad-
modum ceruus) tracto serpente (desiderat) ve-
nire (ad fontes aquarum) ut reuiuenscat: ita
desiderat anima mea) tractis vicijis peruenire
(ad te deus) ut per te deponam omnem vetu-
statem peccati et in nouitate reformer spiritua-
li. Ideo (Sitiuit anima mea ad deum fontem)
vel fontem (vium) quia erit mihi indeficiens
refrigerium vel releuatio multarum miseria-
rum (quando veniam et apparebo ante faciem
dei) scilicet ante faciem gratie sicut perfectus et
iustus ante faciem glorie. (Fuerunt mihi la-
chryme mee panes die ac nocte) quia semper
est mihi dolor in hac vita que nocte ac die va-
riatur: sed ille dolor me reficit propter spem ve-
nie que consolatur quia exinde spero remissi-
onem peccatorum. (dum dicitur mihi quoti-
die ubi est deus tuus?) cur non subuenit tibi in
pressura tua.

**Hec recordatus sum et effudi in me ani-
mam meam: quoniam transibo in lo-
cum tabernaculi admirabilis usque ad do-
mum dei.**

Hec recordatus) vel meditatus (sum) scilicet
et has irrationes et ubi sit deus meus. (et effu-
di in me animam meam) id est relictis exteri-
oribus dilataui eam ad intelligendum et at-
tingendum deum. (quoniam transibo) vel in-
grediar per conlustrationem et contemplano-
nem fidelium et sanctorum in locum taberna-
culi) scilicet ecclesie militantis (admirabilis)
in profunditate fidei: in altitudine spei: in lan-
titudine charitatis id est in presentem ecclesiam
Extra quam si quis querat deum errat que est
quedam imago et species future Hierusalem:
que dum videtur amplius illa desideratur et
sic perueniam mente (usque ad domum dei) eter-
nam in celis ubi inuenitur deus. Sed quomo-
do perueniam

**In voce exultationis et confessionis
sonus epulantis.**

In voce exultationis) id est ineffabilis gau-
dij (et confessionis) id est laudis eterne que deo
decantatur ab angelis que vox est (sonus epu-
lantis) id est sonantium epulantium id est de
eterna refectione gaudendum. quasi diceret. ca-
ptus suauitate laudis angelice que iam susci-
pitur mente et ductus summa mentis dulcedi-
ne illuc perueniam. De illa enim eterna et iocun-
da festiuitate sonat nescio quid canorum: et
dulce auribus cordis: et mulcet aures sonus

festiuitatis illius et rapitur eternus ad fontes
a quarum: si tamen non periret mundus am-
bulanti in hoc tabernaculo et mirabilia dei in
fidelibus consideranti.

**Quare tristis es anima mea: et quare con-
turbas me.**

Quare ergo (tristis es) o (anima mea) scilicet
pars inferior (et quare conturbas me) ratio-
nem et intellectum tuam sensualitas dolorem mi-
hi ingerendo et gaudium meum interrumpen-
do. Incepit enim superior pars anime par-
tem inferiorem. quasi diceret. o anima mea cum
iocunda videas: cum de deo non dubites: que
presentis: nihil est in mundo quare hoc facere
debeas. Ecce iam quadam interiori dulcedi-
ne letati sumus. ecce acie mentis aliquid inco-
mutabile perspicere potuimus quare adhuc
tristis es tantam expectans beatitudinem. Et
quasi responderet illi anima eius in silentio ideo
te conturbo quia nondum tibi sum et adhuc con-
turbor scandalis et tentationibus. Dat inter hec
mala ratio consilium. d.

**Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi:
salutare vultus mei et deus meus.**

Spera interim (in deo) et habitans in spe
per patientiam sustine et consolationem recipe
quoniam adhuc et si non modo plene sed so-
lum in spe tamen in futuro (confitebor illi) in-
re continue cum beatis confessione laudis di-
uine quando videbo eum sicuti est dicens sic:
(salutare) id est vera salus anime mee a quo sci-
licet non a me est salus mihi. (vultus mei) id est
ex forma mea quam assumpsisti quia homo ut
ego: et etiam (deus meus) id est creator meus tu-
es et non alius. Ipse enim saluator noster ho-
mo est et deus. Vel sperare potes quoniam con-
fitebor in presenti id est de peccatis penitenti-
am agam ut tibi non obstitam. Hec autem con-
fitebor est ex nobis seu nostro vicio et dese-
ctu: vnde sequitur.

**Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea
memor ero tui de terra iordanis et hermonym a monte modico**

Ad meipsum vel a meipso (anima mea tur-
bata est) que nisi carnis vicia essent tranquilla
permaneret: vnde ad meipsum referendus. i. meo vi-
cio est rector quendus. Vel ad meipsum anima mea
relata (conturbata est) que ad deum relata refi-
citur non est mihi firmitas in me ideo nunquam
presumam de me sed sperabo in deo. Et quia
hanc conturbationem fecit superbia (propter
ea) ut consoletur (memor ero tui) domine festi-
nando ad te qui excludis omnia mala. et pro-

quibus sit memor dei subdit scilicet de terra
iordanis id est quia in baptismo peccata remi-
sisti et me humiliando terram fructiferam feci-
sti. Jordanis enim qui interpretatur descensio
sive humilitas: significat baptismum in quo
humiliati lauantur et sunt terra fructifera (et)
memor ero tui (de hermonym) scilicet (a mon-
te modico) id est quia fecisti me mihi displicere
et diabolo abrenunciare ac montem et in vir-
tutibus altum et tamen modicum et humilem
Hermonym enim paruum mons est iuxta ior-
danem scilicet quidam tumor et collis montis
hermon. et interpretatur anathematizatio. hor-
rum memor: malis non turbatur. Descende er-
go ut eleueris: noli extolli ne elidaris. Anathe-
matiza teipsum displicendo tibi ut placeas deo
ac diabolum et vicia abrenunciando eis. Et
nota congruam coniunctionem iordanis et her-
monym et montis modici. Nemo enim currit
ad remissionem peccatorum quasi ad iorda-
nem nisi qui sibi displicet et qui se fatetur pec-
catorum quod sonat hermonym: et nemo con-
fiteatur se peccatorum nisi qui se humiliat: quod
notatur in monte modico. de terra ergo iorda-
nis et hermonym dei reminiscitur quia in eo
quod ab claritate descendit et semetipsum despiciat
diabolumque et vicia excludit ad conditoris sui
memoria: reuocatur. Et debeo sic esse memor
tui nam ad hoc

**Abyssus abyssum inuocat: in voce ca-
tharactarum tuarum.**

Abyssus abyssum inuocat id est euangeli-
um et lex in hoc concordant quia duo testame-
ta que propter profunditatem intelligentie dis-
cuntur abyssus: quoddam sibi mutuo adiu-
mentum conferunt. Vetus enim est prophe-
tia noui quod annunciat: et nouum veteris est
expositio quod in testimonium vocat. et hec in-
uocatio fit et probatur (in voce) et testimonio
(catharactarum tuarum) id est per doctrinam
et predicationem prophetarum et apostolorum
tuorum hoc hominibus denunciandum. La-
tharacte enim proprie dicuntur fenestre terre
seu aqueductus vnde ebullit aqua vel fenestre
seu nubes vnde procedit pluuia. Unde dicit
Dugo quod catharacte sunt vie subterrane per
quas fluunt aque et dicuntur translaticie in ce-
lo meatus pluuiarum catharacte. Tales sunt
sancti prophete et apostoli a quibus manant
dei scientia et profuit nobis vera doctrina. Au-
dita autem doctrina et predicatione

**Omnia excelsa tua et fluctus tui: super
me transierunt.**

Omnia excelsa tua id est omnia iudicia sua
alta inuestigabilia (et fluctus tui) id est commi-
nationes tue terrentes et tundentes que tibi con-
tinuantur (super me transierunt) id est superau-
erunt me ac in imo dimiserunt et humiliave-
runt sed tamen transierunt. Vel ideo etiam me-
mor ero tui quia (Omnia excelsa et flu-
ctus tui) qui erant super me id est maior et mi-
nor pena que me superabant (transierunt) et que-
cuerunt. recessit ira: venit misericordia. transie-
runt fluctus: venit tranquillitas. vbi abunda-
uit peccatum: superabundauit gratia. quia in
ira sua non contumuit misericordias suas deus.
vnde et subditur

**In die mandauit dominus misericordiam suam:
et nocte canticum eius.**

In die id est in tempore prosperitatis et gra-
tie. Unde scriptum est. Ecce nunc tempus ac-
ceptabile: ecce nunc dies salutis. Mandauit do-
minus misericordiam suam id est fecit nobis
secum misericorditer. Sed quia et dies habet
noctem et gratia tribulationem: omnes enim
qui volunt pie viuere in christo persecutionem
patiuntur. ideo (et in nocte) tribulationis man-
dauit canticum laudis (eius) Canticum enim
in nocte est laus dei et gloriatio in tribulatione
Vel ideo etiam memor ero tui. quia (In die) id
est in prosperis (mandauit dominus) et docet
(misericordiam suam) et vult se predicari mise-
ricordiam quia liberat de tribulatione. (et no-
cte) id est in aduersis mandauit (canticum eius)
id est precepit exultare in ipso. Sed quia dum
tribulamur periclitamur non solum laudare
deum nos oportet sed etiam orare ideo subdit

**Apud me oratio tuo vite mee: dicam
susceptor meus es.**

Apud me id est in me et mecum (est oratio)
in tribulatione immolanda (deo vite mee) id est
que fit deo qui prestat mihi vitam et presentem
et eternam. quasi diceret. inuis me habeo quod
offeram et vnde deum placem non extra que-
ram nec de longinquo asseram. Hoc potest ve-
raciter dicere qui intimo archano cordis sui
deum orat non qui mente extra vagatur et quod
dicit non intelligit. Et in ipsa oratione (dicam
deo) quasi gratias agendo (susceptor meus es)
id est me infirmum suscepisti ad curandum.
Vel (susceptor meus es) ad protegendum ne
in tribulatione succumbam. Iterum autem in-
firma anima videns se inter tentationes tribu-
lari gemendo conqueritur. d.

**Quare oblitus es mei: et quare contrista-
tus in celo dum affligit me inimicus.**

Quare ergo oblitus es mei in miseria me
relinquendo. Sic enim laboro quasi tu obli-
tus sis mei. videtur oblitus dominus seruos
suos quando eos permittit affligi: tentationibus
concuti nec eos cito exaudit: non visibiliter ad-
iuuat (et quare contristatus) secundum sensum car-
nis que horret has difficultates (incedo) ad te
per viam huius vite (dum) id est quia (affligit
me) tentando et tribulando interius et exterius
(inimicus) visibilis et inuisibilis scilicet dia-
bolus: hereticus: tyrannus: falsus frater: mun-
dus et corpus. quasi diceret. vnaque liberet me
ne sic affligar. Ideo autem dicit quare: quia ne-
scit aliquis vtrum hoc patiat ad probatio-
nem siue ad damnationem. Affligit inquit et

**Dum confringuntur ossa mea: expro-
brauerunt mihi qui tribulant me inimici
mei.**

Dum confringuntur ossa mea id est virtus
tes in quibus consistit robur mentis que ali-
quando turbantur et afflictionibus nam qua-
si ossa franguntur dum virtus patientie vel que
libet alia affligitur et torpescit. tunc inquam vel
tra afflictionem etiam (exprobrauerunt mihi
qui tribulant me inimici mei) scilicet demones
et homines mali qui sunt eorum ministri et ul-
tantes et me irridentes. Unde in alio psalmo
dicitur. qui tribulant me exultabunt si motus
fuero. Et subiungit quod exprobrauerunt.

**Dum dicunt mihi per singulos dies vbi
est deus tuus: quare tristis es anima mea et
quare conturbas me.**

Dum dicunt id est dicentes (mihi per singu-
los dies) id est assidue (vbi est deus tuus) ten-
tantes me in desperatione: inducere de tua vi-
sione. hoc maxime in tentationibus ecclesie di-
citur fidelibus. Quasi dicerent nullus est de-
us tuus et non apparet quod habeas deum cum
te nullus defendat vel te liberare non curat vel
non potest. Et quia propter hoc anima turba-
ta est et talis tentatio est simpliciter repellenda
ideo subditur (quare tristis es anima mea) per
dolorem (et quare conturbas me) per despera-
tionem propter tales tentationes. Et ne dicas
ideo turbor quia hic mala patior sed ponis

**Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: sa-
lutare vultus mei et deus meus.**

Spera interim (in deo) expectando libera-
tionem (quoniam adhuc) post istas tribulatio-
nes confitebor illi in futuro confessione laudis con-
tinue cum ad sui conspectum adduxerit vultum
meum dicens ei (salutare vultus mei et deus

meus) tu es et non alius. De hoc vide supra. Repetit hic ipsam confessionem et spei confirmationem quia repetitio confortatio est contra tribulationes et tentationes frequentes.

Oratio.
Vultus nostri mirificum salutare: quem aie fidelium ardentem sicut seruum: tribue: ut dum te visibili lachrymarum imbri: pasci requiramus: inuisibiliter te intra pectoris nostri tabernaculum collocemus. Per dominum.

Psalmus contra pressuras seculi ne deficiamus in eis neque retrahant nos a deo: ac de separatione iustorum a prauis et hic et in futuro.
ps. lxxij.

Judica me deus

et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso cruce me.

Auctor psalmi propheta David. Titulus hic est. In fine ps. David. Hoc est ps. iste dirigens nos in finem. i. in christum: conuenit David. i. iusto et societate prauorum et miseris huius vite afflictio: qui hic loquitur et gemitus inter malos petit ab eis separari: Qui ergo supra se consolatur per spem quam habet in deo hic conquerens de permissione malorum precatur ab eis separari nunc animo: et in futuro et loco. Materiam: separatio iustorum a malis hic in causa in futuro autem separatio et loco et persona. Intentio: mouere ut iudicium et separationem malorum appetamus: et ne in presentibus deficiamus: sed in domino speremus. Scipsum enim confortando intendit confortare et debiles quosque suo exemplo. Et hic patet sententia in generali. Nam propheta in isto psalmo in persona iusti precatur non peccata sua discuti quod periculosum est: sed causam suam ab impijs separari ut possit cum electis sociari. Qui enim a malis hic in causa discernitur securus esse per quod in extremo iudicio totus et corpore et anima sepabitur. Sententia in speciali: videns ergo nunc malos cum bonis corpe volens ab eis separari nunc animo et postea loco exclamat. **Judica me deus** qui iustus es et misericors. et determinatur qualiter accipitur nomen iudicij cum dicitur (et discerne) hic si non locum saltem (causam meam) et merita que sunt causa vite (de gente non sancta) quod quasi exponens subdit (ab homine iniquo) scilicet a persecutore manifesto et qui aperte malum facit (et doloso) scilicet insidiatore occulto et qui latenter decipere querit et huius est gens non sancta (cruce me) hic in presentibus ne ab

his corrumpar. Vel de futuro totis accipiendo petit causam sue retributionis separari ab impijs: ut hodie ad sinistram positus: ipse sit ad dexteram cum electis. Et debet hoc facere.

Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

Quia tu es o (deus fortitudo) et **vir** (mea) qua opus est inter hec scandala id est a te est et dependet mea fortitudo qui per me infirmus et fragilis sum et non sufficio. non de viribus meis presumo: nec aliunde habere aliquam fortitudinem nisi a te solo et totam spem meam in te pono (quare) ergo (me repulisti) dimittendo me in afflictione cum sis fortitudo mea. **Non** quid inualida est manus tua. (et) etiam (quare tristis incedo) et ambulo per hanc miseriam quia periclitor et nondum vici eam. (dum affligit me inimicus) diuersis tentationibus. Ac si oprando diceret vnam ulterius affligi non permittas. ut autem excludatur inimicus

Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.

Emitte lucem tuam et veritatem tuam id est aufer tenebras et da lucem: aufer errorem et doce veritatem. Nisi enim nos illumines in tenebris sumus. nisi nos veritatem doceas errabimus. et quasi iam impetrasset quod orauit subdit (ipsa) scilicet lux et veritas tua (me deduxerunt) ab errore et iniquitate ne aberrarem de lata et spaciota via que ducit ad mortem ne perirem (et adduxerunt) per fidem charitate formatam (in montem sanctum tuum) id est in perfectionem et eminentiam virtutum (et in tabernacula tua) id est in unitatem et societatem sanctorum scilicet in presentem ecclesiam. **Tabernacula** enim sunt peregrinantium et militantium et nos hic peregrinamur a domino et militamus aduersus diabolum. **Non autem tabernaculum** sed tabernacula: quia multe sunt congregationes iustorum et in multis locis seruit domino militia christiana.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui legitificat iuuentutem meam.

Et ibi positus (introibo ad altare dei) scilicet (ad deum) videndum (qui legitificat iuuentutem meam) nunc per spiritus renouationem me veterem hominem exuendo et nouum induendo et in futuro me iuuenem factum et in nouatum deposita omni vetustate legitificabit dando immortalitatem et impassibilitatem. **Altare enim dei est ipse filius dei.** Ad hoc autem

altare introimus modo per fidem postmodum introibimus per speciem. Et in hoc altari modo offerimus deo pro vota et sacrificia cor contritum et humiliatum orationes et preces: postmodum repulsa omni tristitia in eodem altari in ipsa diuinitate sacrificium tantummodo offerimus laudis et non orationis. Sed ad illam laudem quisquis peruenire appetit prius oportet ut hinc inchoet ideo subdit.

Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es anima mea et quare turbas me.

Confitebor tibi i. laudabo te et gratias agam tibi (in cythara) i. in tribulatione o (deus) oim creatione (deus meus) per speciale uocationem. **Cythara** ab inferiori reddit sonum sicut psalterium a superiori. Qui ergo precepta dei facit et non patitur in psalterio confitetur: qui vero facit et patitur quod quidem ex inferiori natura est in cythara confitetur. Dicit ergo confitebor tibi in cythara propter illud quod dixerat. **Quare tristis incedo dum affligit me inimicus.** **Patiebatur enim** ex inferiori afflictione et in eo ipso volebat placere deo et gestiebat gratias agere fortis in tribulationibus (quare) ergo (tristis es anima mea) in tanta spe posita (et quare turbas me) obnubilas serenitatem interni gaudij mei. q. d. ne hoc facias sed potius

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

Spera in deo non in te expecta patienter dominum remuneratorem et consolarem (quoniam) iam confessus in tribulationibus (adhuc) post has miserias (confitebor illi) laude continua cum electis. modo confiteor afflictus: futurum est ut adhuc confitear renouatus et legitificatus. Et hec est et erit mea confessio scilicet (salutare vultus mei) quia me saluasti (et deus meus) quia me creasti. Et hec est magna causa sperandi quod saluator meus est vultus mei. i. habens vultum meum: formam meam: et pro me est homo factus: et ipse est deus meus.

De fonte perpetui luminis omnipotens deus inuocamus et quesumus ut emissa veritate tua cordibus nostris noue nos lucis claritate profundas. Per dominum.

Psalmus de prosperitate temporalium patrum veteris testamenti: et de grauitate temporalis afflictionis fidelium testamenti noui.
ps. lxxij.

Deus auribus nostris

audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.

Auctor psalmi propheta David. Titulus talis est. In fine psalmus filijs Choro ad intellectum. Et est sensus. psalmus ille dirigens nos in finem id est in christum vel in eternitatem: attribuitur seu proponit filijs Choro id est passionis et sanctis martyribus ad intelligendum. id est ut intelligant cur deus videtur fideles noui testamenti derelinquere temporalia subtrahendo et affligi permittendo cum patres antiquos inuenit in manu valida et eis apposuerit temporalia: quod ideo facit deus ut contemnant temporalia et desiderent eterna et ut sciant per temporalia bona data antiquo populo significata esse spiritualia bona que iam dantur christiano populo et plenius dabuntur in futuro. Et est ille psalmus confortatio et confirmatio infirmorum. Fideles enim qui supra gemunt inter malos nunc ut consolentur et patientiam habeant monentur ut intelligant nos hic vocari ad agonem non ad securitatem: in futuro vero ad coronam: non hic prosperandum sed tribulandum: in futuro vero gaudendum. **Materia:** prosperitas temporalis patrum veteris testamenti et tribulatio fidelium testamenti noui. **Intentio:** nos inuitare ad patientiam et consolationem in temporalibus tribulationibus habendam ac monere ad contemptum terrenorum et appetitum celestium. **Sententia** in generali. propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis et iusti in afflictione mentis vel corporis positi et specialiter in persona martyrum imitatorum christi recolit beneficium et bona populo antiquo exhibita et explicat mala que nunc fideles sustinet in hac vita petitque a malis ipsis liberari misericordia et virtute diuina. **Sententia** in speciali: propheta ergo in persona fidelium et martyrum recolit preterita dicens. (Deus auribus nostris) scilicet audiendi et cordis (audiuimus) id est cognouimus et intelleximus. **Audire enim auribus** est ad plenum audire ut et cor intelligat. **Ubi** et dominus in euangelio. Qui habet aures audiendi audiat. **Multi enim** habent aures carnis non cordis quia exteri us audiunt intus non recipiunt. **Nam** patres nostri qui noluerunt nos decipere scilicet patriarche et prophete non quilibet homines (annunciauerunt nobis) per scripturas suas et in libris autentis. Et quid annunciauerunt.

Opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis.

Opus scilicet miraculosum quod operatus es in diebus eorum ut educeretur de egypto per mare tra- ductio custodia in deserto et in terra promissionis inductio et cetera talia. (et in diebus antiquis) scilicet opus quod fecisti in exordio de creatio- nis mundi et de his que contigerunt ante dilu- vium que omnia spiritualiter implentur in nobis. Et hoc est opus quod fecisti in diebus eorum. Quia manus tua gentes dispersit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos.

Manus tua. id est virtus et potentia (gentes) terre promissionis (dispersit) morte et alijs modis (et plantasti eos) scilicet presens nostros in eadem terra firmando habitationem eorum in illa sicut in terra firmatur planta que ad hoc plan- tatur ut radice et fructificet. Nota est hoc ordine quod prius naturaliter remittuntur pec- cata que infundat gratia. infra illud. Egressus virtutis operatur ingressus. Dispersio enim gentium significat extirpationem vicio- rum. plantatio patrum infusione et conseruationem virtutum. Et hoc factum est non facile immo prius (afflixisti) per multa bella (populos) qui tibi erant (et sic) expulisti eos de terra sua. Cum multa difficultate sunt eieci: et te oportet cum multa difficultate inolitam maliciam vincere. vir enim deditur viciis cui aliquis assue- vit. Nec itaque tu fecisti non presens nra.

Nec enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non saluauit eos.

Nec enim in gladio suo. id est in virtute armorum suorum patres nri (possederunt terram) illam (et brachium eorum) id est fortitudo naturalis et ro- bur (non saluauit eos) de manibus inimicorum. Quia. Nec se habuerunt terram: nec se sunt sal- uati. Si enim seipos non potuerunt saluare ab illis gentibus: multo minus constat ut propria vir- tute terram illorum potuissent possidere. Bra- chium inquam non saluauit eos.

Sed dextera tua et brachium tuum et illu- minatio vultus tui: quoniam complac- uisti in eis.

Sed dextera tua. id est propitiatio et fauor gratie (et brachium tuum) id est potentia tua et fortis- tudo quam eis dedisti (et illuminatio vultus tui) id est claritas et manifestatio presencie tue certis signis ostense scilicet miracula que erant eis de- monstratio patientie tue. Talibus enim signis eis affuisti ut effectu signorum tuam presenciam insi- nuares. et sic fecisti non meritis suis. sed quoniam complacuit tibi: et placitum tuum collocasti (in eis) id est ex beniuolentia tua: quia placuit tibi ut illis hoc faceres: et quia ita bene fecisti illis pa-

tribus corporaliter spero quod similiter mihi factus spiritualiter. Nam Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob.

Tu ipse non mutatus qui hoc illis fecisti (es rex meus) et rector reges me spiritualiter sicut bonos mores et virtutes (et deus meus) crea- tor et conditor quem adoro et colo: tu me soles ducere ut rex: tu mihi soles subuenire ut de- us. (qui mandas fieri) salutes corporales (iacob) id est illi populo antiquo descendenti de iacob Et per salutaria mandata tua spiritualiter sal- uas eos qui luctantur et vicia supplantat. quia d. tu es vnus et idem modernorum et antiquo- rum fidelium. et ideo que illis tunc temporaliter fe- cisti: sic nobis et cuilibet fidei luctatori et sup- plantatori vicio: rum spiritualiter facies. et sicut illos iuuisti ita et nos. vbi sequitur

In te inimicos nostros ventilabimus cornu et in noie tuo spemur insurgentes in nobis.

In te pugnatore nostro et per te omnes (ini- micos nostros) scilicet carnem eius voluptates fugiendo. mundum eius vanitates premen- do. diabolum eius tentationibus resistendo. (ventilabimus) id est purgemus et dispergemus sicut paleam a granis sepantes (cornu) id est tua virtute seu fortitudine et defensione non nostra. (et in nomine tuo) christiano a te nobis dato vel in nomine tui inuocatione (spemur) id est suppeditabimus et pro nihilo reputabi- mus aduersarios (insurgentes in nobis) id est contra nos et nos impugnantes. Et bene dico in te et in noie tuo.

Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.

Non enim in arcu meo sperabo. id est in prou- dentia et prudentia mea humana vel in calli- ditate et occulta defensione. Arcus enim a lon- ge trahit et occulte ferit. Et quasi in arcu suo sperat qui prudentie sue innititur et in sensu suo confidit. (et gladius meus) id est fortitudo mea et violenta defensio (non saluabit me) scilicet tu. Sicut et patres nostri non sperauerunt nec saluati sunt in suo arcu vel gladio. Singu- lariter loquitur propter humilitatem quibus in persona plurium vel ecclesie loquatur. Nec sunt duo in quibus valde confidunt homi- nes seculi scilicet in calliditate propria et virtu- te. Sed ille totam saluationem suam in deo con- stituit vnde subiungit

Saluasti enim nos te affligentibus nos: et odientes nos confundisti.

Saluasti enim nos. id est saluabis. vbi pericula

pro futuro ponit. quia tam certum est quasi iam factum sit. (de affligentibus nos) modo propter te scilicet ab inimicis visibilibus et invisibilibus qui nos hic affligunt. (et odientes nos) id est in odio nostro preuocantes (confundisti) id est confundes et erubescere facies quoniam damnabunt ostenden- do eis mala que fecerunt: damna bonorum que amiserunt: penas eternas quibus puniendi sunt Confusus autem inimicis In teo laudabimur tota die: et in noie tuo constebimur in seculum.

In teo (deus) laudabimur non arrogantes de gloria quia tu es laus et gloria nostra (tota die) id est in perpetuitate que non est interpolata no- cibus sed tota est dies. Tunc enim erit vnus di- es cui non succedit nox: vna eternitas tunc laus erit vnicuique a deo (et in noie tuo) id est ad hono- rem nois tui (constebimur) tibi professione lau- dis (in seculo) id est semper et sine fine. hoc est lau- dabimus te qui es gloria nra. laudabimus ergo et laudabimur nos in te et tu in nobis. Ita ergo fecisti antiquis in preterito et ita fa- cies nobis in futuro

Nunc autem repulisti et confudisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris

Nunc autem in hoc tempore meo (repulisti nos) id est videris repulisse per hoc quod permittis nos affligi (et confudisti nos) in facie inimicorum qui bus hic habemur obprobrio tanquam frustra in te sperauerimus (et non egredieris) vltimus. o (deus) videnter. id est non videris egredi manife- stus et apparere (in virtutibus nostris) ostenden- do tuam presenciam in virtute et fortitudine nra contra hostes sicut olim patribus faciebas. in hoc tempore ad exercitationem repellimur et confun- dimur ut in eternum glorificemur. nunc non egre- dieris in virtutibus nostris ut nos in posterum per- petua virtute corroboret.

Auertisti nos retrosum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi.

Auertisti. id est auerti permittisti (nos retrosum) post inimicos nostros) ut nos victos post se trahant. ut illi sint ante: nos retro. ut illi vi- ctos: nos victi deputemur. (et qui oderunt nos diripiebant) nos tanquam in predam (sibi) alii os trahentes: alios flagellantes: alios in car- cerem mittentes: alios occidentes: alios di- uersis tormentis verberantes. Hoc contra illos qui de claustro reuertuntur ad seculum: quos demones faciunt sibi predam:

Redisti nos tanquam oues escarum: et in gen- tibus dispersisti nos.

Redisti nos) persecutoribus ad interficiendum

vel feris ad vorandum hoc est viliter occidi per- misisti (tanquam oues escarum) que interficiuntur ut ab hominibus vel lupis deuorentur. (et in gentibus dispersisti nos) id est dispergi per- misisti per captiuitatem et venditionem ut nos in seruitute redigerent et ad regnum domi- narentur nostri. In gentibus etiam dispersi sunt quando Petrus rome crucifigitur: et Tho- mas in india moritur: et innumeri martyres per innumera loca occiduntur.

Vendidisti populum tuum sine precio: et non fuit multitudo in mutationibus eorum.

Vendidisti. id est vendi et in morte tradi per- misisti (populum tuum sine precio) id est sine com- pensatione et lucro. Quasi sine precio popu- lus sanctorum martyrum vendebatur quando tam preciosus sanguis fundebatur: et exem- plo eorum nullus ad redemptionem et salutem con- uertebatur quoniam occidebantur et neminem lucraba- bantur: et si aliqui erant qui pertererentur ad compationem martyrum pauci erant. et hoc est quod subdit et non fuit multitudo in comu- tationibus eorum) scilicet martyrum. id est pauci pro eis acquirantur: quia martyres occidebantur et pauci de occidentibus perterebantur. Insup- preter dura etiam turpia patimur. nam

Posuisti nos obprobrium vicinis nostris: subsannationem et derisum his qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos obprobrium vicinis nostris) circa nos existentibus. Grauis est afflictio que a vicinis ingeritur quia non transitorie dicitur nec cito finitur. Vel (vicinis nostris) id est ad fidem appropinquantibus et venire volentibus qui videntes mortem nostram ita pro- brosam retraherent se a fide et posuisti nos (subsannationem) naso (et derisum) ore (his qui in circuitu nostro sunt) et nobiscum non sunt et tamen subsannant et derident nos. vel qui nos circundant ut capiant et occidant.

Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.

Posuisti nos in similitudinem) et exemplum (gentibus) ut cum alicui maledictus inferre: vel malum contingere velint: de nobis formam maledictiois sumant: et nos in exemplum ponant nostram miseriam sibi imprecando dicente: sic pereas ut Laurentius et hmoi. et posuisti nos (commotionem capitis in populis) ad insultandum nobis ut videntes nos continue cum derisione et indignatione mouendo capi- ta insultent nobis sicut et christo insultauerunt mouentes capita sua.

Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me.

Tota die .i. assidue (verecundia mea) seu pudor et erubescencia tanto obprobrior (contra me est) .i. coram me et ante prospectu meum (et confusio) seu rubor et ignominia (faciei mee) quae in facie maxime apparet verecundia et confusio. (cooperuit me) .i. ex omni parte mihi occurrit: tanquam essem ea operatus. Per hoc enim quod dicitur me: non faciem non solum faciem sed etiam totius corporis indicavit horrorem. Et haec confusio peccat et evenit mihi

A voce exprobrantis et obloquētis: a facie inimici et persecutis.

A voce exprobrantis .i. insultantis et in faciem maledicentis apte. (et obloquētis) .i. dolose mordentis et in absentia detrahentis occulte (a facie) .i. a presentia et instantia (inimici) in voluntate et odio habentis corde. (et persecutis) in actu et opere. q. d. adversarii mei persecutus me ore corde et opere.

Hec omnia veniunt super nos nec obliti sumus: et inique non egimus in testamento tuo.

Hec praedicta (omnia) valde gravia simul venerunt super nos et amore tui ea toleramus (nec obliti sumus te) dimittendo cultum tuum tanquam obliti essemus tui (et inique non egimus in testamento tuo) .i. in lege: mandata eius transgrediendo. vel fidem tuam quam in baptismo pacti sumus abnegando. q. d. inter tot adversa secundum precepta tua nos habuimus nec si de nec operatione a te recessimus. Magna hic martyrii constantia et perfectio commendatur. Sed nos si vel leve verbum iniurie audimus mox ad iracundiam inardescimus: vindictam si possumus exquirimus: si non possumus odium in corde quod est venenum diaboli portamus. Obliviscimur deum: obliviscimur charitatem et patientiam: inique agimus in testamento dei mandatorum eius peraratores facti. Ad hoc igitur haec scripta legimus ut quanta per amorem dei martyres sancti protulerunt vigilantem attendamus: attendentes nostram fragilitatem et impatientiam deploramus et corrigamus. Sed adhuc quid dicant audiamus

Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua.

Et non recessit retro cor nostrum bona deferendo et ad mala declinando. vel de bonitate tua desperando sed semper ad ea que ante sunt nos extendimus ad primum brachium festinantes (et) dum sic tribulamur (declinasti) .i. declinare fecisti: quod derivasti et tulisti (semitas nostras)

semper carnalium cogitationum: desideriorum voluptatum et prosperitatum (a via tua) certa et angusta. et ostendisti nobis viam tuam sequendam que ducit ad vitam. Commendatio divine gratie est. Quisquis viam domini ingreditur ne sciant de iusticia sua gloriatur: peritas vias suas ad memoriam debet reducere et pensare de quantis concupiscentiis et desiderijs malis: de quantis voluptatibus et negligentibus per gratiam suam liberauerit eum misericors deus. In hoc autem et ideo declinasti

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos umbra mortis.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis .i. in hoc mundo ubi affligimur propter te. qui est locus afflictionis ac vallis plorationis et miserie non leticie. sed mali videntur mundo per paradiso: et peregrinatione terre per habitacione patrie. Quia humiliasti nos deus affligendo ideo declinasti nos a superbia nostra quatenus humiliati semitas nostras relinqueremus et sequeremur vias domini. etiam ex illa humiliacione (cooperuit nos) .i. videntes tanquam operimento circumdedit (umbra mortis) non vera mors sed umbra. non mors alicui: sed mors carnis. Umbra mortis: carnalis mortalitas. vera mors: damnatio cum diabolo. Vel (umbra) .i. timor (mortis) quia causatur a morte sicut umbra a corpore. Sed propter haec omnia mala non sumus obliti te. quod

Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum.

Si obliti sumus nomen dei .i. honorificentiam (dei nostri) ut ab eius fide et cultu tanquam eius obliti recederemus (et si expandimus manus nostras) sed per modum orationis vel offerentiarum (ad deum alienum) venerandum et colendum. qui neque nos creavit neque bonum nobis fecit: et si sumus idolatre. Et non solum idola sed etiam vitia per haec prout intelligi. quorum una enim deus vitia est et avaritia: que est idolorum servitus. et cetera huiusmodi. Expandit etiam manus ad deum alienum: qui operatur ob favorem humanum. Nonne deus requirit ista: ipse enim novit abscondita cordis.

Nonne deus requirit (et) eriget (ista) sed ita manifesta in districto examine et iusto iudicio ad puniendum ea. q. d. vitia sic nam et occulta requirit. unde sequitur (ipse enim novit abscondita) .i. occulta et cogitationes (cordis) quo sed corde magis religio geritur quam devotione corporis. et ideo solus potest iudicare non solum de manifestis sed etiam de occultis propter quod non requirit a nobis. ipse enim testis est

conscientie nostre et novit quia non oblitus sumus eum: quod ex hoc apparet

Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis.

Quoniam propter te o deus et tua dilectione (mortificamur) .i. diversis tribulationibus opprimimur (tota die) .i. incessanter et assidue (estimati) et reputati (sumus) ab hominibus sicut oves occisionis sed non fetose ad occidendum deputate. quia non reputamur idonei nisi ad occisionem: et occidimur sine aliqua reluctacione. Sancti viri mortificant sanguinem suum pro christo fundendo. primum cooperando. carne macerando vicia refecando. culpas lachrymis lavando. et hoc tota die quod tota vita sanctorum martyrium est. Igitur quod propter te ista patimur

Exurge quare obdormis domine: exurge et ne repellas in finem.

Exurge quare obdormis domine. i. videris negligere. quasi dormit dominus quando dissimulando non liberat. et citatur de peccatoribus et laborantes adiuvat. Querit autem quare obdormit quod incertum est vnum hoc sit ex ira an ex misericordia: vtrum eum velit ad tempus probare et corrigere an ex toto relinquere. et ideo orat. d. (exurge) tanquam vigilans (et) si hic et ad ipsos repellis (ne repellas) nos (in finem) et presumptorem. i. omnino et ex toto. Si vis ut tribulemur et tentemur: ne sinas ut frangamur et pereamus.

Quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopia nostre: et tribulationis nostre.

Quare faciem tuam et gratie tue presentiam auertis (et abscondis) ac benivolentiam quam erga nos habes non ostendis. quasi iratus: quasi non adhasis: quasi oblitus sis nostri (obliuisceris inopia nostre) quod propter te reliquimus terrena et modo sumus quasi sine ope sine solatio (et tribulationis nostre) propter amorem tuo tribulamur et non cripi mur. Et si nos nescimus tu scis quare: quod non nisi iuste. vnum hoc dicere non est querela sed supplicatio puri cordis pia. Et non debes obliuisci

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: coagulatus est in terra venter noster.

Quoniam humiliata est in pulvere supra nos in signum penitentie sparso (anima nostra) recordacione peccatorum. hoc est ad penitentiam cooperati sumus: animam peccatorum memoria cruciando: secundum morem penitentium et ad modum tribulatoz. cineres super capita sua ponentium (coagulatus est in terra) .i. adhesit terre venter noster in eadem penitentia tota corporis effusione extensus ut sit prostratus toto corpore tenens: hoc autem dicendo summam hu-

militem ostendit. Qui enim genua terre affigit habet quo plus humiliatur. qui vero terre pro sternitur non habet ultra quo humilietur. q. d. nihil in humilitate sumus: ultra quo humiliemur non habemus: iam puenit usque ad summam humilitationem: veniat et alius tua misericordia: Ideo concludit.

Exurge domine adiuua nos: et redime nos propter nomen tuum.

Exurge domine et ne dissimules sicut dormiens (adiuua nos) laborantes (et redime) .i. libera (nos) tantis malis oppressos adiuua in bonis libera a malis: et hoc non propter meritum nostrum sed gratis propter nomen tuum dilatandum et glorificandum ut cognoscaris et lauderis ab omnibus qui es deus in secula benedictus. **Oratio**

Exurge domine in auxilium nostrum et erue nos ab obprobrijs victor: et qui coram patribus nostris inimicarum gentium regna vicisti a persecutoribus inimicis vultus tui illuminatione nos eripe. **Per dominum.**

Psalmus de nuptijs Christi et ecclesie sic ac de ipsius Christi sponsi et ecclesie sue sponse multiplici laude et commendatione. **ps. xliiij.**

Ructavit cor meum

um verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus hic est. In finem pro his qui commutabuntur filijs chore ad intellectum canticum per dilecto. Hoc est canticum istud quod haec est exultatio per eternis: tendens in finem. i. in summationem habitum per his qui commutabuntur. i. per commutandis in melius et pro dilecto patris. i. christo commutante sed per sponsa et sponso quod est per laudem vtriusque: scribit filijs chore. i. christi et imitatoribus passionum crucifixi ad intellectum. i. ut intelligant et venerentur mysterium tanti decoris et gratie sed junctio christi et ecclesie. Haec ergo ecclesia que in praecedenti psalmo tanta pati describit in hoc psalmo laudibus extollitur et per ipsam christus commendatur ut intellecta eminentia christi omnem maculam et rugam deponat: et per orationem virtutum dignam se tanti sponsi amplectibus exhibeat unde promittitur pro his qui commutabuntur: et sequitur pro dilecto. Materia: nuptie christi et ecclesie: sponsi et sponse: regis et plebis. Intentio: monere ad laudem sponsi et sponse et fideles exhortari ut taliter vivere studeant quatenus se vni viro sed christo virginem castam exhibeant ut in nuptijs a dextris sponsi sui sedcant. **Senia in**

generali: p̄beta sp̄s sancto repletus et celestibz
epulis saginatus in isto psalmo p̄conia dei se
eructaturū p̄mittit: et christū sponsum et eccl̄iaz
suam sponfam a multis laudat et magnificat.
S̄nia in speciali: p̄pha ergo quasi ad has nu-
prias inromini desiderans vt sibi ap̄iatur se
velle sponso cantare dicit (Eructaturū) quasi de
pleno et plenitudine diuine gr̄e sp̄ialis (cor me
um) qd̄ p̄cipit verba. i. mens mea inuis plena
gr̄a (verbū bonū). i. hymnū deo sc̄z carnē qd̄
dicaturus sum. et expr̄imēs ad cui⁹ honore cru-
ctat verbū subdit (dico ego). i. dicere et cantare
gestio (opa mea). i. dictamina et carmina mea:
sc̄z hūc psalmū de laudibz p̄positū (regi) regū
iesu christo qz ex eo habeo. i. ad christū et s̄lū ec-
clesie sue sponse laudē et p̄mendatōz dicā hoc
ep̄thalamū. i. laudē thalami et carnē nuptia-
le. Tunc p̄dicator opa sua regi dicit: qm̄ fructū
p̄dicatōis deo attribuit. Et ne cū aliquid a se
putares dicere subiungit.

**Lingua mea calamus scribe: velociter
scribentis.**

Lingua mea) in faciendo et p̄nunciando h̄
carnē: fuit calamus et penna seu stilus et gra-
phium (scribe). i. scriptorū (velociter scribens)
id est sp̄s sancti qui in docendo nō indiget in-
teruallo qz dicit et facta sunt. velociter etiā se di-
cit scribere qz que dicit et scribit cito ventura
nouit. Sp̄s sanctus est q̄si scriba a quo lin-
gua quasi calamus regit dum eius ministerio
sp̄s loquitur. Calamo linguā suam comparat
vt p̄ hoc intelligat̄ scripsisse que dicit. Deinde
sic ut miserat laudes regis sponsi decantat et
cōuertens se ad christum primo laudat eum a
forma et eloquentia. d.

**Speciosus forma p̄e filijs hoim: diffusa
est gratia in labijs tuis: propterea be-
dixit te deus in eternum.**

Speciosus) es (forma p̄e filijs hoim) fuit
enī speciosissimus vt pote virtute sp̄s sancti q̄
deficere in ope suo nō potuit de virgine natus
Vt ideo speciosus qz solus immunis a peccō:
qd̄ summa et vera est pulchritudo. et qz nō so-
lum homo s̄z cū hoie etiā filius dei (diffusa est
gratia) sc̄z eloquentie fructuose (in labijs tuis)
qz mirabant̄ oēs de verbis gr̄e que p̄cedebant
de ore eius. Vt qz p̄ eum verbū gr̄e et reconci-
liationis mundus accepit: nā penitentiā in re-
missionē peccatorū p̄dicauit: propterea et p̄o-
pter hanc gr̄am p̄ te mundo datā (b̄ndixit te)
hoiem (deus) pater (in eternū) nō ad sp̄s dan-
do tibi nomē qd̄ est sup̄ omne nomē et regnū
cuius nō erit finis. vel qz hic et in futuro semp̄

benedicetur christus Deinde laudat eum a po-
testate et fortitudine. d. Et tu talis rex
**Accingere gladio tuo: sup̄ femur tuum
potentissime.**

Accingere) ad pugnandū (gladio tuo) sp̄s
li sc̄z verbo dei. i. euangelio. De quo ap̄ls ait. et
gladiū sp̄s qd̄ est verbū dei. (sup̄ femur tuū)
id est sup̄ carnē siue corpus. Accinxit enī gladi-
um sup̄ femur suū qz in carne assumpta p̄dica-
uit euangelū quo p̄didit vicia et errores circa
fidem et mores. male coherentiā sepauit et ini-
micos p̄strauit: ac mundū debellauit. et h̄ (po-
tentissime). i. fortiter et viriliter vt ere verbo p̄e
dicatōis tue: nō segnit̄ neqz leuiter. p̄dicauit
enī quasi p̄tatem habens: et veritatē p̄dicatōis
cōfirmavit miraculis.

**Specie tua et pulchritudine tua: inten-
de prospere p̄cede et regna.**

Specie tua) quantū ad mox sanctitatē. (et
pulchritudine tua) quantū ad diuinitatis de-
corem etiā accingere et accinctus (intende) et
intensus sis ne remisse agas: s̄z potius (p̄p̄ere)
id est ad p̄speritatē ecclesie liberans hoies p̄e-
reutes (procede) p̄ viam huius vite regnū dei
p̄dicando et cōtra diaboli p̄gnādo (et) sic to-
tius mundi impio p̄cioso sanguine tuo redem-
pto ac diabolo sup̄ato (regna) nunc in ecclesia
militante et eternaliter in triumphante. Regna
in fide hoim tuā potentā ostendendo et eos re-
gendo qui semp̄ regnauit ab eterno. Regna
inquam et hoc

**Propter veritatē et mansuetudinē et ius-
ticiā: et deducet te mirabilis dextera tua
Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā). i.
qz es verus p̄ te et p̄ tuos veritatē docendo. et
mansuetus malos ferendo. et iustus vite iusti-
ciam ostendendo que oia decet regē. Veritatem
quippe exequens mansuetudinē cū iusticiā cō-
seruauit: vt nec iusticiam in mansuetudine nec
mansuetudinē in iusticiā amitteret (et deducet
te) inoffense p̄ cursus totius vite (mirabiliter)
qz oēs mirabunt̄ vel qz mirabilia facies (dexte-
ra tua). i. fortitudo virtus et potentia tua sc̄z
deitas cuius organū fuit humanitas et ideo in
omnibz mouebat̄ sc̄m motū deitatis. Et
**Sagitte tue acute: populi sub te cadent
in corda inimicorū regis.****

Sagitte tue). i. verba p̄dicatōis tue et ore
tuo et ap̄loz. emissa sunt (acute) qz cordis inte-
riora penetrat. et sic verba dei vocant̄ sagitte qz
occulte hoies alliciunt et gladius qz manifesta-
rōne hoies deo adherere faciūt et p̄ eas sagit-
tas vulnerat̄ (populi inimicorū) qui sunt de

numero inimicorū (regis) sc̄z tui qui es rex ma-
gnus. hoc est multi de inimicis tuis (sub te ca-
dent). i. supponēt se tibi et obediēt. et hoc (in cor-
de). i. et rōne et voluntate. vbi se erigebāt cōtra
christū ibi hūiliabunt̄ ante eum vt de inimicis
sint amici. Deinde laudat eū a dignitate regali
et iudicio. d.

**Sedes tua deus in seculū seculi: virga
directōis virga regni tui.**

Sedes tua). i. regni tui hoc est regalis et ius-
dicaria tua p̄tās in qua regnas et iudicas o (de-
us). i. christe qui es dei filius: est (in seculū seculi)
. i. eterna et quicqd̄ p̄stans nō mutat. (et p̄ga
regni tui). i. scriptū ac gubernatō et correctio tua
est (virga directōis) et regula diuine equitatis
que vere recta est et nunq̄ curuatur. hoc iustus
regit: iniquos p̄cutit: et distortos dirigit. Ne-
mo ergo sibi multū de misericōdia christi blandia-
tur qz virga directōis. i. iusticia est ei. Si alios
regit alios et cōterit. Sic dilige misericordē vt
velis esse veracem. Et bene dico virgā tuā esse
directōis. quia

**Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: p̄-
pterea vixit te deus deus tuus oleo le-
ticie p̄e cōsortibz tuis.**

Dilexisti iusticiā) et in te et in alijs et in tantū
q̄ (et odisti iniquitatē) nō hoies. aliter perfecte
nō diligitur iusticia nisi odiatur iniquitas. et vt
talis posses esse (pterea vixit te) spiritualit̄ fm̄
hoiem in regē et sacerdotē o (deus) fili (deus tu-
us). i. tibi p̄substantialis sc̄z pater (oleo leticie)
id est sp̄s sc̄o qui leticiā p̄stat aie. (p̄e cōsortibz
tuis). i. plus q̄ ceteros hoies quoz mortalitatis
factus es p̄iceps vt eos tue immortalitatis et
regni faceres tecū esse consortes: qz ceteris da-
tus est sp̄s sc̄s p̄ partes: in ip̄o vero fuit ois
plenitudo diuinitatis corp̄aliter. Deinde lau-
dat eum ab ornati. d.

**Myrrha et gutta et cassia a vestimentis
tuis: a domibz eburneis ex quibz delecta-
uerunt te filie regū in honore tuo.**

Myrrha et gutta et cassia) p̄ has species aro-
maticas significat̄ virtutes fidelū spirantes
bonū odore alijs p̄ bonā famam et exemplum
Vt myrrha que amara est et ardet vermes ac-
seruat a putredine sc̄z mortificatio carnis que
amara est et pellit vermes maloz. desideriorū
ac seruat a putredine vicioz. et gutta que et ar-
monica dicitur et pellit inflaturas et tumores
sc̄z hūilitas que pellit inflationē et oēm tumore
sup̄bie. Et cassia que et fistula dicit̄ et nascitur
in aquis locis et crescit in immensum sc̄z fi-
des que in baptismo nascitur et crescit in iustis

multum. De ergo virtutes fluunt et p̄cedūt (a
vestimentis tuis) sc̄z (a domibz eburneis). i. a
sc̄is tuis qui dicunt̄ vestimenta tua qz ornāt te
vita et doctrina. Domus quia in eis habitas.
eburnē p̄pter p̄stantiā et firmitatē ac virtutum
luciditatē et vite puritatē (ex quibz) virtutibz (fi-
lie regū). i. ecclesie singule quas p̄ orbez apli et
sancti se et alios in virtutibz regentes fonte ba-
p̄smatis genuerūt et repperūt. (delectauerunt te)
id est delectabiles et amabiles tibi sunt facte co-
qz ip̄is virtutibz fragrant̄ nictu et placēt. et hoc
(in honore) nō suo s̄z (tuo). i. ad tui honorem et
gloriā: qz nō quesierūt honore suū sed tuū. Ex
his omnibz facta est vna sponsa regi vna regis-
na a qua cum cōmendat et post sponsi descri-
ptionem ip̄am sponsam describit. d.

**Astitit regina a dextris tuis in vestitu te-
aurato: circumdata varietate.**

Astitit) parata seruire (regina) sc̄z catholica
ecclesia christi regis sponsa que sub christo re-
ge bene regit filios suos (a dextris tuis) et nō a
sinistris qz semp̄ ei placita et nunq̄ p̄traria ope-
ratur. ideo sequit̄ (in vestitu) op̄m bonoz (de-
aurato) nō aureo ne sola sit charitas sed̄ assine
cetera que charitas ornāt. In auro enī intelli-
gitur charitas. qd̄ vero aureū est totū de auro
est. qd̄ aut̄ deauratū est aurū habet et aliud est.
(circundata varietate) p̄loz: p̄sonaz: statūz:
officiorū: gradūz: linguaz: meritorū et donoz.
Hanc reputat ecclesia in vestimentis nunc lic-
nūc aliter coloratis et in cantibz et cantū vo-
cibus diuersis. Deinde alloquit̄ p̄beta reginā
tanq̄ vnus de patribz eius. i. de aplis. d. Ergo
vt ad huius sponsi thalamū valeas puenire

**Audi filia et vide et inclina aurē tuā: et
obliuiscere pplm tuū et domū patris tui.**

Audi) intus sc̄licz credendo o regina (filia)
mea. i. mea p̄dicatōne genita: christū in euange-
lio loquentē et docentē (et vide) eius doctrinam
intelligendo et vitā p̄siderando (et inclina aurē
tuā) ad obediendū hūiliter: et imitandū sc̄z in
ope ea que docet replendo. (et obliuiscere pplm
tuū) vnde venisti sc̄z vicia p̄perata p̄ que re-
gi babilonē seruisti (et domū patris tui). i. p̄for-
tium diaboli et p̄uersationē seu vanitates hu-
ius mundi in quo q̄si in p̄pria domo vsqz mo-
do diabolus regnauit: cuius filia p̄ malorum
operum imitatioe fuisti. Deinde laudat eam et
p̄mo a forma. d.

**Et p̄cupiscet rex decore tuū: qm̄ ipse est
dn̄s deus tuus et adorabit eum.**

Et) nūc p̄cupiscet rex celestis sc̄z filius (de-
corem tuū). i. te decorat̄ p̄pter pulchritudinem

spūalem quam ipse fecit in te et dedit per grā
repans in te imaginem suā. **Multiplex est de-**
cor ecclesie qui in duob; cōsistit scz in forma vi
te et doctrine. Et ideo debes libenter audire q̄
p̄cepta sunt tibi (qm̄) ille qui p̄cupiscit te nō so
lum est rex et sponsus tuus sed (ipse est dñs de
us tuus). i. creator et dñator tuus. Quicquid ha
bes vnde illi places ab illo habes. (et adora
bunt) oēs ppli de quib; facta es (cum) scz reges
tūi adoratoe latrē qz ei om̄e genu flectet.
Et filie tyri in munerib; vultum tuum
deprecabuntur oēs diuites plebis.

Et nō tm̄ in dei sed etiā (filie tyri). i. gentium
hoc est gentes a parte totū significās. Per tyri
eni vicinā iudee vbi propheta erat gentes in
christū credituras significabat quā precipue
noiat qz ciuitas nobilis et famosa erat venient
ad regem tuū in munerib; se et sua christo de
uote offerendo ipsumq; adorando et elemosy
nas faciendo (vultū tuum) et p̄ntiam o regina
(deprecabuntur) et petent a deo. i. deuote preca
buntur deū vt det eis posse puenire ad tuū vul
tum. i. p̄sentia et p̄formitatē tuā ne extra nidū
ecclesie positi faciant opa sua sed in vultu et cō
spectu sponse. i. in vnitatē ecclesie aliter enī non
p̄descent. (oēs diuites plebis). i. omnimodi di
uites siue sint locupletes siue nobiles siue sapi
entes siue potentes et h̄mōi. Deinde laudat eū
a gloria dicens

Omnia gloria eius filie regis ab intus:
in fimbrijs aureis et circumamicta varie
catibus.

His gloria eius scz (filie regis) que iam di
cebatur regina. i. ecclesie est (ab intus). i. consi
stet in ornatu interiori scz in puritate cōscientie
et nō in ostensione iactantie nec in magno ap
paratu exteriori in quo synagoga gloriabatur
Vñ Paulus ait. gloria n̄ra hec est testimoniu
p̄scientie n̄re. Gloria aīe fidelis est de interiori
bus bonis: gloria autē maloz est de his que so
ris sunt vt de pulchritudine: fortitudine: gene
re: dignitatib; diuitijs et h̄mōi. Et licz eius glo
ria sit intus in cōscientia n̄ est etiā (in fimbrijs
aureis). i. in honestate p̄uersatōis et in opibus
bonis que bñ p̄ fimbrias intelligunt qz patent
sicut fimbrie et purissima sicut aurū oportet es
se. (circumamicta). i. ornata (varietate) virtutū qz
singule virtutes vndiq; eam circūdant. Dein
de laudat ambos a societate. d.

Adducentur regi virgines post eam: pri
me eius afferentur tibi.

Adducentur p̄dicatoe et grā adiuvante qz
p̄ se nequeūt venire. (regi) christo ad seruiciū

(virgines) et pudice scz integre et aīa et corpē q̄
sunt in primo gradu per quas robusti et fortes
accipiunt. (post eam) scz reginā. i. apostolicā et
primitiua ecclesie catholicā generalē matrem
fidelium que domuz p̄ris oblata prima venit ad
regem. Et p̄uertens verba ad regem ait. et (pro
xime eius) regine et ad eam p̄tinentes. i. vidue
et in matrimonio ab aliena p̄uinctōe cōtinentes
q̄ sunt in sc̄do gradu p̄ quas infirmi et im
becilles designant. (afferentur) et portabuntur
(tibi) o rex et ad honorē tuum in tuū p̄soriū. et
vere prime qz priorib; p̄siles et eas in cōtinen
tia imitantes. De ergo om̄es et virgines et pro
xime.

Afferentur in leticia et exultatōne: addu
centur in templū regis.

Afferentur in leticia (virtutū) et exultatōne
grarum seu in gaudio interiori et exteriori non
in tristitia peccati qz in p̄nti qz ecclesia valde le
tantur sancti de puritate sue p̄scientie et p̄cto
ris sui pace et de hac deinde (adducentur) mi
nisterio angeloz tanq; viui lapides (in templū
regis). i. in sup̄nam hierusalē facti p̄ christum
regni et sacerdotes dei. Duce ergo gratia ad
ducuntur in templū regis: in vnitatē p̄fecte cha
ritatis vbi possunt in eternū laudare deū. Dein
de laudat eos a prole ostendens quanto in cre
mento ecclia sponsa p̄fecerit et alloquit eā. d.

Pro p̄rib; tuis nati sunt tibi filij: p̄stitū
es eos principes sup̄ omnē terram.

Pro patrib; tuis. i. loco ap̄loz qui te genuerunt
(nati sunt tibi filij) imitatores coz scz ep̄i
et alij quos genuisti: nō te ergo putes desertam
qz non vides eos p̄ quos nata es: nati sunt filij
ad opus tuū et de prole tua creauit tibi paterni
tas. Sunt enī et hi p̄res tui qz ab ip̄is regeis:
Vñ sequitur (cōstituit eos) in sede patrū (prin
cipes) in spūalib; i. p̄latos: magistrōs et do
ctores ad regendū pplm̄ dei. (sup̄ omnem ter
ram). i. sup̄ vniuersalem ecclesie: per om̄es par
tes terre diffusam nō in vno loco tm̄. Et nota
et hoc qz principes seculi subesse debent sacer
dotibus nō p̄cesse. Et qz ita est ordinata eccle
sia et cōstituta ideo ipsa tanq; grata alloqui
tur dominum. d.

Memor ero nois tui dñe: in omni gene
ratione et generatione:

Memor ero nois tui id ē fame et glorie tue
memoriā agam et semp te predicabo (in omni
generatione) diffusa in omni terra. (et) deinde
in (generatione) succedente. q. d. ecclesia: semp
nomē tuū annuntiabo generationib; sibi suc
cedentib; vsq; ad finē mundi. Vel ip̄i filij nati

et principes constituti memores erunt semper
(nominis tui dñe) quia succedendo semp per
omnes generatōnes p̄seuerabunt.
Propterea populi cōfitebuntur tibi in e
ternum: et in seculum seculi.

Propterea etiam (populi) qui futuri sunt vi
dentes tantam gloriā ecclesie tue (confitebū
tur tibi) id est laudabunt te tanquam auctorem
et gubernatores (in eternum) p̄sentis seculi id
est per totam hanc vitam (et in seculum) subse
cūtiū huius (seculi) id est in futuro vbi est
laus eterna que nunq; finietur. **Q** felix aposto
lorum p̄dicatio que eternam laudem domi
no acquisiuit. **Q** felices et nimium beati qui
dominum laudare merebuntur in seculum se
culi.

Oratio.

D christe domine verbuz patris per quem
cuncta creata sunt et creantur custodi que su
mus ecclesiam tuam varietate genium cōgre
gatam: vt dum te et ipsa credulitatis iusticia
corde puro diligimus: principatum eterni se
culi cum patribus mereamur. Per d.

Psalmus de aduentu Christi ac con
uersione et saluatione gentiū necnon de
liberatione et consolatōne fidelium in per
secutione maloz. ps. lxy.

Deus noster refu

gium et virtus: adiutor in tribulati
onibus que inuenerunt nos nimis.

Auctor psalmi propheta David. Titulus
talit est. In finem filijs Chore pro archanis
psalmus David. Hoc est: psalmus ille David
prophetetendens in finem id est in Christum
seu in perfectionem. attribuitur filijs chore id
est imitatorib; crucifixi qui hic loquuntur. ha
bitus pro archanis id est occultis manifestan
dis: quia agit de aduentu Christi qui multum
erat occultus: et quibusdam aduentum huius
modi circumstantibus et consequentibus. Ba
teria: aduentus Christi ac liberatio et consola
tio fidelium in persecutione malorum. Inten
tio: omnes monere ad fidem et vt ad deum in
omni tribulatione refugium habeant et deli
beratione plene confidant. Sententia in gene
rali: propheta in isto psalmo in persona primi
tue ecclesie tribulate primo beneficia que de
us impendit fidelibus tempore tribulationis
recitat: deinde mirabilia dei opera que inter fi
deles opatur narrat: et ad diligenter attenden
dum et per consequens ad credendum et imi
tandum inuitat. quia vt in precedenti psalmo
dicitur primitiua ecclesiam alie subsequuntur:

proponunt se primitiui posteris exemplum p̄
tencie vt non deficiant sub tribulationuz pon
dere cum eos audiunt qui salutem hominum
querabant tot et tanta patienter p̄tulisse. Sen
tentiā in speciali: propheta ergo in Christi ad
uentu videns multas tribulatiōnes eturgere:
contra eas premitens consolationem in per
sona filiorum Chore ait. (Deus) omnium po
tente (noster) gratia et voluntate seu per fidem
et confessionem: est nobis (refugium) id est se
curitas contra pericula: contra tormenta: con
tra peccata (et virtus) id est fortitudo: quia cum
ad eum fugerimus firmi erim;: vnde nihil est
nobis timendum. et adiutor: est in tribulatio
nibus) vincendis (que inuenerūt nos nimis)
quia tribulamur supra q̄ ferre posset fragili
tas carnis nisi iuuaremur auxilio diuinitatis.
Tribulatiōnes inuenimus quando iam p̄e
meditatas sustinemus: ip̄e vero nos inueniūt
quando inopinatos intercipiunt. Grauius au
tem ferunt tela que p̄uisa non sunt.

Propterea non timebimus dum turba
bitur terra: et transferentur montes in
cor maris.

Propterea qz talis est nobis deus: freti tan
to adiutore (non timebimus) qui in ip̄o credu
litatem habemus (dum turbabitur terra) id est
peccator terrenus vel iudeus. Senere eozum
qui terrena sapiunt irasciunt et indignatur ac
insurgit fremendo aduersus nos (et transferen
tur montes in cor maris) id est ducuntur apo
stoli et fideles ante iudices huius mundi et ty
rannos. Vel dum (transferentur) apostoli a iu
dea in medium seu fidem gentium tūc nos qui
compuncti sumus et monibus cōsentimus
non timebimus ne de numero reproborum iu
deorum fuerimus. Turbati omnibus dei ser
uus manet intrepidus in qua tranlatōne

Sonuerunt et turbate sunt aque eozū:
conturbati sunt montes in fortitudine
eius.

Sonuerunt) christi montes id est apostoli
et sancti fidem predicando et confitendo (et tur
bate sunt aque) id est irati sunt populi tyran
no:um seu gentium (conturbati sunt) simul cū
plebe (montes) id est potentes seculi terrena al
titudine tumentes (in fortitudine eius) salicet
dei ostensa per apostolos et sanctos dum annū
ciatur per eos. Alij sunt montes dei quibus
caput est christus. alij sunt montes seculi quib;
caput est diabolus. Sic ergo per istos montes
turbati sunt illi montes: Sed non est amen
dum quia.

Fluminis impetus letificat ciuitatē dei
sanctificauit tabernaculū suū altissimus.

Fluminis impetus id est inundatio et irri-
gatio sancti spiritus (letificat) suis gratijs et do-
nis (ciuitatem dei) id est sanctam ecclesiam vir-
tutibus munita (et sanctificauit) per illum flu-
uium (tabernaculum suum) id est congregatio-
nem fidelium in qua habitat per fidem (altissi-
mus) scilicet ipse christus. Ideo spiritus san-
ctus dicitur flumen quia concupiscentias et ar-
dores carnis extinguit. impetuolum autem quod
nemo ei resistit. Ecclesia uero dicitur ciuitas uel
propter concordiam habitantium: uel quia les-
gem habet et regem. hanc in tantū letificat spi-
ritus sanctus ut gloriatur etiam in tribulatio-
nibus. Dicitur et tabernaculum quia in ea do-
mino militatur. Et hoc tabernaculum signifi-
catur per spiritum sanctum sine quo nullus est
sanctus. Hec solum letificat et sanctificat deus
ecclesiam suam sed etiam

Deus in medio eius non commouebitur
adiuuabit eam deus mane diluculo.

Deus in medio eius) scilicet ciuitatis et ec-
clesie fidelium est et manet ad protegendum a
malo et roborandum in bono. In medio est id
est in communi quia omnibus equaliter propo-
situs est: equaliter omnibus consulit nec perso-
nas accipit. Uel ideo quia est columna que su-
stentat omnes partes domus ne corruat. et ideo
illa ciuitas (non commouebitur) a ueritate fidei
et operatione uirtutum seu de bono ad malum.
Et non solum sustentat ne corruat: sed etiam
adiuuabit eam deus in labore huius seculi ad be-
ne operandum et proficiendum. (mane) id est
in principio conuersionis uel boni operis. et H
(diluculo) id est illuminatione spiritus sancti:
quia sicut post mane sequitur diluculum: sic p
incipium conuersionis uenit ad lumen uirtu-
tis. Uel scdm aliam litteram (adiuuabit eam
deus uultu suo) id est presentia et demonstra-
tione auxilij sui scilicet cum eam adiuuando se
indicat. Et sic

Conturbate sunt gentes et inclinata sunt
regna: dedit uocē suā mota est terra.

Conturbate sunt gentes) salubriter et bona
conturbatione id est ammirate ac compuncte
et mote ad penitentiam uisus miraculis et mul-
tiplicatione fidelium (et inclinata sunt) etiam
(regna) id est principes uel regiones humiliati
per fidem predicationem humiliter suscipien-
do ut adorent qui per superbiam erant erecti ut
seruirent. quia (dedit uocem) id est predica-
tionem (suam) deus per ora predicatorum: et mota

est terra) id est terreni ad conuersionem scilicet
ab infidelitate ad fidem: a uicijs ad uirtutes: a
diabolo ad deum. Quis est qui dedit uocem
suam dicat ecclesia.

Dñs uirtutum nobiscum: susceptor nos-
ter deus iacob.

Dominus uirtutum) celestium scilicet ange-
lorum. Uel (Dominus uirtutum) a quo dona
uirtutum fluunt: ipse est nobiscum) emanuel in
carne assumpta: et per hoc est (susceptor noster)
Susceptor est a nobis et suscepit nos. Accē-
pit nostram humanitatem: suscepit nos in su-
am diuinitatē. factus est particeps nostre mor-
talitatis ut nos faceret participes sue immorta-
litate (deus iacob) id est significatorum per ia-
cob scilicet luctantium et supplantantium qui-
bus ipse dat uirtutes. Nulla ergo nos terreat
infirmetas nostra. Et quia admirabilis et salu-
bris est ista gratia ergo

Venite et uidete opera domini que po-
sunt prodigia super terrā: auferens bella
usque ad finem terre.

Venite) o gentes fide et credite (et uidete) id
est intelligite (opera domini) que tempore in-
carnationis fecit. (que posuit prodigia) id est in
signum. Prodigia enī dicuntur in quibus ali-
ud significatur quā uidetur. (super terram) id est
super terrenos: et subiungit que sunt illa scilicet
(auferens bella) scilicet spiritualia. Fecit enim
pacem inter deum et hominem et utraq; scilicet
iudeos et gentes fecit unum. et hoc (usque ad fi-
nem terre) nō tñ localiter in omni terra mundi:
sed etiam temporaliter usque ad finē seculi. Au-
fert etiam a nobis dominus bella quando ex-
tinguit repugnātia uicia et hoc significabat il-
la pax temporalis que per totum mundū tem-
pore natiuitatis Christi fuit. Et uere est aufe-
rens bella quia

Arcū conteret et confringet arma: et scu-
ta comburet igni.

Arcum conteret) id est occultas malorū con-
tra fideles insidias destruet (et confringet ar-
ma) id est publicas et apertas impugnationes
(et scuta) id est uanas errorum et uiciorum
protectiones et defensiones (comburet igni) id
est annihilabit spūs sancti igne et calore. Fer-
uente isto igne nulla in nobis arma remanent
impietatis ut armemur a mis euangelicis que
describit apostolus. Et quia prius inuitati su-
mus ad uidendū opera dñi: iam ipse dñs nos
inuitat ad uidendum se. d.

Vacate et uidete quoniam ego sum deus: ex-
altabor in gentibus et exaltabor in terra.

Vacate et uidete quoniam ego sum deus. q. d. uidete
ista opera mea iam preparate uos ad uidendū
artificem ipsum. Et ut ad hoc idonei sitis (vacate)
et cessate ab operibus malis et uicijs a tumultu-
ibus et terrenis. nullus tumultus in mente sit
et nulla macula: omnia sint pacata omnia mun-
data. (et uidete). i. intelligite deum auctore om-
niū et munerum suorum. (quoniam ego) solus (sum de-
us) qui feci et reficio uos: et nō est alius preter
me nō ergo de operibus uestris extollamini ego
quidem) exaltabor et magnificabor) in gen-
tibus) quia conuerse ad fidem me deprecabunt
(et) deinde) exaltabor in terra). i. in iudea seu in
iudeis ut cum plenitudo gentium intrauerit ois
israhel saluus fiat. Quia iudei in diuersis erro-
ribus sicut gentes non fluctuabāt. ideo isti per
terram que solida est ille per mare accipiuntur
Exaltabitur itaq; in gentibus et iudeis ut iam
omnes dicant quod sequitur.

Dominus uirtutum nobiscum: susceptor
noster deus iacob.

Dñs uirtutum) est (nobiscum) et susceptor nos-
ter) est (deus iacob) qui facit uincere populos
christianum per iacob figuratū licet posterio-
rem. Semp enī cum credentibus dignanter in-
habitat sicut ipse polliceri dignatus est: dicens
Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad
consummationē seculi. aliter autē nobiscum non
esset nisi uacaremus a uicijs et exaltaretur in
nobis.

Oratio.

Perspicuum in imminenti tribulatione res-
fugium misericors deus sanctifica impetu eter-
ni fluminis habitaculū nostri cordis ut te deo
uirtutum nobiscum coopante terrena prelia con-
fitemur. Per dñm.

Inuitatio ad Christi laudem propter
eius excellentiā et dignitatem ac benefi-
ciorum exhibitionē et suā gloriosam in-
celum ascensionē.

ps. xvi.

Alnes gētes plau-

dite manibus: iubilate deo in uoce
exultationis.

Auctor psalmi) propheta dauid. Titulus hic
est. In finem psalmus dauid pro filijs chore
Et est sensus: psalmus ille est dauid) prophete qui
hic loquitur. habitus pro filijs chore. i. passio-
nis scilicet pro cōuersis gentibus dirigendis in finem
id est ad christi laudem. Gentes enī quas in p-
cedenti psalmo uocauit ad fidem iam cōuer-
sas hic inuitat ad laudem. Materia: Christus
ascendens ad patrem et filij christi scilicet gentes cō-
uerse ad fidem. Intentio: deum laudare et ad

eius laudem inuitare. Sententia in generali:
Propheta in isto psalmo in persona apostolo-
rum seu ecclesie inuitat oēs fideles ad dei lau-
dem et hoc propter eius excellentiam et dignitatē
beneficiorum exhibitionē et suam glo-
riosam in celum ascensionem. Sententia in speciali:
In uoce ergo apostolorum seu ecclesie gentes
ad laudem monens ait. O uos (Omnes gen-
tes) que ad fidem uocate estis et iam conuerse
in christum creditis nō tñ iudei) plaudite ma-
nibus) id est gaudete bonis operibus: uel in-
cessanter bona opera coniungite operibus bo-
nis (iubilate deo) id est tantam dei laudem men-
te concipite que non posset exprimi uoce et ita
quod iubilatio illa sit (in uoce exultationis) id est
non solum deum laudate corde sed etiam exal-
tanti uoce alijs annunciate. quasi diceret. gau-
dete ad uos peruenisse gratiam dei: et si gaude-
tis concordent manus et lingua: ille operentur
hec cōfiteatur. et subiungit causas qualiter lau-
dandus sit.

Quoniam dñs excelsus terribilis: rex ma-
gnus super omnem terram.

Quoniam dominus) quia dominatur omni
creature scilicet ielus christus qui prius appa-
ruit humilis est (excelsus) in potentia quia po-
tens et efficacis sue uoluntatis: potest quod uult.
et qui prius apparuit irrisibilis: est (terribilis.)
quia iudicaturus in potestate punit malos (et
rex) quia suos spiritualiter regit. (magnus) quia
rex regum et dominus dominantium (super o-
mnem terram) non tñ iudeorum sed etiam gen-
tium: quod ostensum est in titulo cruci superpo-
sito tribus linguis inscripto: quia nulla pars
est terre ubi ipse non dominetur. Ideo etiam est
laudandus quia

Subiecit populos nobis: et gentes sub
pedibus nostris.

Subiecit populos) iudeorum (nobis) id est
uniuersali ecclesie (et gentes) id est gentiles cre-
dentes (sub pedibus nostris) id est sub predica-
tione nostra cui obediunt. Ideo autē dicit sub
pedibus ut ostendat modum humilitatem subdi-
torum intelligamus. Sic enim dominus or-
dinauit ecclesiam ut alios uellet esse prelatos:
alios subiectos. Prelatorum officium est pre-
dicare: monere: corrigere et in hoc christi uices
in ecclesijs tenere. Subiectorum officium est audi-
re: obedire: et oēm subiectōez prelati suis tanquā
ipi dño christo exhibere. Illa utiq; propter deū
fit subiectio nō tā hoib; exhibet quā deo. Et
Elegit nobis hereditatez suam: speciem
iacob quem dilexit.

Elegit) nō nris meritis s; sua grā: dare (nōb hereditatē suā) celestē: s; est vitā eternā sc; (speciem) .i. pulchritudinē (iacob) .i. significatoꝝ p iacob sc; posterioris ppli. Celestis enī hereditas pulchritudo est ppli christiani in qua speciosus erit fulgens sicut sol qui nūc est abiectus. (quē) iacob et filios iacob vel significatos a iacob sc; qui terrenā dant p celestib; vt iacob fecit. vel qui luctant cū carne et vicia supplantat: dñs (dilexit) et celestē hereditatē eis dare elegit. Deinde ostendit quo ordine gentes electe sunt cum subiungit

Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.

Ascendit deus sc; christus deus et hō (in iubilo) sc; angeloz iubilantiū de christi victoria et claritatis gloria de eius ascensione et sui ordinis repatoꝝ. et sicut in iubilo discipuloꝝ q; gaudium ammirantiū discipuloꝝ nō poterat exponi aut verbis explicari. Est enī iubilus ineffabile gaudium qd nec tacere potest nec exprimi valet. (et dñs in voce tube) .i. in manifesta voce angeloz clamantiū. viri galilei etc. Nō ideo factum est vt mundus firmius crederet qd tales p cones sc; angeli et apli confirmaret. Et sic post ascensionē missus est spūs sanctus in aplos et p̄dicatoꝝ est euangeliū gentib; et sic electe sunt. Et q; ecclesia militans p̄for: mari debet triumphanti. ideo sequitur.

Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.

Psallite bñ opando (deo nro) .i. christo fm diuinitatē. hoc est ad honorē dei nri. q. d. opib; laudate eū. (psallite) mente et voluntate id faciēdo. Et nō solū psallendū est ei in eo q; deus est: s; etiā in eo q; hō. nec qualiscūq; homo s; rex: et ideo subiungit (psallite regi nro) .i. christo fm hūanitatē et hoc ore. (psallite etiā corde. psallendū est deo: q; nos creauit. psallendū est regi: q; nos redemit. psallendū est assidue corde ore et opere. Ideo etiā ei psallendū est.

Quā rex oīs terre deus psallite sapiēter.

Quā ipse est (deus) qui creat. et (rex) qui creata gubernat. rex dico iam (oīs terre) nō tm vnus: q; iam ab oī terra agnoscit qui prius tm in iudea erat notus. ideo (psallite sapiēter) .i. bñ opamini nō p terrenis vel inani gloria sicut facte virgines s; vt soli dño placeatis sicut prudentes. Vel (psallite) et canite ad laudē eius sapienter vt qd dicatis intelligatis. nemo enī sapienter facit qd nō intelligit. Vel quāquies psallite: ad quinq; sensus corpis referre possumus vt videlicet cos in bonū vltim vertamus. Deū

ostendit quō sit rex oīs terre cum subditur. **Regnabit deus super gentes: deus sedet sup sedem sanctam suam.**

Regnabit deus sup gētes) sc; oēs qui olim sup vnā gentē iudeoz regnabat (deus sedet sup sedē scām suā) .i. sup celos ad dextrā p̄ris regnās in secula vel sup angelos et iustas aias q; aīa iusti sedes est sapiētie. i. ita regnat in gentibus vt m̄ maneat in solis sanctis. vbi ergo regnabat diabolus modo regnat christus. ille regnabat p vicia: iste regnat p virtutes. Si has agimus regnū et sedes dei erimus. Et exponit quō factū sit vt regnet sup gentes cū subiungit. **Principes p̄loꝝ cōgregati sunt cū teo abrahā: qm̄ dñi fortes terre vehementer eleuati sunt.**

Principes p̄loꝝ) oīm nō vnus ppli tm̄ .i. primitiui oīm gentiū vel reges et alie p̄tates q; prius deo aduersabant (cōgregati sunt) p fidē id est uenerūt credendo (cū deo abrahā) .i. in christo qui est deus abrahę vel cū deo cui credidit abrahā. Sicut et ppli cū eis. Ideo aut acceperunt ad fidē (qm̄ dñi fortes terre) .i. apli et p̄dicatoꝝ sancti dñi terre p grām qd p fides nō negat vitam necq; mors sepat a charitate christi (vehementer eleuati sunt) et clarificati in doctrina in virtutib; et signis seu miraculis et ita factū est vt multi generarent ad fidē.

Rex oīm seculoz deus cuius **Dño.** regnū sup oēs p̄los dilata: subijce qm̄s gentes vicioꝝ sub pedib; nris: vt dum tibi deo nostro psallimus sapienter tuo eas auxilio superemus. Per do.

Psalmus de ciuitatis Hierusalē cōmendatōe ac de ecclesie fundatōe et magna ac multimoda eius fundatoꝝ sui dignitate et laude. ps. lxxij.

Agnus dominus

et laudabil' nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Titulus talis est. Psalmus iste vel laus est cantici quia de re agit: vñ nobis exultandū est maxime sc; de ecclesie dignitate et est filioꝝ vel attribuitur filijs chore. i. filijs et imitatorib; christi sc; aplis et q; buseunq; p̄fectis. Psalmus inq; habuit scda sabbati qua factū est firmamentū .i. celuz. id est agens de ecclesia que post resurrectōz christi est firmata. Prima enī die discreta est lux a tenebris in qua significatur resurrectio christi vbi lux immortalitatis a tenebris mortalitatis discretata est. In scda die factū est firmamentū in

quo significatur t̄pus post resurrectōz quo sunt data est ecclesia et firmata supra firmā petram a qua neq; morte separari potest neq; vita. Quia ergo superius plura dixit de ecclesie dignitate: nūc agens de eius fundatōe cōmendat ipam et fundatoꝝ eius modum intendēs p hoc oēs ad eiusdē ecclesie virtutes et imitationē inuitare. Materia cōmendatio ciuitatis hierusalē seu ecclesie quā vocat ciuitatē: et christi huius ciuitatis dñi et fundatoꝝ. Intentio: monere et hortari vt oēs istam ciuitatē et christū magnificēt et cōmendent. Sicut in generali p̄pheta in isto psalmo in p̄sona aploꝝ seu p̄fectoꝝ loquitur de honore et magnificētia huius ciuitatis et christi fundatoꝝ eius et cōmendat ambos a multis. Sicut in speciali p̄pheta ergo primo cōmendans ciuitatē a dignitate conditoris ait (Magnus) .i. magni imperij et magne potentie est (dñs) sc; iesus christus qui est dñs oīm creaturarū (et) inde (laudabilis) .i. dignus laude: nimis sine termino et fine et superq; lingua possit explicare et vltraq; hūanus intellectus possit concipere vel attingere (in ciuitate dei nri) sc; hierusalē q; fuit electa ad cultū dei: sita (in monte sancto eius) sc; syon: hoc est in pede eius ad aquilonē. Vel (in ciuitate dei nri) .i. in ecclesia que est munita virtutib; ampla charitate: collecta p fidem ad iuste viuendū. ciuitate dico posita (in monte sancto eius) sc; ciuitatis .i. in christo sup quē est fundata: sive in monte virtutum vel constantie. Nec ergo ciuitas a tali dño est possessa. et subdit de quib; est cōstructa cōmendans eam ab amplitudine

Fundat' exultatōe vniuersę terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni

Fundat' exultatōe) hec ciuitas hierusalē in fide catholicā p christū et aplos ibidem p̄dicantes et miracula facientes. (exultatōne) .i. ad exultationem (vniuersę terre) (et oīm credentiū. q; fides est derivata de hierusalem ad alias p̄tes orbis quod est eis causa exultatōis (mons syon) qui est in parte australi ciuitatis. et (latera aquilonis) que sunt de cōtra ex alia p̄te ciuitatis: sunt (ciuitas regis magni) q; ex istis tanq; ex quibus daz et tremantib; cōstat ciuitas hierusalem. Vel (Fundatur) hec ciuitas .i. ecclesia (exultatione vniuersę terre) .i. firmiter edificata est de habitatorib; vniuersę terre exultantib; de peccatorum remissione: et hoc exequitur p partes dicens (mons syon) in quo caput regis iudeorum erat. i. iudei (latera aquilonis) .i. gentes q; torpentes frigore infidelitatis adberēbāt tanq; latera diabolo qui p aquilonē ventū frigidum significatur: sunt (ciuitas regis magni) .i. dei q;

fecit vtraq; vnū et hos populos in ecclesia sua p fidē collocauit. Sequit' alia cōmendatio.

Deus in domibus eius cognoscetur: cū suscipiet eam.

Deus in domib; eius) sc; ciuitatis hierusalē (cognoscetur) q; christus deus et homo in templo fuit cognitus a symeone et anna et alijs fidelib; (cum) per suam incarnationē et grām (suscipiet eam) iustandā sc; pmouendo ad talē gloriam. Vel (Deus in domib; eius) ciuitatis sc; ecclesie. i. in singulis fidelib; qui dicuntur domus q; in eis habitat dñs (cognoscetur) q; ipsi cognitionē habebūt de deo cum p gratia (suscipiet eam) tuendam et p̄tegendā ab inimicis. Vel in domib; dictum est pluraliter ppter duos parietes iudeoz et gentium. vel ppter diuersos ordines ecclesiarū vna tamen ecclesia. Et vere suscipiet

Quā ecce reges terre cōgregati sunt: conuenerunt in vnum.

Quā ecce reges) sc; tres magi. vel principes iudeoz cum herode (cōgregati sunt) simul. (cōuenerunt in vnum) sc; magi in vnitatē fidei ad adorandū christū natum et principes iudeoz cōcordantes in dñice natiuitatis locum. Vel. (Quoniam ecce reges et potestates seculi) (cōgregati sunt) de multis locis: de multis pplis cum ceteris fidelib; in vnitatē fidei et morum. et (cōuenerunt in vnum) sc; lapidem angularē qui de multis facit vnum. vnde nō est locus hereticis per partes concisus et dicentibus ecce hic est: ecce illic. Et sic

Ipsi vidētes sic admirati sunt: turbati sunt cōmoti sunt tremor apphēdit eos.

Ipsi sc; magi (vidētes sic) sc; stellā ductricem et puerum iesum et eius matrē (admirati sunt) de visis. vel (ipsi) principes iudeoz (vidētes sic) que in p̄phetia legerāt (admirati sunt) de adimpletōe (turbati sunt) p peccis. et (cōmoti sunt) ad fidē sc; magi s; p̄ncipes et herodes ad irā et vindictā (tremor apphēdit eos) sc; magos p tate rei reuerētia s; p̄ncipes iudeoz et herodē p timore amittendi ipalia. Vel (Ipsi) reges et p̄tates sc̄li (vidētes sic) .i. intelligētes ciuitatem dei sc; eccliam sic fundatā: sic p̄structā: sic decoratā: sic firmā (admirati sunt) gloriā et potentiā redemptoris ac virtutes eius et aploꝝ. et post admirationē glorie et miraculoꝝ ecclie christi (cōturbati sunt) de peccis suis (cōmoti sunt) ad penitētia et ad bona mutat' (tremor apphēdit eos) p conscientia delictoz et timore future ire.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementer conteres naues tharsis.

Ibi dolores vt pturientis) scz matru quaz
filios herodes fecit occidi ppter christu (in spu
vehementi). i. in ira magna scz berodis (conter
res naues tharsis) quia naues in tharso cilicie
que magos p aliam viam reuertentes transpo
suille in patriam suam credebantur pfracte sunt
ab herode. Vel (Ibi). i. in illa conuulsione et
tremore fuerunt dolores) pnie (vt pturientis) id
est graues sed fructuosi et viles. Vetus eni ho
mo peperit nouu. et hoc no ex suis fuit meritis
sz ex tua gra de. et ideo subdit (in spu rebeme
ti) id est in virtute spūs sancti vel in forti timo
re iudicii) conteres naues tharsis). i. ciertes et
humiliabis supbiam gentiu. Per tharsis eni
gentes accipiunt a parte totu. Per naues vero
supbia signatur que in incertis diuiniat. velut
in flantibus ventoz confidit et presumit. Et quia
ita est ergo.

Sicut audiuius sic vidimus in ciui
tate dñi virtutu in ciuitate dei nostri: de
us fundauit eam in eternum.

Sicut audiuius in pmissione et in ppheta
tia (sic vidimus) in exhibitioe et in euangelio.
oia eni que modo plentur ante pphetata sunt.
(in ciuitate) hierusalem (dñi virtutu). i. angeloz
ppter reuerentia diuini cultus in ea frequenter
habitant. Vel (in ciuitate). i. in ecclesia (dñi
virtutu) qz ibi custodes angelos deputat et ipe
cunctis celoz agminibus dñatur. Et tantus do
minus qui regnat in angelis no dedignatur re
gnare in nobis ideo additur (in ciuitate dei no
stri) Ipse qui dñs est virtutu ipse est deus no
ster: idem dñs et deus angeloz et hoim. omnes
vna ciuitas: oim vnus dñs et deus. (deus fun
dauit in fide catholica (eam) scz ecclesia p hier
usalem intellecta. i. incommutabiliter stabiliuic
(in eternu) mansura no ad tpus sicut synago
gam. Fundauit aut mittendo filiu suu vt cre
dentes in ipso habeant vitam eterna. De quo
ecclesia granulando et laudando dicit

Suscipimus teus misericordiam tua:
in medio templi tui.

Suscipimus te deus pater actualiter (mi
sericordia tua). i. filiu tuu misericordie (in me
dio templi tui) vbi fuit cum nre carnis suba p
sentatus. Vel (Suscipimus) fide (misericordiam
tua). i. filiu tuu (in medio templi). i. in comuni
tati ppli. Bene misericordia dei dicitur filius qz per
eum miseris est nobis deus. Si tñ peccata
dimitteret misericors christus dici potuisset sz
qz et culpas dimisit et insup eterna vitam im
meritis dedit no solum misericordie sed ipsam
misericordiam digne appellat. Qui recte in medio

dicitur positus qz equaliter se habet ad omes
tam ad nobiles qz ad ignobiles. tam ad ideo
tas qz ad sapientes. Bñ ergo subiunctu est
Secm nome tuu deus sic et laus tua in
fines terre: iusticia plena est dextera tua.

Secm nome tuu (deus sic) est et laus tua
in fines terre) dilatata. i. sicut nomen tuu vbiqz
terraz diffusuz est sic et laus tua dilatata est vbi
qz in fines terre vniuersa. i. in ecclesia que toto
orbe terraz est diffusa. Nulla est enim terra in
qua christi nome no sit auditu nec defunt qui
eum laudent p oes terras. Et vtre multi erunt
qui te laudabunt qz (dextera tua). i. tua ppitatio
seu potentia (plena est iusticia). i. iustis. qz p tua
oipotentia et gram multos iam pueristi et iu
stificasti seu iustos fecisti qui oes te laudant et
multi sunt iusti qui stabunt ad dextera tua et te
laudabunt. Et ideo

Letetur mons syon et exultet filie iude:
ppter iudicia tua dñe.

Letetur mons syon). i. iudea que primo ras
dios fidei suscepit et in speculatione ppli constitu
ta fuit. (et exultent filie iude). i. pfectionis scz ge
tes ab aplis p fidei pfectione genite. iudas eni
cofessio est: et hoc (ppter iudicia tua dñe) quibz
no falleris in diuidendo grana a palcis nunc
vita post loco. Et si modo electi tui patiuntur
multas molestias adhuc inter malos positi tuc
pfecto erit plenu gaudiu et pfecta exultatio et
nihilominus iam exultent pro futuro. Et vos
vtrqz pplis scz iudea et gentilitas

Circundate syon et coplectimini eam:
narrate in turribus eius.

Circundate syon). i. defendite et munite p fi
dem: p opationez: p bonos mores ecclesia que
est in speculatione (et coplectimini eam) brachijs
et aplexibz charitatis (narrate). i. pdicate alijs
laude et gloria christi et ecclesie (in turribus eius)
id est in altitudine munitionu et virtutu ecclesie
sic constituti. No eni verbu dei pdicare debet q
adhuc praua viuendo in imis iacet. Iustus est
vt alte viuat qui alta pdicat vt cu doctrina co
cordet vita. Apte itaqz subiunctu est

Ponite corda vestra i virtute eius: et distribu
te domos eius vt enarretis i pgenie altera
Ponite corda vestra) id est intentione et affe
ctum vrm no tñ ora (in virtute eius) ciuitatis:
scz in charitate q est ptus ecclie p qua sustinet.
Nihil est fortius hac virtute qz nihil cam viu
at. vbi regnat charitas non regnat cupiditas:
non superbia: non ira: non inuidia: non luxu
ria: non cetera vicia. Charitas vicia extinguit:
virtutes nutrit et est virtus virtutu. relique vr

tutes sine charitate figuram habere possunt ve
ritate habere no pnt. Et sic habita charitate (di
stribuite) id est distinguite et diuidite inter vos
(domos eius) et loca vt singuli eant in loca si
bi destinata vt sic (enarretis) predicando ma
gnalia dei (in progenie altera) id est in omni ge
neratione et generationem vsqz ad postremos.
Enarretis inqz hoc scz

Qui hic est deus deus noster in eternum
et in seculu seculi: ipse reget nos in secula.

Quoniam hic) scilicet christus in terris vi
sus qui tam magnus est et tam laudabilis (est
deus) omnium potestate (deus noster) volunta
te non ad tempus vt falsi dii: sed (in eternu. et)
pro id est (in seculum seculi) regnaturus et in h
seculo et in futuro. vel (in eternu) in presentem tem
pore et in seculum seculi (in futuro) ipse et non
alii (reget nos) quia rex est et hoc (in secula)
et sine fine. Est enim deus et rex noster: deus
quia per ipsum facti sumus. Rex quia ab ipso
regimur. Quia deus est proteget nos ne moria
mur et pereamus. quia rex est reget nos ne ab
erremus et cadamus. Ab illo ergo optemus re
gi et liberari hic et in eternu in secula seculoz.

Laudabilis atqz terribilis Oratio.
deus qui in celesti hierusalem princeps magni
ficus es: dilata mentem nostram spiritali in
telligentia: vt misericordia tua in nostri pecto
ris templo suscepta: digni narratione tui nois
habeamur. Per dñm:

Psalmus de amatoribus mundi et de
vanitatibus quibus sunt intenti: q cum
omnibus vanis in quibus confidunt sunt
eternaliter perituri. ps. xlviij.

Edite hec omnes

gentes: auribus percipite omnes qui
habitatis orbem.

Auctor psalmi propheta Dauid. Titulus
hic est. In finem filijs Chore psalmus dauid
Hoc est psalmus ille est dauid prophete: ten
dens in finem scilicet Christum: propositus et
ascribendus filijs Chore id est predicatoribus
et christi imitatoribus qui nos admonent vt p
sentia contemnamus. et in finem id est ad eter
nitatem nostram intentione dirigamus. Quia
enim supra inuitauit ad ecclesie virtutes et imi
tationem ideo ad hoc perficiendum admonet
nunc vt caduca et tpalia spernamus ac semp
mansura et eterna appetamus. quia non ama
torum sed contemptoz mundi redemptor est
christus. Materia: contemptus mundi: cum sua
gloria et amatoribus perituri. Intentio: omnes

fideles cuiuscunqz conditionis sint dehortari
ab appetitu terrenozum ad amorem celestium:
et sic non eis erit in die iudicii timendu. Sen
tentia in generali: propheta in isto psalmo in p
sona filiozum Chore: loquitur contra eos qui
deum colunt vt hic illis bene sit et dum no co
lentes vident florere se autem laborare contra
deu murmurant. narratqz de iudicio ac de mi
seria impiozum et felicitate iustozum vt terreat
malos per penam et alliciat bonos per gloria.
Sententia in speciali: primo ergo reddens at
tentos ait. (Audite hec) que sequuntur omnes
gentes) indifferenter no vna gens tñ quia vti
lia sunt pro comuni bono omnium (auribus)
scilicet mentis et corporis (percipite) hoc est no
lite transeunter audire sed intelligite et memo
rie comendate (omnes qui habitatis orbem.)
scilicet terram vniuersam que orbicularis est.
Nullum excipio nulli sermonem subtrabo qz
non accipit deus personas omnibus prelo est
permixte: modo audiunt omnes sed cum ven
tum fuerit ad reddendam rationem sepabun
tur qui sine causa audierunt ab illis qui auri
bus perceperunt. Deinde quod dixerat expo
nit per partes. d.

Quibus terrigene et filij hoim: simul in
vnum diues et pauper.

Quibus terrigene) id est quicunqz iniqui ter
re dedit et vicia terre sequentes quasi geniti a
terra (et filij hoim) id est iusti ratione tanqz ho
mines viuentes et eam sequetes. (simul in vnu)
et pariter (diues) id est superbus (et pauper) id
est humilis: vel amator mundi et contemptoz.
Habeat multas facultates pecuniari si in eis
non extollitur pauper est. No habeat aliquid
et cupiat et inscatur: inter diuites reprobos de
putat eum deus. q. d. quarumcunqz nationuz
et statuum seu conditionum homines: no pars
ua se diciturum insinuat cum tantam omnium
aduocationem faciat. Et ponit causam quare
debeat audiri cum subdit. quia

Os meum loquetur sapientiam: et me
ditatio cordis mei prudentiam.

Os meum loquetur sapientiam) que est no
ticia de diuinis seu cognitio diuinorum. et ne
pites cum solo ore et non corde loqui addit (et
meditatio cordis mei) id est ex pmeditatio cor
de loquetur os meum (prudentiam) que est de
institutione seu instructione mozum. Sapientiam
loquitur vbi christum filium dei omnia
redemptorem iustozum et cetera ad fidem et di
uinas res pertinentia annunciat. Hores in
format cum hec terrena non appetenda ac dia

uicias: delicias et mundi vanitates negligens
das esse docet. In his duobus omnis sermo
diuinus indicatur. Nec hec a me loquar s; **Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam
in psalterio propositionem meam.**

Inclinabo in parabolam aurem meam scilicet
cordis id est audiam humiliter spiritum in me
loquentem et in parabolis seu proverbis do-
centem vnde cum intelligam: nam parabola no-
bis est quicquid audimus dum in enigmate vi-
demus. et cum intellexero (aperiam) id est aper-
tis verbis edisseram (in psalterio) id est in hu-
ius psalterij psalmo (propositiones meas) id est
locutionem obscuram mihi propositam et a spi-
ritu sancto reuelatam. Vel (aperiam in psalte-
rio propositiones meas) id est opere ostendam
quod verbis proponam. Psalterium enim quod
manibus tangitur bonam operationem signi-
ficat. Quod ergo audiuit in hoc psalterio psal-
mus manifestat. d.

**Cur timebo in die mala: iniquitas calca-
nei mei circumdabit me.**

Cur timebo in die mala id est in die iudicij
que dicitur mala quantum ad iniustos qui tunc
damnabuntur. et respondet quod (iniquitas cal-
cani mei) id est finalis iniquitas que mihi erit
in fine vite (circundabit me). i. et omni parte op-
rimet me et faciet me timere ostendens me da-
mnabilem. non ergo tam iniquitas quam finis ini-
quitas timenda est. Non enim qui male vite-
rit sed qui mala vita finierit periturus est. Si
ergo vult iniquitatem calcanei sui et ambulet
in vijs dei non timebit in die nouissima s; gau-
debit. Deinde ostendit quibus timendum sit. d.

**Qui confidunt in virtute sua: et in multi-
tudine diuitiarum suarum gloriuntur.**

Qui confidunt in virtute sua id est in sua ius-
ticia non in christo. Vel (Qui confidunt in vir-
tute sua) id est fiduciam et finem ponunt in qua-
cunque corporis vel animi seu ingenij dote. aut
dignitatis seu excellentie potestate et alijs hu-
iulimodi (et in multitudine diuitiarum suarum
gloriantur) et superbiunt felicitatem in eis tan-
quam in summo bono querentes: tales inquam ha-
bent timere in iudicio futuro. Sed quia sunt
qui confidunt et presumunt in amicis subiungit
et de ipsis.

**Frater non redimet redimet homo: non da-
bit deo placationem suam.**

Frater (scilicet christus qui est primogenitus in
multis fratribus et tantus frater (non redimit)
tales ab ira ventura (redimet) aliquis (homo)
purus in quo confidunt. quasi diceret. non. quod

nullus ibi poterit redimi prece vel precio ami-
corum vel aliorum. Frater noster voluit esse do-
minus noster assumendo nostram naturam. Er-
go si christus non redimit qui deus est et homo:
redimet alius qui purus sit homo: nec ipse pec-
cator: nec poterit se redimere ideo sequitur (non
dabit deo placationem suam) id est penitentiam
non agere: nec sacrificium offeret vnde placatur
sibi deus.

**Et precium redemptionis anime sue: et labora-
bit in eternum et viuet adhuc in finem.**

Et precium redemptionis anime sue: id est
elemosinas per quas peccata redimuntur et des-
cendunt similiter dare non poterit ut eis animam
suam redimat: et ideo hic talis (laborabit in et-
ernum) id est affligetur in perpetuis tormentis
qui ad tempus delectatus est in diuitijs et deli-
tjs (et viuet adhuc in finem) et semper repara-
bitur ut semper sentiat penam. desiderabit mo-
ri sed non potest ad hoc tamen viuet ut semper la-
boret. Ecce vita laboriosa sine terminatione ve-
niti mala cupiditas quam male nos decipis ama-
tores. Ideo autem laborabit quia

**Non videbit interitum cum viderit sapientes
morientes: sicut insipiens et stultus peribit.**

Non videbit oculo mentis et meditatiōnis
nec intelliget (interitum) verum et eternum (cum
viderit sapientes morientes) temporaliter sicut
et stultus id est quia videt eque mori bonos et
malos attendit temporalem mortem quam com-
munem videt sed quid intersit non attendit et
futurum damnationis interitum qui peccato-
ri imminet non prouidet. quia cum sapiens qui
pie deum colit transiit a morte ad vitam (simul)
cum morte temporalis (insipiens) qui penam etiam
non credit vel attendit (et stultus) qui licet crea-
dat vel attendat non tamen cauet (peribit) iu-
teritum mortis eterne vel simul in corpore et anima.

**Et relinquēt alienis diuitias suas: et se-
pulchra eorum domus illorum in eternum.**

Et relinquent tales iniqui (alienis diuitias
suas) propter quas acquirendas multipliciter
peccauerunt. et bene dicit alienis quod et si filij vel
parentes aut cognati sint quibus relinquunt
tamen in hoc alieni sunt quia nihil eis profunt
et illis de diuitijs suis subuenire non possunt:
(et sepulchra eorum) sunt (domus illorum) qui
pallacia edificauerunt (in eternum) huius seculi
li. q. d. in sepulchris vsque ad finem mundi ma-
nebunt non in pallatijs que extruxerunt. vnde
ergo vobis diuites qui tanto tempore terrenas
domos extruistis et perpetuo in sepulchris ha-
bitare debetis. Et

**Tabernacula eorum in progenie et progenie:
vocaerunt nomina sua in terris suis.**

Tabernacula eorum id est alta pallacia et do-
mus lapidee quas de diuitijs construxerunt in
quibus ad horam habitauerunt manentia (in pro-
genie filiorum et progenie) nepotum (vocaerunt
nomina sua) id est fuerunt causa quare nomina eorum ha-
berentur in memoria (in terris suis) id est in vici-
nio non vbiq;. Faciunt enim aliquam magna et for-
tia edificia per plures generationes duratura ut
in illis remaneat eorum memoria et fama. Con-
tra hos est quod dicit Crisostomus. O insipiens
homo quid potest tibi post mortem ista memoria
si vbi es torqueris: et vbi non es lauderis. Hoc
autem ideo faciunt quia

**Et homo cum in honore esset non intellexit
compatus est iumentis insipientibus: et si-
milis factus est illis.**

Et tam hic in hoc quam in ceteris (homo cum
in honore esset constitutus habens rationem et in-
tellectum dei similitudinem (non intellexit) illi
honore et suam dignitate: et non intellexerit s;
insipienter egit extruendo magna edificia et quod
rendo memorias per talia cum potius deberet quod
rere eterna. vnde amissa ratione (compatus est iu-
mentis insipientibus) non secundum aliud nisi secundum in-
sipientiam (et) in actu (sicut factus est illis) iuxta
totam felicitate querit in presentia vita et more iu-
mentorum sequitur sensum et sensibilia: quod sicut
iumenta terre et ventri tantum intendunt: ita amato-
res mundi terrenis rebus tantum dedit sunt.

**Hec via illoz scandalum ipsis: et postea
in ore suo complacuit.**

Hec via illoz non dei. id est talis vita secundum quod ipsi
terrena tantum appetunt: que dicitur via quod ducit ad
mortem est (scandalum) id est offensio (ipsis) malis quod
facit eos ruere de peccato in peccatum donec ve-
niant ad interitum (et postea) iuxta facti fuerint ta-
les ut non querant nisi temporalia et ditati fuerint (in
ore suo complacuit) sibi: laudantes se inuicem
et iactantes de tali vita quod sibi congregent: quod sibi
edificent: quod se splendide peurent: tanquam felicitate
tem homini possibilem assecuti essent. Sed quod non
vident penam sibi paratam post mortem id subdit

**Sicut oues in inferno positi sunt: mors
depascet eos.**

Sicut oues (scilicet) ducte ad occisionem hinc igno-
rantes sic isti (in inferno positi sunt) id est ponent
post mortem. Vel sicut in ouibus tonsa lana alia
iucrescit ut iterum tondeatur sed ipse manens sic
in istis sine assumptione substantie semper pena
inuenit quod cruciet. vnde sequitur. (mors) guberna-
ne et diabolus (depascet eos) deuorando ut se

retascantur ad penam a similitudine iumentorum
que non radicitus herbas vellunt s; sum-
mitates carpunt vnde iterum herbe renascuntur
ad pastum sic illi morte depasti reuiuiscunt:
quia non deficient.

**Et dormabuntur eorum iusti in matutino: et
auxilium eorum veterascet in inferno a glo-
ria eorum.**

Et dormabuntur eorum iusti id est perinebunt
eis et iudicabunt eos quia iudicabunt sancti na-
tiones et dormabuntur populis (in matutino) id
est in resurrectione et iudicio quoniam post noctem que
nunc est omnia apta erunt quod corda et merita sin-
gulorum patebunt. (et auxilium eorum) quod habe-
bant in hoc mundo de potentia: de diuitijs: de
amicis et hominibus (veterascet in inferno) a simili
veteris panni id est deficiet et peribit (a gloria eorum)
id est propter hoc quod gloriam sunt in eis. Vel
(a gloria eorum) id est ad compensationem et quantitates
prioris glorie eorum. Quanta enim hic videbatur
eorum gloria tanta erit ibi corruptio et pena. Des-
inde loquens in persona iusti subiungit.

**Veritamen deus redimet animam meam
de manu inferi: cum acceperit me.**

Veritamen licet non redimat animam talium:
(deus redimet animam meam) sed vere penitentis et
iusti (de manu inferi) id est de parte diaboli (cum ac-
ceperit me) de vita presentis. Vnde cum iustus est la-
bor tribulatio et pressura: in futuro erit verum
gaudium et felicitas eterna. Non est ergo ut ini-
qui et stulti putant quod sancti videlicet et sapien-
tes ad eorum similitudinem omnino pereant. Et quia
sic peribunt mali: et deus redimet suos ergo quod
cumque fidelis

**Ne timueris cum diues factus fuerit homo: et
cum multiplicata fuerit gloria domus eius.**

Ne timueris esse bonus et ne turbes (cum
diues factus fuerit homo) iniquus et tu iustus
es pauper. id est cum videris malos in presentia prospera-
ri et florere teque pauperem miserum et abiectum: quod
in futuro totum erit oppositum. (et cum multiplica-
ta fuerit in honoribus seculi (gloria) non timeas eius
sed et domus eius) quod non solum ipse sed et omnes
qui ad eum pertinent honorant. Non desperes
nec putes eum a deo diligi quod abundat diuitijs:
et te quod pauper es a deo derelictum

**Quia cum interierit non sumet omnia: neque de-
scendet cum eo gloria eius.**

Quia cum interierit per mortem cito et repente
(non sumet) et auferet seculum (omnia) hinc possessa immo
nihil nisi peccata: quod nihil eorum quod possidebat suum
erit s; hinc tantum suum est quod apud inferos sentit (neque
descendet cum eo) ad abyssum et inferos (gloria

eius scilicet felicitas vite p[er]petua. Ideo aut[em] ipse illuc
descendet et non descendet cum eo gloria eius
qu[ia] in vita sua quiescit ip[s]am gloriam mundi
huius et hoc est quod subiungit
Quia aia eius in vita ipsius b[en]dicetur
c[on]fitebitur tibi cu[m] b[en]feceris ei.

Quia aia eius sensualis non r[ati]o[n]is (in vita
ipsius) p[er]petua t[em]p[or]e (b[en]dicetur). i. laudabit ab adu-
latoribus secu[m] epulans no[n] de bono actu sed
de delictis qui cum bene facere dicunt et bene ei
optant qu[ia] beatus dixerunt p[ro]p[ter]m cui hec sunt sed
in morte torquetur et sentit pena[m] qui hic tran-
sitoriam secutus est gloria[m] (c[on]fitebitur tibi) id e[st]
laudabit te et g[r]as tibi agit t[em]p[or]e o[mn]i deus (cum
b[en]feceris ei) dando p[ro]sp[er]a. Perfector[um] est deum
laudare in aduersis. reprob[us] aut[em] t[em]p[or]e laudant in
p[ro]sp[er]is s[ed] blasphemant in aduersis. Et ideo
Introibit in p[ro]genies p[ro]p[ter]m suo[rum] et vsq[ue]
in eternu[m] no[n] videbit lumen.

Introibit vsq[ue] in p[ro]genies patru[m] suo[rum] de-
scendens in infernu[m] vsq[ue] ad reprobos sicut in
sceleribus eos sicut imitatus. Qui eni[m] p[ro]p[ter]m p[ro]p[ter]m
mos imitantur eor[um] societate damnabunt. Pa-
tres eius sunt diabolus et angeli eius; p[ro]genies
vero diaboli sunt omnes reprobi. Ergo in p[ro]ge-
nibus patru[m] introibit qu[ia] sicut cum reprobis eterno
igne peribit et vsq[ue] in eternu[m] no[n] videbit lumen
glorie. Dimittat eni[m] in tenebras exteriores. na[m]
qui hic in tenebris interioribus est postea exterio-
res patietur. Et merito quia

Homo cu[m] in honore esset non intellexit
compatus est iumentis insipientibus et si-
milis factus est illis.

Homo cu[m] in honore diuine imaginis et si-
militudinis (esset) constitutus (no[n] intellexit) ho-
nozem suu[m] et quod facere debuit scilicet ut p[ro]p[ter]m r[ati]o[n]em
et intellectu[m] uiueret. et ideo (compatus est ium[en]-
tis insipientibus et similis factus est illis) sequedo
sensu[m] delectationes et solius corp[or]is voluptates
Magna uerecundia est a similitudine dei et an-
gelorum transire ad similitudine[m] iumentor[um]. Et
ideo deformitate[m] ho[m]inis reperit et iterat ut malus
a malo quiescat et ut intelligatur quod est uerbum
memorie dignu[m] et uideatur tantu[m] obprobriu[m]. de-
fende ergo o homo honore[m] tuu[m]: uere r[ati]o[n]e: ue-
re intellectu que tibi deus dedit ad hoc ut con-
temnas et despicias terrena et ip[s]alia diligas et
et p[ro]cipias celestia et eterna. **Oratio.**

Reple d[omi]ne os n[ost]r[u]m sapientia tua: ut memo-
res te ho[m]inem factum nosq[ue] redemisse de tataro:
mereamur uultus tui lumine decorari. Per do-
minu[m].

Psalmus de duplici aduentu Chri-

sti: de sacrificijs ueteris ac noui testamen-
ti: et redargutione ac repulsione indebiti
ministri. **ps. lxi.**

Deus deorum domi-

nus locutus est: et uocauit terram.

Auctor psalmi p[ro]pheta dauid. Titulus talis
est. Psalmus Asaph. Hoc est p[ro]p[ter] ista attribuit
asaph. i. synagoge et c[on]gregato[i] fidelis p[ro] quam
magis p[ro]fuitantur increduli iudei in cuius p[ro]-
na loquitur hic p[ro]pheta dauid. Materia: duplex
christi aduentus et mutatio sacrificij ueteris
in sacrificiu[m] laudis recitatioq[ue] malor[um] que sunt
in multis ecclesie ministris. Intentio: suadere
auditoribus ut a carnalibus obseruantijs desistat
et ab umbra et signis ad ueritate[m] et significata
se transferant: nec ita uoce p[ro]dicent et b[en]dicant
ut ope no[n] impleant et moribus p[ro]tradant. Ob-
temperandu[m] est eni[m] p[ro]ceptis christi: talia in hoc
psalmo suadentur si ecclesie sue de qua supra di-
ctum est membris uere sociari uolunt et mini-
stris. S[er]mo in generali: p[ro]pheta in isto psalmo lo-
quitur de duplici aduentu christi: p[ri]mo in mu-
dum quo ad euangelij p[ro]dicatione[m]. sc[ilicet] ad ge-
nerale iudiciu[m] quo ad districta[m] examinatione[m].
ut inuiter p[ro] p[ri]mu[m] et terreat p[ro] secundu[m]. Tangit
insup[er] christi auctoris euangelij magnificenti-
a[m] et sublimato[rum] sacrificio[rum] ueteris legis euacua-
tione[m] et sacrificio[rum] noue legis institutione[m]: ac
ministri indebiti redargutione[m] et repulsione[m].
S[er]mo in speciali: Ne quis aut[em] mediocriter de
incarnatione estimet pot[en]tia incarnationis p[ro]dicatur
ut incredulitas ois tollat cu[m] ait. (Deus deor[um])
scilicet ho[m]in[um] deificato[rum] operator et factor qu[ia] ho[m]ines
deificat qui dicuntur dii qu[ia] p[ro]p[ter] alios sunt p[ri]nci-
pes ueritatis scilicet (d[omi]n]us) noster iesus christus qui
est d[omi]n]us dominans: iste tantus et talis (locu-
tus est) p[ri]mo aduentu p[ro]p[ter] semetip[s]um p[ro]p[ter] ap[osto]los et fi-
deles suos qui olim multipharie locutus est in
p[ro]phetis. (et loquendo uocauit terra[m]). i. ho[m]ines ha-
bitantes in terra ad fide[m] et lege[m] euangelicam. Tri-
bus q[ui]de[m] modis deus d[omi]n]us scilicet subalter vel natu-
raliter scilicet p[ro]p[ter] et filius et sp[irit]us sanctus. adoptiue ut scilicet
p[ro]p[ter] g[r]as adoptio[n]is dii sunt. n[on] cupatiue ut idola
et demones. Uocauit aut[em] no[n] in una terra An-
de sed in omni scilicet

A solis ortu vsq[ue] ad occasu[m]: ex syon spec-
ties decoris eius.

A solis ortu vsq[ue] ad occasu[m] missis testib[us]
vsq[ue] ad vltimu[m] terre. Nihil reliquit quod non
sua uocatione dignum faceret. Et quia p[ro]dica-
tio cepit ab hierusalem recte subiungitur (ex
syon) id est a hierusalem cepit annu[n]ciari (species

decoris eius) id est pulchritudo diuinitatis et
virtutum christi. Hic eni[m] ibi ab ho[m]inib[us] p[ro]p[ter]
eius p[ro]dicatione[m] et miraculo[rum] opatione[m] p[ri]mo
agnosci cepit et inde ad alias mundi p[ar]tes noti-
cia eius p[ro]p[ter] ap[osto]los et alios p[ro]dicatores puenit.
An alius p[ro]pheta dicit de syon erit lex et uer-
bum d[omi]ni de hierusalem. Qui et si p[ri]us occul-
tus fuit et est adhuc tamen

**Deus manifeste ueniet: deus noster et
non silebit.**

Deus manifeste ueniet ad generale iudiciu[m]
ut iudicet qui p[ri]us occulte uenit ut iudicaret.
Occulte uenit qu[ia] infirm[us] in carne appuit: erat
glorie sp[irit]us in diuinitate s[ed] hec latebat in h[um]a-
nitate deus inq[ui]s (n[on] fuit) scilicet christianor[um] qui uer[us]
deus est ip[s]e ueniet. no[n] eni[m] est deus q[ui] non est n[on]
deus (et no[n] silebit) in iudicio a uindicta. Silu-
it in p[ri]mo aduentu qu[ia] os suu[m] non apuit nec se
uindicauit. Silet mo[d]o a iudicio occultus in ce-
lo no[n] exercens iram s[ed] expectans p[en]as. t[em]p[or]e no[n] ta-
cet m[an]dato nec cessat monere flagello: in sc[ilicet]
p[ro]fert uerba alijs blanda alijs aspera.

**Ignis in c[on]spectu eius exardescet: et in
circu[m]itu eius tempestas ualida.**

Ignis malis replens spaci[u]m hui[us] aeris (in
p[ro]sp[er]u eius exardescet) qu[ia] seculu[m] p[ro] igne iudica-
bit q[ui] facie iudicaturu[m] p[re]cedet. hic ignis illu[m]inat
et exurit. Gaudeat iusti qu[ia] illuminant ex eo: n[on]
meant peccatores qu[ia] exurendi sunt ab eo. Bonos
no[n] ledet imp[er]fectis si quid erit cremabile cre-
mabit: malos uero incinerabit et statim ad da-
mnatione[m] referunt (et in circu[m]itu eius) circu[m]qua-
q[ue] se extendens (et tempestas ualida) non uentis
s[ed] pot[en]tia dei q[ui] subito et improuise ueniet: ac bo-
nos et malos sepabit. Uenies aut[em] ad iudiciu[m].
Aduocauit celum desursu[m]: et terram di-
scernere populum suum.

Aduocauit. i. aduocabit (celum). i. o[mn]es p[ro]fe-
tos q[ui] p[ro]p[ter] uersatio est in celis et q[ui] despectis ter-
renis q[ui] sursum sunt sapiunt desursu[m] scilicet super
duodecim sedes sessuros et secu[m] iudicatos (et
terra[m]). i. alios inferiores scilicet iudicandos ta[m] bo-
nos q[ui] malos sicut aduocabit (discernere). i. ad
discernendu[m] et diuidentu[m] (p[ro]p[ter]m suu[m]) a no[n] suo.
id e[st] saluandos a danandis qu[ia] bonos ad se reci-
piet malos in tenebras p[ro]cipitabit. Uides aut[em]
p[ro]pheta futura q[ui] p[ro]p[ter] p[ri]ma hortat angelos. d. et q[ui]
ita erit ergo o uos angeli messores

**Congregate illi sc[ilicet] eos eius: qui ordinat te-
stamentu[m] eius sup[er] sacrificia.**

Congregate illi scilicet christo de diuersis p[ar]tib[us]
orbis (scilicet) eius. i. electos sicut capiti[m] m[em]bra
ut co[m]p[ar]at[ur] aiab[us] p[ro]p[ter] uictis d[omi]no occurrat (qui) scilicet

sancit[us] (ordinat) et p[ro]ponunt p[ro]dicant et implent
(testamentu[m] eius) nouis scilicet euangelica p[re]cepta
et charitatis opa (sup[er] sacrificia) testam[en]ti uete-
ris et sup[er] obseruantias legales s[ed] est q[ui] pluri-
p[ar]t[em] habent hec q[ui] illa: et hec illis p[ro]ferunt. Illa
enim sacrificia testam[en]ti ueteris umbra fuerunt
et p[ro]pheta ueritatis. Transferunt uetera: et ecce
noua facta sunt o[mn]ia. Ad cuius nouitatis ordi-
nem p[ro]p[ter] quod subditur

**Et annu[n]ciabunt celi iusticiam eius: quoniam
deus iudex est.**

Et annu[n]ciabunt. i. p[ro]dicabunt (celi). i. ap[osto]li ac
p[ro]dicatores sci et sp[irit]uales uiri toti m[un]do (iusti-
ciam eius). i. fide[m] et mandata d[omi]ni n[ost]ri iesu chris-
ti et bona opa. Que p[ro]fecto iusticia ideo nobis
p[ro]dicatur quatenus illa exequentes iram iudicis est
tate mereamur (quoniam deus) trinitas (iudex est) q[ui]
iudicabit uiuos et mortuos et s[ecundu]m opa uicior[um]
q[ui] retribuet merita. Hoc incessanter attenden-
tes sci uiri quoniam deus iudex est uita[m] suam inquirere
peccata sua desere et semp[er] p[ro]ficere non cessant ut
ante tam districtu[m] iudice[m] iniudicabiles appare-
ant. Deinde est uox christi monentis ut relictis
peccatu[m] sacrificijs fiat sacrificiu[m] laudis: ubi di-
citur quid deus deor[um] sit locutus. q. d. hec do-
minus locutus est.

**Audi p[ro]p[ter]s meus et loq[ui]t[ur] israel et testifica-
tor tibi: deus deus tuus ego sum.**

Audi aure cordis (p[ro]p[ter]s meus) electus et pe-
culiaris. q. d. si meus es debes audire (et loq[ui]t[ur])
tibi. Christus eni[m] in p[ro]p[ri]a p[er]sona p[ro]dicauit p[ro]p[ter]s
israel. et repetit h[oc] id e[st] sub alio uerbo. d. (israel)
id est uir uidentis deum iam fide audi (et testifica-
tor tibi). i. testimonij scripturar[um] approbator:
scilicet q[ui] ego (deus) o[mn]i p[ro]p[ter] pot[en]tia[m] (sum) deus tu-
us specialiter et p[ro]p[ri]e p[ro]p[ter] g[r]am que familiaris
habeo tanq[ua]m in mancipio et ex peculio meo.
Quicunq[ue] eni[m] p[ro]pheta[rum] et ap[osto]lor[um] scripturas in-
telligit: d[omi]n]u[m] iesu[m] in p[ro]phetis p[ro]missu[m] esse do-
minu[m] n[ost]r[u]m agnoscit. Et ego ip[s]e

**Non in sacrificijs tuis argua[m] te: holocau-
sta aut[em] tua in c[on]spectu meo sunt semp[er].**

Non argua[m] te ulterius tanq[ua]m reprehensibilem
(in sacrificijs tuis) carnalibus scilicet testam[en]ti uete-
ris obmissis et no[n] exhibitis qu[ia] aialia in sacrifi-
ciu[m] no[n] quero nec ea uolo (holocausta aut[em] tua)
tota igne assumpta scilicet sacrificia noui testam[en]ti
vel tui iuris et de te facta ut caro sp[irit]u subiecta:
uoluntas de peccato p[ro]p[ter]p[ri]a: aia h[um]iliata et igne cha-
ritatis tota incensa (in c[on]spectu meo sunt semp[er])
tanq[ua]m grata et accepta. i. mihi placent et hec uo-
lo. Unde ne putes hec holocausta esse de ani-
malibus subdit.

**Nō accipiam de domo tua vitulos: neq̄
de gregibus tuis hircos.**

Nō accipiam. i. nō acceptabo vltra (de do-
mo tua vitulos) ad sacrificiū vel holocaustū.
(neq̄ de gregibus tuis) existens in pascuis ac-
cipiam (hircos) ad hostiā p peccato. q. d. nō ar-
guam si nō feceris: et si feceris nō accipiam sc̄z il-
los de domo tua vel de gregibus tuis qui sunt si-
gurales et carnales sed bene accipiam significa-
tos et spūales. i. sacrificiū laudis sc̄z hymnos
et laudes diuinas. vnde alibi dicit reddemus
vitulos labiorum nostrorū. Ideo autē illa ate
non accipiam

**Quā mee sunt omnes fere siluarū: iumen-
ta in montibz et boues.**

Quā mee sunt omnes fere siluarū. i. mea sunt
animalia que nō possides sc̄z indomita et etiā
(iumenta) que pascis (in montibz. et boues) id
est mea sunt etiā domita que tu nutris et possi-
des. q. d. nō solū indomita et siluestria que non
possides sc̄z etiā domita et domestica que possi-
des de quibz minus videtur mea sunt. Si enī
se uis meus es tu totū pecudum tuarū meū est
Cur ergo queram a te que mea sunt qui creauit
oīa. Et nō solum ista sed etiā volatilia que dis-
ficilius capiunt sunt mea. quia
**Cognoui oīa volatilia celi: et pulchri-
tudo agri mecum est.**

Cognoui ab eterno (oīa volatilia celi) que
et quorū sunt sc̄z tanq̄ mea et quibz vrbus sunt
subiecta qd̄ nullus hoīm scit cum tñ scire debe-
ret si sua essent. q. d. et volatilia mea sunt. Hoc
dicit qz de auibz fiebant sacrificia. (et pulchri-
tudo agri). i. vbertas oīm que terra gignit de
quibz etiā sacrificia fiebant (mecū est). i. tanq̄
mea creatura mihi seruit et voluntati mee obe-
dit. Vel mecum est cognitio etiā anteq̄ fieret.
Cum illo est ager: cū illo species celi et terre: cū
illo oīs creatura qz ille vbiq̄ est. Et ideo
**Si esuriero nō dicam tibi: meus est enī
orbis terre et plenitudo eius.**

Si esuriero qd̄ nunq̄ fit sed dicitur ad cō-
vincendū paruulū sensum. (non dicā tibi) vt
pascas me tanq̄ tuis indigens. q. d. si hec das
forsitan esurire me putas quod est magna insa-
nia. (meus est enī orbis terre) quo ad cōtinens.
(et plenitudo eius) quo ad cōtinentum. i. omnes
creature. Noli ergo laborare ad querendū qz
mihi des: qz sine labore habeo quod volo et si
nere satis accipe possum de meo. Omnia ante
me sunt et ad nutum meum parata mihi serui-
unt. Sed

Nunquid manducabo carnes thaurorū:

aut sanguinem hircorū potabo?

Nunquid manducabo carnes thaurorū: aut
sanguinē hircorū potabo? q. d. nō. qz deus nō
esurit nec sitit et ideo non indiget cibo et potu
corpali. vnde nō in sacrificijs sed in pauperi-
bus vult hic sibi offerri. Uetera ergo sacrificia
euacuanda hic declarat quorū tria genera erāt
vni in quo pars offerebatur et pars retinebat
quod dicebatur sacrificiū. aliud qd̄ totū incen-
debatur et offerebatur qd̄ dicebatur holocaustū.
terciū qd̄ fiebat de nō animatis vt de thure si-
mila et hmoi quod dicebat oblatio. Ista cesse-
runt in sacrificia euangelica quorū quoddā est
iustificandorū sc̄z cōtinio cordis et spūs contri-
bulatus. quoddā iustificandorū sc̄z sacrificiū lau-
dis. quoddā iustificandorū sc̄z sacrificiū corpis
et sanguinis dñi. enī et quartū sacrificiū in tpe
glorie et eternitatis. Improbato ergo veteri nō
tu de se quasi de alio loquens quid exigit indi-
cat. q. d. hoc nolo. Sed

**Immola deo sacrificiū laudis: et redde
altissimo vota tua.**

Immola deo sc̄z mihi. i. offer ad placandū
deum (sacrificiū laudis) qd̄ in te est sc̄z vt gra-
tias agas de omnibz a quo habes quicqd̄ bonū
nō habes: et cuius misericordia tibi dimittit quicqd̄
ex te mali habes. (et redde) tanq̄ debita (altissi-
mo) deo (vota tua). i. votiuas orōnes et laudes
seu desideria tua que exprimit p orationes et
preces. vel vota que pmissisti in baptismo. in si-
scceptione ordinis. in pessione religionis. hoc
est sacrificiū acceptabile. hoc est holocaustum
pingue vt laudetur deus ab hoīe que creauit:
que redemit: cui et celeste regnū pmittit.

**Et inuoca me in die tribulatiois: et uam
te et honorificabis me.**

Et cum sic feceris tūc (inuoca me) sc̄z in au-
xilium nō de te vel de vrbis tuis presumas (in
die tribulatiois). i. aduersitatis et tentatiois que
ideo tibi datur vt inuocet (et etiam te) tunc de
tribulatiois vel tollendo eam vel dando forti-
tudinem ne deficias. (et) cū fueris erutus (ho-
norificabis me) p tua liberatiois vt mihi grās
referas et iam a me nō discedas: vel apud ali-
os causa honoris mihi eris. Tanto autē magis
cum honoramus quo liberatiois nram nō a
nobis sc̄z ab ipso pcedere scimus. Sed vide ne
dum bñ cantas. i. p̄dicas male viuas. qz

**Peccatori autē dixit deus quare tu enar-
ras iusticias meas: et assumis testamen-
tum meū per os tuum.**

Peccatori autē. i. malo p̄dicatori qui qd̄ ore
predicat opere nō implet (dixit deus) exterius

scribendo: interius inspirando (quare). i. qua p̄
sumptione et audacia. (tu enarras iusticias me-
as). i. p̄cepta mea iustificantiā p̄dicas: cū ope-
re nō impleas (et quare assumis testamentū me-
um) sanctū (p os tuū) pollutū. i. euangeliū me-
um tam pollutis labijs p̄dicare p̄sumis. q. d.
indigne hoc foro assumis quidē p os tuū ad p̄-
dicandum: nō p cor ad diligendū: nō per ma-
nus ad opandum. non tñ interdicitur laus dei
pueris ad p̄nias sc̄z obliuiscit deū vt ait inferi?

**Tu vero odisti disciplinā: et piecisti ser-
mones meos retrosum.**

Tu vero odisti disciplinā verb crū et verbo-
rum. i. correctōem cōtra eam murmurando qz
laudas qñ parco: murmurando qñ castigo (et p̄-
iecisti). i. postposuisti (sermones meos retro-
sum) qz verba mea negligens nō custodisti sed
p̄tempisti sicut homo cōtemnit et despicit qd̄
post tergū abijcit: ore bñdicis sed factis negas
q. d. que dicit postponis ne videas in odicndo
disciplinā. redarguitur voluntas mala in p̄-
ciendo sermones dei retrosum: resp̄ndit ne-
gligens et praua vita. nam sermones dei p̄ice-
re est illis cōtemptis p̄cisa agere. Et hoc cui-
denter apparet quia

**Si videbas furē currebas cū eo: et cum
adulteris portionē tuā ponebas.**

Si videbas furē currebas cū eo mente et si
nō corpe sc̄z cōfennendo laudando vel etiā in
furto et p̄ncipando. (et cū adulteris) portionē
tuā ponebas (facto vel cōsensu aliquo: vel adu-
lando. Si enī placuit tibi qd̄ fecit ipso placito
curristi et portionē tuā cum illo qui fecit lau-
dando posuisti. Et si nō facis malum: si tu nō
laudas malū si cū ex toto voto cōsensu curris
cum malo et portionē mali recipis. Et preter
hec predicta.

**Os tuum abundauit malitia: et lingua
tua cōcinnabat dolos.**

Os tuū abundauit malitia qz nō solū non
reprehendit vel tacet sed etiā adulando laudat
malum vel illud facientes. malū est scire illud
et nō resp̄ndere sed peius est laudare. vel os
malicia abundat qñ maledictis et cōuicijs ali-
os exasperat. (et lingua tua cōcinnabat). i. cō-
ponebat vel verbis ornabat (dolos). i. falsa et
mendacia aliud dicendo et aliud cogitando ad
p̄mi deceptiones. Cōcinnare enī est diuersa
insimul cōmiscere et p̄ponere. Vñ bñ dicit cō-
cinnabat qz mos est decipiens sic falsa cōpo-
nere et ornare vt blandiatur in lepore verborū
et hoc fecit iste circa proximū.

Sedens aduersus fratrem tuū loque-

**baris: et aduersus filium matris tue po-
nebas scandalū: hec fecisti et tacui.**

Sedens quasi cū mora et studio (aduersus
fratrem tuū). i. p̄ximū sc̄z oīm hoīem (loqueba-
ris) nociura p̄ximo detrahendo. (et aduersus
filium m̄ris tue). i. sancte ecclesie q̄ nos fonte ba-
ptismatis generauit puta quēlibet christianū.
(ponebas) insidiosē (scandalū) quo innocens
capitur. i. faciebas vnde infirmus scandaliza-
renit. Vel p̄ fratres accipiuntur fortiores et p̄-
fecti: p̄ filios simpliciores et imperfecti. Præuorū
ergo vsus est p̄fectis derogare et ex hoc imper-
ctis scandalū ponere et semp discordias semina-
re. (hec fecisti) inique agendo et loquendo (et
tacui) vindictā dissimulando et ad p̄niam ex-
pectando. Et ideo.

**Existimasti inique qz ero tui filius: arguā
te et statuā cōtra faciē tuam:**

Existimasti o (inique qz ero tui similis) con-
fentiendo malis. i. qz talia mihi placeāt sicut tñ
bi co qz ea nō puniūt. sc̄z ego (arguā te) et arguet
te malicia tua in futuro iudicio (et) arguendo
(statuā) te (cōtra faciē tuā). i. ostendat te tibi vt
turpitudinē tuā quā modo videre nō vis tunc
videas et confundaris. Hodo ergo tu fac quis-
quis talis es qz tibi misceatur deus. cōstare te
ante te ascende tribunal mentis tue: pone nūc
ante faciē peccā tua esto tibi iudex: torquet te tñ
mor: erumpat p̄fessio et dic dño tuo qñ iniqui-
tatem meā ego cognosco: et peccā meū p̄tra me
est semp. Si enī nosmetipos iudicemus nō
vrbz iudicaremur p̄terea admonēdo subdit.

**Intelligite hec qui obliuiscimini deum
ne qñ rapiat et nō sit qui eripiat.**

Intelligite et ex rōne p̄pendite (hec) que di-
cta sunt vt vosmetipos corrigatis (qui obliu-
iscimini deū) dum mala agitis et que sic agitis
ac si in memoria et p̄sideratōe v̄ra deū non ha-
beretis. Attēde hic viscera diuine misericordi-
e qz etiā obliuiscetes se nō obliuiscitur nec re-
pellit immo reuocat ad intellectū vt resp̄scāt
et nō percant (ne qñ). i. ne aliqui (rapiat) vos de-
us. I ego: ad mortē vel ad diē iudicij seu ad ge-
benam si vos intelligere nō vultis (et nō sit qz
eripiat) et liberet quia non est qui de manu et
potestate mea possit eruire. Quo cōtra de intel-
ligentibz et laudantibz deū subiungit.

**Sacrificiū laudis honorificabit me: et il-
lic iter quo ostendā illi salutare dei.**

Sacrificiū laudis nō aliū (honorificabit
me) et placabit: nec illud quod seclerati canūt.
Nō enī laudat qui bñdicat si male viuūt. nec qz
bene viuūt: si sibi dat vel sup alium se extollit (et

Illic id est in tali sacrificio laudis est iter) quia hoc sacrificium est via ad deum (quo itinere ostendit illi) scilicet laudanti (salutare dei). i. saluatorez dñm scilicet incipim. Salutare dei est christus qui cum gra venit quem non nouit qui alij q̄s grane aliquid tribuit. Ecce via ad deum. ecce scala iacob in qua angeli ascendunt et descendunt. i. fideles ascendunt ad laudem diuinitatis et descendunt ad laudem humanitatis in christo.

Deorum dñe te rogamus **O ratio.** vñ nos suscipias in sacrificium laudis quo sine onere peccati tuas iniusticias enarrantes iter illud quo salutare tuum ostenditur gradiamur. Per dñm.

Psalmus de oratione vere penitentis dei misericordiam magnam peruenit et gratia obtinenda humiliter et deuote implozantis. ps. l.

Miserere mei deus scdm magnam misericordiam tuam.

Auctor psalmi propheta dauid. In titulatur aut. Psalmus dauid scilicet prophete. respicientis in fine. i. in christum a quo per peccatum recesserat: qui est finis. i. oim bonoz opm psumptio et pfectio. agens de pnia eius et humilitate qua habuit cum venit ad eum Nathan propheta missus a deo ad arguendum eum qm vel qm intravit ad Bersabee vxore zue. vbi specialiter humilitas ostenditur que adeo penitenti valens in exemplum pponitur. Arguente enim Nathan: rex peccatum suum publice pfiteri non erubuit: non se vt homo solet excusauit: a se penas exigit et in conspectu oim se reum abiecit. **Veritas vera peccatoz: recognitio salutifera contritio et confessio ac diuine misericordie implozatio.** In tentio: monere peccatores ad pnam salutarem exemplo dauid. et ne quisq̄ in prosperis rebus se extollat vel in virtute sua presumat. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona sua et cuiuslibet vere penitentis recognoscit peccata sua: implozat diuinam misericordiam et sic penit culpe remissionem ac gratie restitutionem. et ad ista obtinenda allegat multiplicem rationem. Quia ergo supra per secundum aduentum ad generale iudicium terruit et oblitos dñi vt se corrigant monuit recte nunc subiungitur de pnia per quam misericordia et gratia obtinet diuina. **Senia in specialia:** Dauid ergo non excusans peccatum sed publice confitens ait (**Miserere mei**) o (deus). i. creator meus quem magna et multa iniquitas mea non latet (scdm magnam misericordiam tuam) natura liter tibi insitam cuius misericordia natura est diuina

na et ideo semp apud te est misericordia ad quam confugio timendo iusticia qua punis peccata. i. ad modum misericordie tue que magna est dimitte magnum peccatum meum. Magna enim est mea miseria et ideo magna exigit medicinam. De graui enim peccato desperandum esset nisi magna misericordia dei esset que quanta sit diffiniri non potest. **Deo dicens locum aufert iudicio. i. discussioni: quia factum concedit** Et scdm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Et scdm multitudinem miserationum tuarum in effectu quas ab initio seculi in peccatoz remissionibus multipliciter ostendisti (dele iniquitatem meam). i. culpam et offensam multiplicem. hoc est ad modum miserationum tuarum que multe sunt et superant multitudinem qualibet peccatoz dele iniquitatem que multiplex est scilicet homicidium fraudem et adulterium. hic ostendit peccatum suum et magnam esse et multiplicem. Qui enim magnam misericordiam et multiplicem miserationem deprecatur magnam et multiplicem misericordiam consequitur. **Opponitur ergo magna misericordia magno peccato et multitudo miserationum multitudini peccati:** Propterea adhuc subiungit

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Amplius. i. plus quam ego te rogare sufficiam (laua me) fonte et aqua misericordie et gratie tue (ab iniquitate mea) vt dimittas que conscientia me turbat: et adicias que animo non presumit (et a peccato meo munda me). i. ita laua vt plene mundes vt nullum remaneat peccati vestigium. i. obligatio ad supplicium. Plus iniquitas quam peccatum sonat: ergo penitens iste orat vt ab iniquitate lauetur et a peccato mundetur tam a grauiori quam a leuiori culpa curationem postulare videtur. Sed nec per misericordiam peribit iusticia vt peccatum sit impunitum et ideo subdit allegando causas quare sibi dimitti postulat. d.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semp.

Quoniam iniquitatem meam detestanda (ego cognosco) scdm penitentiam et satisfactioez ac tanquam vere penitens non dissimulo et ideo peto vt tu ignoscas quia ego punio tu ne punias (et peccatum meum contra me est semp). i. displicet mihi et detestor illud tanquam mihi contrarium vel contra me. i. coram me est semp et ante oculos cordis mei per recordationem et contritionem amaram. Ego illud video ad dolendum tu id ne consideres ad puniendum. Attende quid facit deus Si memor sis peccati tui ille non erit memor Si tu

eius oblitus fueris deus eius memorabitur. **Agnosce** et emenda ac pfitere deo et dic **Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.**

Tibi soli peccaui id est quod peccaui tibi soli attribuitur ad iudicandum et puniendum et etiam ad simpliciter relaxandum: cui soli reddenda est ratio de peccato quia solus es sine peccato et solus potes curare a peccato (et malum coram te feci). i. in tua presentia facere non erubui quod vbiq̄ es et quem nullum latet secretum qui etiam solus cognoscis quale et quantum sit cuiusque malum. Et ideo etiam peto mihi misereri (vt iustificeris) id est iustus et verax inueniaris (in sermonibus) et verbis (tuis) quibus permisisti veniam penitentem (et vincas cum iudicaris). i. cum quidam prauae intelligentes iudicent te non misericordiam criminaliter lapsis: conuincendo illos et sententiarum destrue parcendo mihi criminaliter lapsus. vel (cum iudicaris) a diabolo non debere mihi peccata dimitti quia multa grauia sunt tua misericordia vincat iniquum iudicium eius vt mei miseraris

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum scilicet et in peccato originali et in peccatis concepit me mater mea) scilicet in concupiscentia libidinis. quasi diceret. mater mea me concepit cum delectatione peccati: ego conceptus contra vi meam iniquitatem originalis delicti ex quo patior difficultatem ad bonum et pronitatem ad malum propter que peccatum hois est magis remissibile: et merito debes me misericordiam tuam petentem exaudire. **Ecce nuda et humilis confessio de vno arguitur et omnia non tamen actualia sed etiam originalia consistunt vt oim peccatoz veniam mereatur et ideo misericordiam patris comonet iudicis ne condemnentur. Ut enim dicit Leo. Non remanet in iudicio condemnandum quod fuerit confessione purgatum. Ideo autem cognosco et confiteor ac peniteo peccatum meum**

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Ecce enim in manifesto est quod (veritatem) confessionis seu vera confessionem vt reus se accuset (dilexisti) sup sacrificia. vel (veritatem) dilexisti) quia peccata punias licet pie ea indulgeas. i. impunita peccata etiam illoz quibus ignoscis non reliquisti. Sic progasti misericordiam vt seruares et veritatem. Ignoscis confitentem sed scipm puniendi. **Misericordia ergo est quod homo libera**

tur: veritas quod peccatus punitur. Et confido quod mihi parcas quia iam (incerta et occulta) mysteria (sapientie tue) id est filij tui (manifestasti) id est prophetico spiritu reuelasti (mihi) videlicet incarnationem: passionem: resurrectionem: ascensionem et alia plurima. **Incerta dicit** propter iudeos qui hec legebant et dubitabant: **Occulta** propter gentes que hec omnino nesciebant. Et ideo certus sum quod

Asperges me domine isopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Asperges me isopo id est sanguine Christi. hoc est sicut in passione fideles asperges: ac virtute charitatis et humilitatis (et) sic (mundabor) a peccatis. **Isopus enim herba humilis heret petre radicibus: aufert inflationem pulmonis** **Hic in mysterio aspergitur qui radice charitatis fixus in humili christo supbie tumores humilitate depellit: humilitatemque passionis christi imitatur et ita mundatur. Sed quia parum est mundari a sordibus peccatoz nisi contingat decorari candore virtutum: ideo subiungit (lauabis me) aqua baptismi. i. sicut in baptismo lauabis fideles tempe gratie et infusione gratie tue (et super niuem dealbabor). i. incompatibiliter: quia dealbatio spiritualis maior est et melior quam corporalis: et candor iustificate anime omnem candorem superat visibilis creature. Et sic**

Auditui meo dabis gaudium et leticiam et exultabunt ossa humiliata.

Auditui meo interiori (dabis gaudium) de remissione peccatoz reuelando mihi ea esse dimissa (et leticiam) de promissione salutis eterne. **Unde gaudium refertur potest ad presentem gratiam: leticia ad futuram gloriam (et) audita interioris remissione et promissione (exultabunt ossa humiliata). i. spirituales vires que intus latent et corpus sustentant prius turbate in contritione et penitentia humiliate. Vel virtutes et dotes anime que per peccatum fuerant depreste et per remissionem peccati resuscitate exultabunt. i. exultationis causa mihi erunt. Et vt hec fiant** **Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.**

Auerte et amoue (faciem tuam) non a me sed (a peccatis meis) obliuioni ea dando. i. ne videas nec recorderis illa amplius ad puniendum: quia ego ea ante faciem meam habeo ad penitendum. Si enim homo peccatum aduertit et inde faciem suam non auertit deus auertit faciem ne puniat. hoc autem facit deus quando propter penitentiam peccata hominum dissimulat: quando non reminiscitur: quando non requirit: quando non

punit et auertendo (omnes iniquitates meas) originales et actuales p̄teritas presentes et futuras (dele) de tua noticia et memoria ne puni-
as. Quas cum delueris

Cor mundū crea in me deus: et spiritus
rectum innoua in visceribz meis:

Cor mundum quod diligit mundiciā quo-
te videam (crea in me) o (deus) ut deus quasi
nouum aliquid. i. per gr̄am que infunditur per
creationem munda cor meum q̄d p̄ me macu-
latum est (et) aufer inde malas cogitatōes (spi-
ritum rectum) ad videndū et discernendū sicut
antea rectus fuit in me (innoua in visceribz) et
interioribz (meis) id est in interiori hōie meo vñ
de peccatum exiit quem inueterauerat pecca-
tum rogo vt innouet gratia. Per factū meū cur-
uata erat rectitudo spiritus mei ad malum per
gr̄am tuam dirigatur vt sicut prius recte et in-
veritate incedam.

Ne p̄icias me a facie tua et sp̄m sanctū
tuum ne auferas a me.

Ne p̄icias. i. de cetero proñci non sinas
(me) tanq̄s a te reprobatum (a facie tua). i. a pre-
sentia vel beniuolentia tua: Ne sicut Chayn
exul a te efficiat proñciantur a te peccata mea
nō ego. (et spiritū sanctum tuum) restitū mi-
bi p̄ penitentiā. i. sp̄s sancti donū et gratia;
(ne auferas a me) Ultra nō dicit da sed ne au-
feras q̄ qui confitetur et penitet iam donū spi-
ritus sancti habet a quo solo cōfessio et punitiō
peccati est. Cū enī sibi quisq̄ irascitur et displi-
cet sine dono sp̄s sancti non est. Vel (spiritus
sanctum). i. sp̄m p̄pheticū qui sibi preciosus erat
valde. Et p̄ ip̄m spiritum

Redde mihi leticiā salutaris tui: et sp̄i
principali confirma me.

Redde mihi. i. restitue quia peccando ami-
si (leticiam salutaris tui) id est de spe salutis et
saluatōnis tue. vel (leticiam salutaris tui) id est
illam exultationē christi tui quam in eo prius
q̄ peccarem habui (et spiritū principali) et po-
tente. i. sp̄i sancto et p̄ gratiam eius qua mihi
ignouisti et me innouasti (confirma me) in hac
leticia et gratia vt ip̄e sp̄s in me nō vicia prin-
cipentur: et me a reciduo preseruet. Non enim
sufficit sanare nisi firma sit cura que adhibet.
Unde Josue non mouit castra circumcisoz
donec penitus sanarentur. Et ita gr̄a cōfirma-
tus non ero ingratus. sed

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad
te conuertentur.

Docbo iniquos vias tuas) id est mandata
tua vel miscōiam et veritatem vt aliq̄ exemplo

meo de misericordia sperent et veritatem iud-
cij timeant et ita veram agant penitentiā et in
bono habeant p̄seuerantiā. Sancti enim viri
sicut suam ita et alioz querunt salutem vñde et
subdit (et impij) me imitantes (ad te cōuertens-
tur) per veram p̄niam. Magna est in hoc ver-
bo diuine misericordie cōmendatio et peccan-
tium consolatio. Ita enī plenus est deus adipe
miscōie vt nō solum cōuertis sed etiam impijs
p̄mittatur salus. Et vt possim alios docere or-
dinate et liberius: prius
Libera me de sanguinibz tuis deus salu-
tis mee: et exultabit lingua mea iustici-
am tuam.

Libera me de sanguinibz). i. corruptōibus
carnis vel de peccatis multis quia minus lati-
ne dicendo pluraliter sanguinibz multa pecca-
ta intelligi voluit que veniunt et trahuntur ex
origine carnis peccati. i. ex carne per originale
peccatum corrupta o (deus) creator (deus) re-
formator (salutis mee) dator et p̄seruator (et)
tunc (exultabit) id est exultando ser cum exul-
tatione laudabit et annūciabit (lingua mea ius-
ticiam tuā) qua iustificas impium: suscipis cō-
fitemem: parcis penitenti: et dimittis peccatū;
penitentia co q̄ p̄misisti. Nec hoc possum sine
te sed tu

Dñe labia mea aperies: et os meum an-
nunciabit laudem tuam.

Dñe) qui omnia potes (labia mea) que pro-
pter peccata prius ad bonū clausa erant et p̄-
pter peccatoz cōscienciā loqui nō p̄sumebat:
(aperies) id est idonea facies ad laudandū et
predicandū culpam remittendo et gratiam
infundendo et tunc (os meum) etiam cordis
archanum (annunciabit laudem tuam) di-
gne quia non est speciosa laus in ore peccato-
ris. Hanc inq̄ laudem sc̄z q̄ me peccantes nō
reliquisti q̄ cōfiteri monuisti q̄ mundasti: bec
obtendo et ideo laudem dico quia magis est t̄
bi acceptabile q̄ legalia sacrificia offerre.

Quā si voluisses sacrificium dedissem
vñq̄: holocaustis nō delectaberis.

Quonia si voluisses sacrificiū) legale siue fis-
gurale quod pro expiatiōne peccati solebat of-
ferri (dedissem vñq̄) et vere offerrem tibi: sed sa-
crificijs et etiā (holocaustis) veteribus que sunt
digniora (nō delectaberis) nec eis placaris vi-
debat p̄pheta tps gratie quo hec figuratiua de-
bebant cessare nā oīa in aduentu christi respu-
untur nec modo vt prius deo offerunt. Quid
ergo est offerendum ad placandū deum. Non
pecudes non birci nō quecūq̄ animalia quia

non vult pro peccato holocausta in quibus cre-
manur caro aliena. Sed

Sacrificiū teo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non
despicies.

Sacrificiū) peccatoz (deo) placens et gra-
tum est (spiritus contribulatus) id est simul cum
corpore tribulatus et p̄ peccatis plurimū anxi-
atus vt sp̄s teratur dolore et corpus afflictōe.
vel de suis et alioz peccatis turbatus in quo
datur spes venie cōuertendis si penitere velint
Hoc enī sacrificio peccata soluitur. quia (cor
contritum) prius p̄ compunctōnem (et) deinde
(humiliatū) p̄ confessionem non elatum p̄ pec-
cati excusationem o (deus) nō despicies) immo
gratanter respicies et accipies. Vinus enī di-
citur et plus intelligitur. Ergo contribulatio in
satisfactioe operis: contritio in dolore cordis:
humiliatio in p̄fessione oris faciunt gratū deo
sacrificium. Nō sacrificiū vt tibi fiat

Benigne fac dñe in bona voluntate tua
syon: vt edificentur muri hierusalem.

Benigne fac) id est largam benedictōem et
misericordiaz impende peccata dimittendo et
gr̄am conferendo. o (domine) cui tale placet sa-
crificium (in bona voluntate tua). i. ex gratuita
gratia tua nō ex meritis suis (syon) id est eccles-
ie tue militanti que est in speculatiōne sup̄nozū
et aliquid speculatur quod sperat: et ex vnijs la-
pidibus videlicet fidelibz animabus (edificen-
tur muri hierusalē). i. vterq̄ paries ecclesie sc̄z
iudaeicus et genalis in fide spe et charitate con-
struatur ad edificandā ecclesiam et muniendā.
Syon interpretatur speculatio et hierusalem
visio pacis. Agnoscat is ergo vos in syon et hie-
rusalem si certā spem futurā expectatis et si pa-
cem cum deo habetis.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie ob-
lationes et holocausta: tunc imponent su-
per altare tuum vitulos.

Tunc) sc̄z cum ecclesiaz cōstruxeris (acce-
ptabis) a fidelibus et gratū habebis (sacrifici-
um iusticie) id ē iuste laudis tibi debite: vel bo-
norum operum tibi placentium. acceptabis
etiā (oblationes) de rebus exterioribz. i. sacrifi-
cium elemosynarum (et holocausta) igne con-
sumenda id est sacrificiū mortificatiōnis: et (tūc
imponent). i. offerent (super altare tuū) quod
est fides vbi sacrificia offeruntur: q̄ quicquid
offertur p̄ fidem offerri debet. (vitulos) id est sa-
crificium mortis se ipsos martyrio exponētes:
et sicut vitulos ad mortē duci p̄mittentes. Vel
(vitulos). i. se ipsos innocentes novos a iugo

legis et peccati liberos hostiam vinā sanctam
tibi placentem.

O ratio.

Profue miseratiōnis ineffabile nomen des-
us trinitas qui humani pectoris antrum emū-
dans vicijs sup̄ candorem efficit niuis: inno-
ua q̄sumus in visceribus nostris sp̄m sanctū
tuum quo laudem tuā annunciare possimus:
vt recto principalisq̄ spiritu cōfirmati mereamur
eternis sedibus in hierusalem celeste com-
poni. Per dñm.

Psalmus de culpa et pena hominis
peccatoris et iniqui: et contra te meo
to ac premio innocentis et iusti.

ps. li.

Vid gloriaris in

malitia: qui potens es iniquitate?

Auctor psalmi p̄pheta David. Ti-
tulus talis est. In finem intellectus david rē.
Nec persecutio et Dohet accusatio impleta est
et quotidie impletur in ecclesia. Igitur intelle-
ctus huius psalmi in finem tempoz est referē-
dus quo impij damnabuntur et boni remune-
rabuntur et attribuendus est david. i. cui libet
fidelis: habitus de eo negocio quod significatū
est cum venit dohet idumeus id est terrenus ali-
quis malicia motus: q̄ dohet interpretatur mo-
tus: et idumeus terrenus. et nunciauit saul qui
interpretatur appetitio p̄ que significatur mors.
quia sicut hunc peccator p̄ls a deo petijt reges
ita nos p̄ illicitū appetitū acquisiuimus mor-
tem et appetitū malus anime mors est: et dixit
ei instigando eum ad p̄secutionē venit David
id est quilibet fidelis in domū Abimelech qui
regnum patris mei interpretatur. i. in consortiū
ecclesie in qua regnat deus pater. Saul enī et
Dohet p̄sequentes David et Abimelech signi-
ficant regnum terrenū et transitoriū nō ad vi-
tam sed ad mortē p̄tinens quod p̄sequitur bo-
nos ad regnū celeste p̄nentes. Materia: pec-
catoris iniqui culpa et pena: iusti vero meritis
et premium. Intentio: retrahere fideles a malo
et allicere ad bonum. Sententia in generali: p̄-
pheta in isto psalmo in persona sua seu fidelis
anime loquitur de quolibz iniquo qui glorian-
do de malicia sua iniquo potenter agit iniquita-
tem et detractōnem diligit: cui etiā penam fina-
lem sc̄z eternā damnationē predicat. et similiter
loquitur de iusti merito et premio. Postq̄ ergo
sup̄a egit de penitentiā: agit nunc de duobz ge-
neribus hoim quoz vnum est terrenum aliud
celeste. vñ p̄sequit: aliud patitur. vñ gloriat̄
in malicia: aliud in deo: incendens peruersum

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Omnes declinauerunt a rectitudine iusticie et a via veritatis et (simul) cum ipsa declinatōe et cordi puritate (inutiles) et p̄niciosi (facti sunt) sibi et alijs et inepi ad p̄secutionem vite eterne. **Uñ** non est q̄ faciat bonū per se. i. ductus ratōe et quasi ex dolore repetit non est usque ad unū. i. non est vnicus nec vnus talis de eis reperit. Si saltem vnū et caperet diceret p̄ter vnū. Longru? non est qui faciat bonū. Et sequitur cōminatio maloz p̄ finem Sed.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis.

Nonne scient in futuro dei iusticia (omnes qui) nunc (operant) p̄tinaciter (iniquitate). q. d. immo scient tūc p̄ p̄ne et p̄nitiā qui modo scire nolunt p̄ cordis intelligentiā et (qui) deuorant plebem meam volentes eam p̄sumere vt cibum panis. i. semp̄ assidue: de ceteris enī māducamus modo hoc: modo illa: semp̄ aut̄ panem vel ita delectant in spoliatione et occasione innocentiū ac si comederent lapidū et bonū cibum. Et merito hoc eis Quia.

Deum non inuocauerunt illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor.

Deum non inuocauerunt p̄ p̄niam hoc q̄sq̄ inuocat q̄d habere vult: hoc dicendo p̄solat si deus gementes ne imitent. p̄sperantes q̄ tales deū non inuocauerunt vt in eis habitaret. Unde cito perituri sunt: ideo (illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor) habendus. q̄ de terrenis timuerunt de quibz non esset timendū sed non de eternis vbi esset timendū formidantes tū mala p̄nitiā vite tpalia non offensam diuinā et mala eterna Sed quare hoc.

Quoniam deus dissipauit ossa eoz qui hominibz placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quoniam deus dissipauit. i. dissipari p̄misit (ossa). i. vires et potentias anime seu interiora bona (eoz qui hominibz placent). i. placere in malo querunt et intendūt. q. d. q̄ hominibz placere appetentes noluerunt esse serui christi. p̄pterea deus virtutes anime et interiores sensus scz rationē intellectū memoriā et alia huiusmodi in eis destruxit q̄ ideo ossa dicunt q̄ sicut osibus caro ita virtutibus anima sustentat: bonū est placere homini p̄pter deū in quo magis q̄s intelligit deo placere q̄ homini (confusi sunt)

id est confundent eterna cōfusione q̄ a regno dei seperabunt (quonia de? spreuit eos). i. spernet eiciens eos a consortio scōz et iuste q̄ ip̄e prius spreuerit deū: et ponit p̄teritū p̄ futuro ratōe certitudinis. **Sz** isrl̄ saluabit vñ sequit̄.

Quis dabit ex syon salutare israel: cū cōuerterit deus captiuitatē plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel.

Quis dabit ex syon id est cceloz vbi est clara dei visio et speculatio (salutare isrl̄). i. salutē vel gratiā salutarē p̄lo videnti deū nōne ip̄e dñs solus de quo dixerūt stulti nō est deus: q̄ cum cōuerterit deus captiuitatē plebis sue) transserendo eos de p̄nitiā babilonia ad supernā hierusalem (exultabit iacob qui hic luctat? est et letabitur isrl̄) qui hic deū in enigmate p̄templat? est. Qui nunc est verus iacob. i. vir iust? luctās cōtra vicia et supplantās ea erit tunc verus isrl̄ videns deū cognoscens p̄fecte. Iste psalmus etiam sup̄ius expositus est p̄ter versūz penul̄timum qui ibi nō est.

Oratio.
Respicens de celo sancto tuo deus piissime pone terminū insipientie nostre vt a terroribz vanis eruti tibi soli de puritate cordis integra placeamus. Per do.

Oratio christi vel ecclie seu iusti positi in tribulatōe p̄ liberatōe a malo et ad uersantiū infestatione et persecutione.

ps. liij.

Deus in nomine tuo

saluū me fac: et virtute tua iudica me. Auctor psalmi p̄pha dauid. Titul? talis est in finē in carminibz rē. q. d. hic est itellectus dauid. i. christi vel corporis eius admonētis enī in aduersis p̄seuerandū esse in carminibus vel hymnis. i. in dei laudibz usque in finem p̄summantē intellectus dico cōceptus vel habit? cū venissent ziphei. i. florentes seculi. ziphei enim interpretat̄ florentes ad saul. i. ad regnū tpale et mortis que p̄ saul significat et dixissent pdendo nōne dauid absconditus est apud nos. i. christus latet in carne: vel ecclia in spe occulta: florentes enī gloria tpali p̄secuti sunt christū in hoīe latente vel eccliaz cuius bonū intus est et merces occulta. Beati enim mortui mundo quoz vita abscondita cū christo in deo latet inter florentes huius seculi inter quos sunt viles et abiecti. Quāuis q̄ p̄uersi et obstinati de quibus sup̄ dictū est in malicia p̄seuerent et nos p̄sequant nos tū patiēter in bonis et dei laudibz p̄seuerare debem? ad q̄d hortamur in h̄ psalmo et m̄bz sequentiibz. **Uñ** et patz ratio ordinis

in eisdē. **Materia** p̄secutō maloz bonos iniquos opprimentiū. **Intētio** monere nos in aduersis ad patientiā orationē et dei laudē vt illata in cōmoda leto aīo p̄curram? eaq̄ nobis ad futuram salutē p̄desse postulem?. **Sententia** in generali p̄pha in isto psalmo agit de clamore ino center patientis ad deū et liberatōe ip̄i? ab op̄s p̄ssidē maloz et p̄nt esse verba christi in tribulatione orantis et se orandi et p̄seuerandi nobis exemplar p̄ponens: vel ecclie seu illi? orantis et inter malos latens cui? bonū intus est et merces occulta. **Ubi** in hoc psalmo et sequenti duplex se sus in v̄su fuerit referē p̄mus ad christū et secūsdus ad ecclia et iustū vbi aut̄ simplex ibi loq̄t̄ in eadē voce christus et ecclia seu iustus: simile huius in pluribz alijs reperit̄ locis. **Sentētia** in sp̄ali orat? christus vel ecclia seu iustus inter malos dicens **O** (Deus) p̄ (in noīe tuo) glori ficādo saluū me fac) resuscitando (et in virtute tua iudica me). i. fm̄ tue virtutis excellentiā cre scat iudiciū meū vt oēs discernant et cognoscāt q̄ tu me misisti. **Uel** (deus in noīe tuo). i. ad et p̄ inuocationē sc̄ti noīs tui q̄d est iesus siue saluator (saluū me fac) hic a p̄ctis et a malo iniuste p̄secutōis. i. imple in me rem noīs tui q̄d est saluatio (et in virtute tua). i. in potentia tua (iudica me). i. discerne me a malis in p̄nitiā menter merito et in futuro loco et p̄mio. **Deuirt?** ma p̄ime apparet cū parcis miseris. **Uñ** oratio de? qui omnipotentia tuā p̄cendo maxime et miserando manifestas.

Deus exaudi orationē meā: auribz percipe verba oris mei.

Deus exaudi orationē meā) eam ad effectū p̄ducendo hanc vicz quā p̄misi de salute iudicio hec est orō mentalis corde p̄cepta (auribz) pictatis (percipe v̄ba oris mei). i. ip̄am orōnem habitā corde et platā ore q̄ ex v̄bis cor iudicat deus nō habet alias aures nisi mīam et gr̄am suam et cū dicit auribz percipe nō intelligit aliud nisi attēde et memoriter ac misericorditer audi. **Si** enī aure percipiat et misericorditer audiat se curi sum? q̄ orōnē nostrā exaudiet. **Jo** aut̄ orō.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersus me: et fortes quesierunt animas meas: non proposuerunt deum ante conspectum suum.

Quoniam alieni si nō genere et natura moribz tū et vita scz iudei (insurrexerunt aduersum me) vt aduersarent mibz nō tū minor p̄ls sed et fortes fm̄ sup̄bia et potentia seculi (quesierunt animas meas). i. vitā meā ad pdendū eam et non p̄posuerunt deū ante p̄spectū suū) vt intelligerēt

me esse deū in hoīe latente si enī cognouissent nunquā dñm glorie crucifixissent fuit ergo cā tantipcti cecitas cordis et infidelitas cecitatis vero causa fuit sup̄bia. **Unde** valde est cauenda. **Uel** (quonia alieni) a veritate et virtute scz mali (insurrexerunt aduersum me) p̄sequendo (et fortes) scz demones: et aduersarij mei potentes (quesierunt animā meā) ad perdendū et non p̄posuerunt deū ante conspectū suū) quia putant deum nescire quid agit et dei timore p̄posito me pdere querūt vt homini illi q̄ nō ponit deū ante conspectū suū q̄ tenebrat? et sic incidit in omnē erroz et iniquitatē nam domin? est illuminatio nostra. **Sed** p̄pter hoc non timere vel despero.

Eccē enim deus adiuuat me: et dñs susceptor est anime mee.

Eccē enī in euidenti est et manifeste: o hoīes q̄ (deus) pater (adiuuat me) in passione ne deficiam (et domin? susceptor est anime mee) q̄ post passionē in qua me adiuuit animā meā in gloria suscepit. **Conuertit** ad nos vocem suā vt patientie ip̄ius discam? exemplū. **Et** h̄ijs enī verbis instrumur q̄ cum ab inimicis mala nob̄ irrogant nō debem? irasci aut maledicere aut vindictā exquirere sed orare et dei adiutorij expectare. **Uel** (eccē enim deus adiuuat me) laborantem ferre que ingerunt (et dñs susceptor est anime mee) sustinens illam nunc ne labatur in facinus et postea ad gaudia perducens licet etiam corpus deserat et miserijs exponat. **Dein** de loquens ad deum nō tam orando et optando q̄ p̄phetisando et predicando subiungit.

Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.

Auerte id est auertes a me (mala) inferenda vel illaturus ea (inimicis meis) id est a me uertes in illos mala qui mali irrogāt bonis: auertit a bonis deus et retorquet in malos (et in veritate tua) id est in isto iudicio tuo (disperde) id est disperdes (illos) quia iudei in diuersis partibus dispersi sunt per regiones p̄pter malum q̄d fecerūt in iesum: vel pro conuertendis p̄secatur (auerte mala) ab (inimicis meis: et in veritate tua) a priori intentione (disperde illos) vt ad veritatem tuam veniant. **Disperdet** etiā dominus in veritate sua malos quando in extremo iudicio diuersis penis et tormentis tradet cruciandos vt in eternum pereant veris penis qui ad tempus florent falsis bonis. **Et** pro h̄ijs beneficijs p̄missis ne ingratus inueniar.

Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe quoniā bonū est.

Voluntarie sacrificabo tibi) qz voluntarie et ex caritate se ipm obtulit patri filius in sacrificiū p nobis vel (voluntarie) nō coacte vt timore mortis vel pene sed gratis p dilectōe nō ppter aliud sacrificabo tibi sacrificiū laudis et bonoz operū: omne enī opus bonū deo oblatum dici potest sacrificiū. Et bene pmissit voluntarie voluntatē enī et affectū pensat deus in oī sacrificio et quanta est deuotio et voluntas offerentis tñ est apud deū sacrificiū eius nō enim coacta dona coacta seruicia diligit deus (et pfectoz nomini tuo dñe) .i. laudabo nomen tuū et cuncta que ago ad laudē et gloriā nois tui faciam (quoniā bonū est) .i. nō ppter aliud sed qz nil melius illo noie inuenio. Causa pfectionis et laudis debet esse ipa bonitas nois .i. rei nois et sola bonitas dei et hoc est voluntarie et gratis confiteri qz ppter se nō ppter aliud qd ab eo velim. Qui ppter aliud laudat et necessitate laudat qz si illud haberet nō laudaret mihi autē et que dedit ppter dantē placent. Et vero bonū est nomen tuū qz ex hoc intellexi.

Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: et sup inimicos meos despectus oculus meus.

Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me) vt nulla tribulatio mihi pualeret (et sup inimicos meos) supatos (despectus oculus meus) me resurgente. Vel (qm ex omni tribulatione eripuisti me) q. d. in hoc pbavi nomē tuū esse bonū qm liberasti me a tribulatione que data ē ad ammonitionē. Si enī ante tribulationē possem cognoscere et aliter scirem bonū esse nomē: tribulatio forte mihi necessaria nō fuisset. S; adhibita est tribulatio ad ammonitionē: ammonitio facta ad tuā laudatōz. Non enī intelligeret vbi essem nisi de infirmitate mea admonitus essem. Unde li qm nō est causatiuū qz ēē p dicitis cōtrariū si ideo diceret laudādus qz liberat a tribulatione. Ergo qz liberat pbatō est et argumētum bonitatis dei occasio laudis nō causa (et sup per inimicos meos) florentes (despectus) .i. deoz sum et inferius asperit (oculus meus) sursum tendens et altitudine cordis ad te pueniens. Venite rapta ad deum videt qz omnis flos est vt fenum et confidens dei bonitate nihil reputat in imicoz insidias iuxta illud beati uincētiij. Ecce nunc in sublimi agor et omnia mundana de spicio.

Oratio.
Saluifica dñe eccliam tuā in tui nominis ptectione p fidentē vt despectus inimicis voluntaria te p fessione magnificet. Per do.

Oratio christi vel ecclesie seu iusti innocenter patientis et ad deum p sua liberatione humiliter recurrentis.

liij.

Audi deus orationem meā: ne despereris deprecationē meā intende mihi et exaudi me.

Auctor ps. ppha dauid. Timulus hic est in fine in carminibz intellectus dauid hoc est. Intellectus huius psalmi attribuendus est dauid .i. xpo vel ecclie monenti et instructi nos suo exemplo p seuerare vsqz in finem et summationē in carminibz .i. in dei laudibz. semp enī laudandus est deus siue erudiat aduersis siue psoleur letis. Vñ hic ps bene post pcedentē sequitur qz ad idem hortat. Matera xpi et bonoz a nois et ingranis: iniqua psecutio. Intētio monere iustos vt p sentia mala patienter tolerant et in deū sperent. Deficit enī homo in pñtibz angustijs nisi in xpm figat oculos mens Sententia in generali ppha in isto psalmo loquit de xpo et ecclia vel de quolibet iusto in tribulatione posito quibus ingrati aduersant et fabricant machinationes in dolo ppter qd ab istis liberari oportet et orat ne in tribulatione deficiat. Sententia in speciali xps ergo vel ecclia seu iustus laboras inter fluctus seculi orat dicens (Exaudi) o deus pater (orationē meā) clarificando me et resuscitando et (ne despereris deprecationē meā) ppter humilitatē seruilis forme (intende mihi et exaudi me) Dando fortitudinē infirmitati carnis. Vel (exaudi deus orationē meā) p bonis assequendis et ne despereris deprecationē meā) p malis euitandis et quia plerunqz orationem et deprecationē deus et exaudit et despicit quando qd male petunt iratus tribuit cōsequenter subiungit (intende mihi et exaudi me) tunc enī mihi dñs intendit et nō solū orationē meā s; et me exaudit qm id qd ego postulo ad utilitatem anime mee tribuit. Et necesse est vt me exaudias Quia.

Contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris.

Contristatus sum in exercitatione mea) scz passionis mee. Vñ ait: tristis est anima mea vsqz ad mortē (et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris) qz indei maledicēdo et tribulādo me tribulauerit. Vel (tristatus sum) .i. filia cū corpe tristatus (in exercitatione mea) .i. in penis et tribulatioibz in quibz mali me exerceat ois nempe malis uiuit vel vt corrigat vel vt p

eum bonus exerceat (et conturbatus sum a voce inimici) vitupia loquentis (et a tribulatione peccatoris) flagella inferentis. Adhuc enim ecclie inimici nō cessant membris xpi aut mala facere si possunt: aut si nō possunt vel detrahēre et derogare. Deū reddūt singla singul. d.

Quoniam declinauerūt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi.

Quoniam ipsi insultantes mihi (declinauerunt in me) quasi de vase in vas iniquitates (qz eorum erant) qz mala sua mihi imponebāt accusando et criminando et qd de eis iuste dici poterat in me retrosum ecce quomodo conturbat est a voce inimici: et sequit quomodo a tribulatione peccatoris (et in ira) id est ppter iram suā nō ob iustam causam in furore suo non in merito meo (molesti erant mihi) molestias mihi de facto sine ratione inferendo. Molesti quippe mihi sed ruinosi sibi. Et p hoc.

Cor meum conturbatū est in me: et formido mortis cecidit super me.

Cor meum conturbatū est in me) fm hominem (et formido mortis cecidit super me) simili ter fm hoīem cepit enim tedere et tristis esse angelus dñi confortabat eum. Vel (cor meum conturbatum est in me) ratione maloz predictoz (et formido) id est meus (mortis) scz cor palis vt spiritualis puta odij fraterni qd ē mors anime sicut vita est dilectio (cecidit vt pondus) super me) qz timebā fraternū odiū in currere eos corripiendo. Ecce quam abominabile est fratrum odium qd hic dicitur mors. Et inde.

Timor et tremor uenerunt super me: et contereunt me tenebre.

Timor) animi intus (et tremor) corporis foris pueniens ex timore cordis uenerunt super me) et me opprimunt pprietas enī mortis est vt eam prius timeamus inde cōtremiscam (et contereunt) .i. circūdederūt et cooperuerunt (me tenebre) id est iudei tenebrosi et ceci. Vel (contereunt me tenebre) .i. mali homines qui psecuntur eccliam et cōtegnunt ipam odio: qz qui odit fratrem suū in tenebris est. Sed in hac exercitatione et infirmitate posuit: quid ait: quid fecit ostendit cum subiungit.

Et dixi quis dabit mihi penas sicut columbe: et uolabo et requiescam.

Et dixi) .i. ita patrem meum orauī resuscitā me pater apud te meipm nam (quis) alius preter te (dabit mihi) existēti (sicut columbe) .i. innocenti et sine felle amaritudinis (penas) id ē agilitatē et possibilitatē (et uolabo) .i. transibo de hoc mūdo ad patrē de iudaico populo ad gen

tilem (et) ubi (requiescam) et caput reclinem. Vel (et dixi) .i. in corde meditādo: et in oratōe optādo (quis dabit mihi penas) virtutū et motū desiderioz bonoz (sicut columbe) que simplex est et felle caret (et) eis habitis ac mente relictis terrenis (uolabo) p celestū pteplationē a tribulationibus et strepitu mundi in solitudine (et ubi requiescā) in contemplatōe in sinu et amore dei mei videns iste vndiqz mala esse et se malis nō pscire: malos vero sibi officere vult ad tempus separari a tot scandalis ne petā infirmus augeat manens cū eis: signanter autē dicit columbe columba enī a molestijs querit auolare sed dilectionē nō amittit semp gemit sic et bonus vult se separare corpore ab hīs quibz nō potest pdesse sed nō amore amans eoz correptionem et dolens pcuratōis ruinā. Et nō frustrabit oratio mea. Nam.

Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.

Ecce elongaui) me fugiēs a iudeis vel a mūdo (et mansi in solitudine) .i. in genitalitate siue in celo. Illud etiam ad litterā xps tangit qz uolabat psequentes vt occasione ire demeret et manebat in desertis orans in quo docebat nos in deserto conscientie quiescere cum a malis premimur. Vel (ecce) habitis pennis (elongaui) me distantia corporalē vel saltē dissimilitudine (fugiens) a malis vel a terrenoz desiderioz ac carnaliū cogitationū tumultibz et turbis (et) sic elongatus (mansi in solitudine) corpis vel saltem mentis. in quiete mētis delectabit requiescens. Est solitudo loci et corporis que quādoqz est utilis sed parum pdest sine solitudine mentis. Est etiam solitudo mentis ab amore mundi et iniquitate vicioz que semp etiam sine precedente est utilis. Est et solitudo eternitatis in quam dominus post resurrectionē auolauit quando in celū ascendit. Et vt hoc mihi ptingeret.

Expectabam eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate.

Expectabā) patienter (eum) scz dominū id ē non confitebā in viribz meis: sed spem meam ponebā in domino (qui saluum me fecit) et saluabit (a pusillanimitate) et timiditate (spiritus) .i. ab inordinato timore qui pusillanimitas vocatur ne cederem malis et succumberē in pressuris (et tempestate) .i. ab omni animi cōmōtione ne irasceret impetuose. Pusillanimitas est remissio animi qua timent aliqui offendere primum et offendunt deum. Tempestatas vero est rigor et impetus iusticie circa proximum et ab vtroqz gaudebat iste se saluatum. De reprobis

aut et orando et prophetando subiungit. q. d. me saluasti: illos aut qui se male extulerunt. **Præcipita dñe diuide linguas eorum: qm̄ vidi iniquitatem et p̄tradictionem in ciuitate.**

Præcipita o (domine) a turri supbie et deĩs ce a statu dignitatis et honoris: et (diuide linguas eorum) qui male cõspirauerunt vt penitentes recedant a superba vnitatem suam nec veniant in vnitatem et concordiam contra me et malicia eorum nõ habeat effectum in me. (qm̄ vidi iniquitatem) in actu (et contradictione) in verbis (in ciuitate) id est in societate et cõuentu prauorum vel in vnitatem malorum: nomini christiano et veritati cõtradicentibus. **Et iniquitate qua dicitur hoc meum illud tuum p̄cesserunt cõtra dicitio et linguam: et charitate vero om̄ia cõmunia cor vñũ et anima vna. Et hec iniquitas nõ est ad horam sed**

Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia.

Die ac nocte id est assidue circumdabit eam) scz congregaciones malorum (iniquitas) existens (sup muros) id est maiores (eius) scz principes et prelatos qui deberent alios munire contra inimicos veritatis. Unde alibi. A senioribus egressa est iniquitas. Quicumq; enĩ alium fouet et defendit in peccato murus est ciuitatis iniquæ. (et labor) in oppressionibus est (in medio eius). i. in cõmuni plebe (et iniusticia) in iudicijs faciendis. Ideo etiã labor ibi quia iniquitas ibi: quia iniusticia ibi. Ubicumq; videris iniquitatem ibi intellige laborem. Qui iniquus est nunq; pacem habebit. torquet enĩ p̄scientia sua et ipse est hostis suus.

Et non defecit te plateis eius vsura et dolos.

Et non defecit sed semp durauit (de platea eius) quia nõ absconduntur saltem quia mala sunt sed publice fiunt. (vsura) qz plus exigunt in iniuria et in qualibet re alia q̄s acceperint vlt dederint. Est et alia peior vsura quando nõ dimittis quod tibi debetur vt tibi dimittatur (et dolos) quia alios decipiunt. In maioribus ergo et in minoribus est iniquitas et in aperto hoc faciunt et nõ abscondunt. Deinde postq; de agnitio egit inimicis consequenter agit de occultis qz in ipsa cecitate sunt non tñ aperti. ini. i. i. sed etiam occultũ qui magis nocent

Quonia si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiq;.

Qm̄ si inimicus meus. i. gentilis populus

(maledixisset mihi) sicut iudaicus maledixit. **Vel** Qm̄ si inimicus meus) aliquis ap̄tus et manifestus (maledixisset mihi) iurgis obprobria et blasphemias inferendo (sustinuissem vtiq;) id est patientius tolerassem. Tolerabilis us enĩ et minus iudicasset quia nõ inopinatum malum esset. et iacula p̄uisa minus ledere solent. et qz grauiora sunt mala que ab amicis q̄s que ab inimicis manifestis inferunt.

Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

Et si is qui oderat me qm̄ idola adorabat: vel aliter manifeste et aperte et (sup me). i. aduersum me (magna locutus fuisset). i. superbe mihi insultasset scz sup me magnificaret: et miraretur quicquid posset abscondissem). i. subtraissem (me forsitan ab eo) dans locũ verbis infans vt nõ erumperem in verba contentioſis. Magna patientia: ita locum dare verbis vt se absconderet ne aduersarius videret. Hec aut de Iuda traditore specialius intelligi possunt: quia ab iudeis abscondit se Iesus a Iuda autem minime se abscondit. Et dicit ambigue forsitan scdm̄ vsum humane locutionis. sic enĩ solemus loqui: forsitan illuc ibo. forsitan hoc faciam.

Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.

Tu vero o iuda (homo) p carnalitate (vnanimis) p simulatione (dux meus) p p̄dicatione quia feci te ducem cũ alijs sup pplm̄ meum et p̄mittebam ad locũ quo iurus eram (et notus meus) p fidẽ. vel qz domesticus et de cadẽ gente meũ. **Vel** (Tu vero homo vnanimis) olim et vnus meũ voluntatis (dux meus) qui aliquñ bene monuisti et bonũ cõsiliũ dedisti (et notus meus) qui in cadẽ ecclesia meũ fuisti.

Qui sil meũ dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cũ p̄sensu.

Qui simul cũ alijs (meũ) cõuersans (dulces capiebas cibos) tam corporales q̄s sp̄uales. (in domo dei). i. in ecclesia (ambulauimus cũ cõsensu) corporalis conuersationis qz in eius collegio erat. Tu inq; talis qz persecutus es me est mihi intolerabile et ad sustinendum difficile. Per Iudam et eius populũ significantur falsi fratres intra sanctam ecclesiam de quibus etiã p̄dicta intelligi possunt. qui cũ simulate viuunt tãto grauius quãto inter? sunt electos p̄munt. Nulla enim pestis efficacior ad nocendum q̄s familiaris inimicus. quos tamẽ exemplo suo dominus sustinere docet: sed ipsi penam eternam non euadent. vnde mutans personam de

alibus subiungit.

Veniat mors super illos: et descendant in infernum viuentes.

Veniat mors sup illos qui tales sunt id est digni sunt qz moriantur morte eterna. (et descendant in infernũ viuentes). i. scienter peccantes et scientes quia pereunt. Valium enĩ esse intelligunt quod faciunt nec tamen ab ipso desistunt. Talibus multo grauior damnatio q̄s ceteris incumbit quia scruis. qui scit voluntate domini sui et nõ facit plagis vapulabit multis. **Tis** meant ergo falsi fratres simulatores detractores religionẽ habitu ostentantes religiose tamẽ non viuentes. ad illos enĩ p̄inet hec sententia qua dicitur **Veniat mors sup illos: et descendant in infernũ viuentes. Et merito hoc eis** **Quonia nequicie in habitaculis eorum in medio eorum.**

Quonia nequicie multe sunt (in habitaculis eorum). i. in corporibus eorum. in quibus temporaliter peregrinantur et militant et in medio eorum) id est in corde. nihil enĩ tam eorum q̄s cor vnde nequicia p̄cedit. q. d. nequicias quam faciunt et toto corde faciunt et tam ope q̄s cogitatione nequicia pleni sunt. **Vel** prius sunt (nequicie in habitaculis). i. in hospitijs et conuentibus seu in angulis et in occulto: et postea (in medio eorum) id est cõmuniter seu in cõmuni et in aperto. Ita illi qui tales sunt pereunt

Ego autem ad deum clamaui: et dominus saluabit me.

Ego autem ad deum patrem (clamaui) dicit christus (et dñs) pater (saluabit me). i. saluabit a morte resuscitando. **Vel** (Ego autem dicit iustus) ad deũ tanq; ad saluatorem meum (clamaui) in conturbatione exercitacionis mee (et dominus saluabit me) suo diuino auxilio qd cõsequens erat. Si te afflixerit inimicus clama ad deũ et saluabit te. Hinc in alio psalmo ait. **Innoce me in die tribulationis et erua me. Et quia saluabit iam ego vt nõ ingratus**

Vespere et mane et meridie narrauo et annunciauo: et exaudiet vocẽ meam.

Vespere. i. de p̄teritis (narrabo) et (mane). i. de futuris (annunciauo). et meridie) q̄ lux excelsior est in sempiternis (et exaudiet vocẽ meã). **Vel** (vespere narrauo) patientia christi morientis in vespe (et mane annunciauo) resurrectõis ei? factã (in mane. et meridie exaudiet vocẽ meã) id est sedens ad dexteram patris vbi ascendit in meridie et interpellat pro nobis. **Voraliter** (mane) hoc est prima et tertia scz in pueritia (et meridie) hoc est sexta scz in iuuetute (vespere) hoc

est nona et vndecima scz in senectute et senio. (narrabo). i. cõfitebor peccata (et) deinde (annunciauo) id est p̄dicabo (et exaudiet vocẽ meã) qua clamabo ad eum quia quacũq; hora peccator ingemuerit. Et vere exaudiet vocẽ meam quia.

Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: qm̄ inter multos erant mecum.

Redimet. i. liberabit (animam meam) collocãdam in pace eterna (ab his qui appropinquant mihi) ad inferendam mortem (qm̄ inter multos) credentes (erant mecum) insidiantes vite mee. **Vel** (Redimet in pace) qz amari pacem (animam meam) de vicijs ad virtutes siue de hoc mundo ad patriam transferendo. Ipse est enĩ pax vera (ab his qui appropinquant mihi) cor porẽ nõ mente: nõie non vita: numero nõ merito scz a christianis fictis qui magis decipiunt q̄s aperti idolatre qui meũ habitant in domo et sub imagine religionis laqueũ mihi parant deceptionis (qm̄ inter multos erant mecum) multa e palea: et pauca grana: multi sunt vocati: pauci vero electi. isti aut non erant de granis et paucis electis s; de paleis et multi vocatis.

Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula.

Exaudiet deus me et humiles exaltando in eternitate et nõ solũ exaudiet me p me orantem sed etiã pro humiliandis inimicis. vnde sequitur (et humiliabit) de superbia deiciendo in damnatione (illos) superbos se exaltantes qui erecti sunt in dissensione. ille (qui est ante secula) id est eternus et potens om̄ia quod ipsi nõ credunt. Quia et si ex tempore christus deus noster et Maria virgine in principio erat verbum: et verbum erat apud deũ et deus erat verbum. Et merito humiliabit.

Non enim est illis cõmutatio et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo.

Non enim est illis cõmutatio de malo in bonum nec mutantur in melius sed descendunt in peius (et non timuerunt deũ) et ideo non declinauerunt de malo in bonum. Hoc enim remedio conuertitur homo scilicet quia timet deum. Sicut timor dñi initium sapientie est ita nõ timere deũ mortis initium est. et p his sequitur pena. ideo enĩ (extendit manum suã) a fili ferire volentis. et h (in retribuendo) vindictã scdm̄ eorum meritum: hoc est vt retribuatur eis pena debitam p peccato quod erit in iudicio. Et nõ satis fuit eis nõ timere nec cõmutari: s; etiam.

Contaminauerunt testamentū eius: di-
uisi sunt ab ira vultus eius: et appropin-
quabit cor illius.

Contaminauerunt testamentū eius: quantus
ad se dum cōtraria agunt et scripturas peruer-
tunt. id est legem eius despererunt et pphanaue-
runt male viuendo et scripturas eius puerse in-
terpretando: ideo (diuisi sunt) p mundum et he-
reticos seu errores (ab ira vultus) et seueritatis
(eius). i. ab ipso irato qui dimisit eos: et diuisi
dentur in futuro vt palee a granis (et) per hoc
(appropinquabit cor illius) suis ad intelligen-
dum. i. voluntas dei secreta que in scripturis cō-
tinentur: declarata est per expositiones sanctorū
qui prius tanq̄ in pace dormiebant sed p her-
eticos sunt excitati eos pungentes. Et ita
Molliti sunt sermones eius sup oleum:
et ipsi sunt iacula.

Molliti sunt .i. intelligibiles facti (sermo-
nes eius) scilicet dei prius obscuri et ideo duri
ad intelligendum (sup oleum) quia sicut oleum
fouet carnem sic suauitas sermonum dei fouet
animam. Quedam enī in scripturis dura vi-
debantur cum obscura essent exposita molli-
ta sunt (et) tamē ipsi sunt iacula quia tanq̄ sa-
gitta corda hoīm transfigunt et feriunt et ad dei
timorem et amorē inducunt dum in pectora au-
dientium dirigunt ab instans oportune im-
portant: sed si tibi puero qui lacte nutritis ad-
huc duri sunt.

Facta super dñm curam tuam et ipse te
enutriet: et non dabit in eternum fluctu-
ationem iusto.

Facta sup dñm (non in alium) curam tuam
id est omnia ab ipso expecta et a te vel ab alio
nihil. Ipsum cogita in ipsum tanq̄ in portum
omnem spem pone et soli gratie dei innitere (et
ipse te enutriet) in fide et moribus in doctrina et
virtutibus: quia (nō dabit in eternum) licet ad
horam (fluctuationē) et percussione (iusto) qua
hoies seculares in auariciam et alia vicia pfer-
runtur: quia et si ad tempus fluctuat et tenta-
tur et affligitur iam tamen anchora suā in celo
habet fixam: et post tentationem fluctuū por-
tum quietis in eternum dñs illi pparabit et in
eterna quiete cum refouebit. Et subiūgit quid
imp̄s erit.

Tu vero deus: deduces eos in puteum
interitus.

Tu vero deus qui sanctos enutris (deduces
eos) scilicet impios qui nec te timent nec in te
confidunt (in puteum interitus). i. in tenebras
submersiois et puteum gebenne vt qui nolue-

runt bibere de fonte aque viue in puteum inte-
ritus et oim tribulationū fluentibus submergan-
tur et inde potentur. Puteum dicit infernū p
pter profunditatem irremediabilem et obscuritatem
Iste locus iniquis preparatus est vt in eo tan-
q̄ in profundo puteo cadant et intereat. In que
deducet eos deus nō q̄ ipse sit auctor culpe eo-
rum. sed q̄ ipse sit iudex iniquitatis eorum. Et
vere deduces quia.

Uiri sanguinum et dolosi non dimidias
bunt dies suos: ego autem sperabo in te
domine.

Uiri sanguinum id est psecutores et sangui-
nis effusores (et dolosi) qui per simulationē et
fraudem incautas decipiunt animas (non di-
midias bunt dies suos) scilicet voluntarios nō a
deco constitutos id est nō viuunt q̄ diu putant
nec medium spaciū vite habebūt quod in ma-
lis se complenturos psumebant: sed infra tem-
pus peribunt quod sperant. Uel (Non dimi-
diabunt dies suos) vt si quos egerunt in malo
reliquos curēt agere in bono reuertentes ad pe-
nitentiam et redimentes tpus sed cōtinuabunt
omnes in malitia vsq̄ in finem. Et hoc nō de
omnibus intelligendū est quia multi post effusi-
onem sanguinis et dolositatē conuersi sunt ad
penitentiam et salutē: sed de illis tm̄ qui nō re-
muerunt deum. illi ita (ego autē sperabo in te
domine) id est non in mundo nō in hoie vt illi
sed in te spem meam constituā et ideo ad eternū
diem perueniam.

Oratio
Iesu dñe qui ante secula manens conditio-
nemq̄ humanā suscipiens ab vnanimō disci-
pulo p dñis morte subisti pro perditis exaudi
orōnem supplicum et presta vt te respere et ma-
ne et meridie laudantes mereamur ab hui⁹ se-
culi tempestantibus defensari. Per d.

Oratio ecclesie vel cuiuslibet fidelis
in tribulatione pro sua liberatione sup-
plicantis et pro sua exauditione gratias
agentis. ps. lv.

Miserere mei de-
us qm̄ cōculcauit me homo: tota die
impugnans tribulauit me.

Auctor psalmi propheta David. Titulus
talīs est. In finem p populo. rē. id est psalmus
iste tendens in finē id est in christū: attribuitur
ipsi david. i. ecclesie. Psalmus dico habitus p
pplo scilicet vt ipa liberetur a populo qui a sanctis
longe factus est in tituli inscriptione quia cum
sancti confiteantur Christum regem iudeo-
rum sicut titulus dicit: populus ille cōtradicit

sue dicitis vt iudei et pagani siue factis vt ma-
li christiani cum tenuerūt eum allophili id est
alienigene scilicet populi longe a sanctis facti.
in Gab quod interpretatur torcular. id est in
pressura huius vite. Adhuc tenentur mem-
bra Christi in pressuris que viles sunt vt vi-
num iusticie exeat ponendum in apotheca do-
mini. hic ergo psalmus bene ordinatur post p-
cedentem q̄ et hic et ille monent ad idem. **Ha-**
teria: Oratio ecclesie vel cuiuslibet fidelis p sua
liberatione. Intentio: nos inter aduersa cōfir-
mare et admonere vt cū patientia sustineamus
mala huius vite: attendentes etiā illos qui no-
bis mala inferunt ad nos cōverti. Sma in ge-
nerali: propheta in isto psalmo in psona eccle-
sie vel cuiuslibet fidelis positi in tribulatione orat
deum deuote p sua liberatione et adeo exaudi-
tus agit gr̄as deo tanq̄ gratis. Sma in spe-
ciali: Ecclesia ergo vel fidelis tanq̄ vna pressa
in torculari clamat. d. (Miserere mei de⁹) dan-
do patientiā et auxiliū de maloz psecutione ne
deficiam in tribulatione. et indigeo qm̄ cōcul-
cauit me pedibus supbie sicut vnam in torcula-
ri (homo) inimicus scilicet primus et etiā diabo-
lus: de quo dicitur in euangelio: inimicus ho-
mo hoc fecit. (tota die). i. toto tpe assidue (im-
pugnauit) primus visibiliter: et diabolus in-
uisibiliter (tribulauit me) suis impugnationibus
tanq̄ granis trituratur in area. Nullus enim
pie viuunt in christo sine tribulatione. dicitur autē
diabolus homo a deuicto hoie sicut cypio af-
frican⁹ a subiugata affrica. Et repetit ap̄tus.

Conculcauerūt me inimici mei tota die
qm̄ multi bellantes aduersum me.

Conculcauerūt me) quasi pedibus vnam (ini-
mici mei) mundus p tribulationes. diabolus p
tentationes. caro p miseras et infirmitates (to-
ta die). i. toto tpe vite mee et continue. et necesse
est vt miseraris (qm̄ multi bellantes) steterunt
(aduersum me) scilicet demones et mali hoies et ca-
ro aduersus spm̄ cōcupiscens qui cōtinue cō-
tra nos pugnant vt saltē tedio vincāt. Et licet
multi pugnent contra me nō tm̄ timebo eos quia
potentia eoz ad horam est et parum durat. vnde
sequitur.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in
te sperabo.

Ab altitudine diei) et parui tps. i. a supbia
tpali et a potentia eis ad horā data (timebo) q.
d. non. sed potius spem meā in te constituā. vñ
subditur (ego vero in te sperabo) quod est cau-
sa nō timendi vel sine interrogatōne licet pu-
gnet cōtra me nō tm̄ timebo eos: sed (ab altitu-

dine diei) et luminis tui excelsi hoc est altitudi-
nem diuinitatis solū (timebo) q̄ hic timor ar-
rogantiā abiicit et qui nō timet psumptuose
agit. nec timens desperabo immo (ego vero in
te). i. tua misericordia et nō in mea iusticia (spe-
rabo) nulli vero in te speranti timendū est serui-
liter. spes enī seruilē timorē abiicit.

In teo laudabo sermones meos: in deo
speravi nō timebo qd faciat mihi caro.

In teo laudabo sermones meos) q̄ bene
loquor attribuens et in his que dico nō me sed
ipm̄ cōmendans q̄ ab ipso habeo. Sermo-
nes et dei sunt quia dat: et mei quia accipio (in
deco) et eius ptectione (speravi) et spem meā po-
sui. ideo (nō timebo quid faciat mihi caro) id ē
homo carnalis et fragilis. Qui enī habet for-
tem tutorem nō habet timere debilem psecuto-
rem. Spes fixa in deo omnē timorē expellit
et transitoria tormenta cōtremnit. generat enim
charitatē et patientiam quibus calcatur mun-
dus et supas diabolus. Quid enī caro facit

Tota die verba mea exerebantur: ad-
uersum me omnes cogitationes eorum
in malum.

Tota die) id est omni tempore et cōtinue ver-
ba mea bona et ad bonum informantia (exe-
rabantur) id est abominabantur tanq̄ mala.
et (aduersum) id est contra (me) sunt (omnes co-
gitationes eorum) exercentes (in malum) meum
scilicet culpe et pene. Cum enī respuuntur ver-
ba persona dicentis non est immunis ab ini-
ria. Si panem ipsum abominantur quomo-
do parcent vasculo in quo administratur. Re-
probi enim aduersus iustos non cogitant nisi
malum quomodo eos et sermonē eorum pos-
sint destruere et annihilare. nec solum extranei
psequunt sed etiā domestici ideo subiungit.

Inhabitabunt et abscondent: ipsi calca-
neum meum obseruabunt.

Inhabitabunt) etiam quidā meū in vna
domo in vna ecclesia (et abscondent) dolos et
laqueos malicie sue: fingentes se amicos. et si
non statim possunt malum facere quod cogi-
tant (ipsi calcaneum meum) id est finem actio-
nis vel vite (observabunt) vt vel in fine cogita-
ta valeant adimplere. Diabolus etiam obser-
uat iniū nostrarum actionum et si sic non p-
ficit obseruat progressum et tandem finem et cō-
summationem quia scdm finem iudicatur.
Semper ergo seruus dei debet esse vigilans
vt nec in principio nec in fine reprehensibilis
inueniatur. Docet tamen et pro salibus orare:
dicens.

Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo
saluos facies illos in ira propter os fringes.

Sicut illi (sustinuerunt) expectantes et cum
expectatione querentes (animam meam). i. vitam meam
ut auferrent et perderent eam nullo meo merito
precedente et sine causa: ita et tu (pro nihilo). i. pro
nullis eorum meritis sed gratis pro pietate (saluos
facies illos) scilicet hoc modo (in ira) paterna et di
sciplina (propter os) supbos (confringes) et humilia
bis deprimendo eos a superbia. q. d. terrebis et
implebis eos tribulationibus et flagellis et sic tri
tos et humiliatos ad te duces. **Uel** Confringet
populos in ira. i. in consideratione ire ventare dum
eam prouident et cauent. Et ego ad eorum insti
tutionem et correctionem o

**Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti
lachrymas meas in conspectu tuo.**

Deus vitam meam que mala fuit (annunciaui ti
bi) in confessione non te docens sed me damnans
id est annunciaui me fecisse multa mala et illa
mibi in confessione esse ydonata ut ipsi audientes
non desperent de peccatis suis sed me sequantur
et exemplo meo pro confessionem medicinam salu
tis consequantur. et tu (posuisti meas lachrymas)
amaras quas ego fudi peccata mea annuncian
do (in conspectu tuo) et ante oculos tuos eas tan
quam tibi placitas aspiciendo. i. acceptabiles habu
isti et me exaudisti.

**Sicut et in promissione tua: tunc conuer
tentur inimici mei retrosum.**

Sicut et in promissione tua) erat. i. sicut promi
sisti exaudire orantem cum lachrymis et condone
nare peccata confitentibus sic egisti. Inueni te mi
sericordem in promittendo: veracem in reddendo.
et (tunc) scilicet pro tuam confessionem et meam annu
ciationem (conuertentur inimici) et aduersarij
(mei) a suo errore et a sua vita mala ita ut sint
(retrosum). i. ut sequantur qui nunc precedere
volunt et ideo corrigi nolunt: precedit homo per
superbiam et volens facere voluntatem suam re
trosum conuertitur pro humilitate et paratus ad
obedienciam. Et

**In quacumque die inuocauero te: ecce cog
noui quoniam deus meus es.**

In quacumque die) siue in pueritia siue in me
dia etate siue in fine vite. vel siue in prosperis siue
in aduersis (inuocauero te) nil aliud querens
nisi te (ecce cognoui) per experientiam et manife
ste intellexi quoniam deus meus es. i. ostendis te esse
deum meum me audiendo et mihi in aduersis assi
stendo. Non ait quoniam deus es sed quoniam deus meus
es. quia et si oim deus est meus tamen proprie est cum
mibi subuenit: cum colo: cum amo et ab

eo alienus non sum. Ecce magne diuinitie fidelium
Vira autem dei clementia et velocis misericordia osten
ditur que quodlibet tempus nostre conversionis ex
pectat et quicumque rogat: se indulget Et ideo
**In teo laudabo uerbum: in domino laudabo
sermonem: in teo speraui non timebo quid
faciat mihi homo.**

In teo laudabo uerbum). i. doctrinam ad eum
referas (in domino laudabo sermonem). i. quicquid
loquar ei attribui. **Uerbum** proprie est predicatio de
fide quomodo trinum et unum deum debeamus
credere. Sermo est de moribus qualiter debeat
mus uiuere quod caste: quod sobrie: quod iuste: quod pie. Et
hec omnia debemus ad deum referre quatenus
in eo quod bene credimus aut iuste uiuimus aut
recte loquimur et nos in deo et deus in nobis
laudatur et honoratur. Et si quid uiget (in deo)
qui est potentissimus et liberalissimus (spera
raui) mundana premendo. et ideo (non time
bo quid faciat mihi homo) terrena sapiens quod
exteriora tamen non interiora potest auferre: et ideo
si auferat temporalia habeo in que deo offeram spiri
tualia. quia

**In me sunt deus uota tua: que reddam
laudationes tibi.**

In me sunt) deus uota tua) a te data et ti
bi reddenda quia tu ea dedisti mihi et ego pro
beneficijs mihi impensis debeo ipsa tibi. i. in
tus in arca cordis habeo quod offeram non extra
queram (que) uota (reddam laudationes tibi)
id est ad laudem nominis tui quia hec uota sunt lau
dationes et gratiarum actiones deo reddende et hic
et in eterna beatitudine Hec sunt uera dona et
grata sacrificia que a nobis erigit dominus scilicet pia
uota: sancta desideria: et uoluntas bona: fides
recta: spes certa: et charitas perfecta. Quisquis
talibus dona prosequitur laudes omnipotentis domino red
dit. Ideo autem laudabo hic

**Quoniam eripuisti animam meam de morte: et pe
des meos de lapsu: ut placeam coram teo
in lumine uiuentium.**

Quoniam eripuisti animam meam) de morte) culpet
gehennam quia pro se mortua erat et per te uiuit (et pe
des). i. affectus (meos de lapsu). i. a pernitente ca
dendi in peccatum (ut placeam) hic coram domino. i.
in conspectu domini (in lumine uiuentium) scilicet in lu
mine fidei et gratie qua uiuitur. **Uel** ideo lauda
bo in futuro. (Quoniam eripuisti). i. eripies (animam
meam de morte) eterna (et pedes meos de lapsu)
id est a cadendi periculo quia ibi nullo modo mo
uebitur ad malum mea affectio. (ut placeam) pro
secte (coram domino) et in pernitente eius (in lumine ui
uentium) eternaliter scilicet in lumine spectet et glorie

quod est lumen sanctorum. Et hoc erit quando im
mortales et sine peccato illic apparebimus ubi est
lumen uerum et uita eterna. **Oratio**

**Belloz inuisibilium optime pugnator eter
ne deus qui in te confidentes ab inimicis obrui
non permittis et terge precamur ab oculis nostris
peccati lachrymas ut dum nos carnalia bella
comprimimus placere tibi in lumine uiuentium
mereamur.** Per do.

**Psalmus de christi incarnatione pas
sione resurrectione: ascensione: et ora
tio eius vel ecclesie et cuiuslibet fidelis
pro liberatione a malorum persecutioe.**

ps. lvi.

Miserere mei de

us miserere mei: quoniam in te confi
dit anima mea.

Auctor psalmi) propheta dauid. Titulus hic est
In finem ne despicias. Hoc est psalmus iste di
rigens nos in finem. i. in christum admonet te qui
cum es ne despicias dauid. i. ne de honores christi
sum in tituli inscriptione scilicet negando christum re
gem esse quod tituli inscriptio affirmabat. Non
ideo despicias nec hoc te moneat cum fugeret. i. quod
fugit dauid. i. christus a facie saul. i. a cognitione
iudeorum in speluncam carnis uel sepulchri et quod so
lam humanitate christi cognouerunt et in sepul
chro mortuum uiderunt quidam tituli inscriptionem
mutauerunt negantes christum esse regem iudeorum:
hic psalmus recte post precedentem locum habet quod
ad idem ad quod ille inuitat. **Materia** christi uel
ecclesie et cuiuslibet fidelis pro aduersa patienter
sustineant et in domino fiducia ponant. Sententia
in generali propheta in isto psalmo in persona christi
uel ecclesie et cuiuslibet fidelis in afflictione po
siti promittit humilem orationem: subiungit orationis
piam exauditionem et annectit pro exauditione de
uotam gratiarum actionem. Sententia in speciali
christus ergo secundum quod homo ad presentem oras di
cit (Miserere mei deus) dando presentiam in pas
sione (miserere mei) faciendo me resurgere. uel
(miserere mei) in merito et in pernitente infundendo
gratiam (miserere mei) in premio et in futuro con
ferendo gloriam. Seminando quoque orationem ma
gnam ostendit periculum et magnam insinuat neces
sitate magnamque notat affectus intentionem. Et
misereri (quoniam in te) et in tua misericordia non
in se suisque uiribus uel in alio (confidit anima
mea) et proprium est tibi prestare gratiam et miseri
cordiam illis qui habent in te fiducia.

Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec

transeat iniquitas.

Et in umbra alarum tuarum). i. in munimine
tue misericordie et potentie (sperabo) scilicet protegi a te si
cut pullus sub alis matris sue: quia his alis qua
si quodam materno affectu protegitur et ab estu perse
cutionum uiciorum defendis sperantes in te (do
nec transeat iniquitas) et insultatio iniquorum: quod
iam completum est in capite: sed in fine penitus
complebitur in membris. **Modo** ergo in hoc se
culo quoadiu durat iniquitas unicuique iusto spes
est necessaria ut sperando bona eterna patien
ter mala sustineant temporalia. Et interim in tribu
latione constitutus.

**Clamabo ad deum altissimum: deum qui
benefecit mihi.**

Clamabo) corde et ore. i. intense orabo) ad
deum altissimum) magnificentia et pro frequens
potentissimum ad me saluandum) Clamor ad deum
est desiderium nostrum: quanto plus quisque deside
rat tanto amplius clamat (deum) dico) qui be
nefecit mihi) de preterito) spero quod faciet in fu
turo. q. d. exoptus sum quod ante mihi benefecit et
experientia prestat fiduciam quod et clamantem audiet.
Audi quanta beneficia ut amplius deum diligas
et deuotius clames.

**Misit de celo et liberauit me: dedit in ob
probrium conculcantes me:**

Misit mihi de celo) auxiliu) et pro hoc) libera
uit me) suscitando et exaltando (dedit concul
cantes me) qui mihi mortuo insultauerunt (in
obprobrium) scilicet dispersos ubique nusquam habentes
stabilitatem et certam sedem et maxime cum ui
dent eius resurrectionem adorari quem putabant
seletrixisse **Uel** (misit) pater (de celo). i. de ex
celso de secreto suo et pro hoc) liberauit me) de pe
riculis (dedit in obprobrium conculcantes me)
scilicet malignos spiritus et homines ut me concul
cantes a deo propter me conculcarent.

**Misit deus misericordiam suam et ueritatem
suam: et eripuit animam meam de medio ca
tilorum leonum: dormiui conturbatus.**

Misit deus) pro me (misericordiam suam) genibus
(et ueritatem suam) iuxta promissa iudeis (et eri
puit animam meam) de medio catulorum leonum) id est
populi seuiantis qui imitator erat principum: eri
puit inquit de morte quia (dormiui) facile excitatus
sicut dormiens (conturbatus) opinione eorum
rum uel secundum carnem prius in passione **Uel**
(misit deus) pater (misericordiam suam et ueritatem
suam) id est christum filium suum in quo misericordi
ter egit et promissiones impleuit: christus est dei mi
sericordia: nobis copatiens quia peccata dimittit:
christus est ueritas nobis retribuens quia im

plet quod pmisit (et eripuit animā meā de meo catulo leonum). i. inimicorū ferociū qz de peccato: de pte diaboli z de inferno (do: muū cōturbatus qz in eis nō sine turbatōe detineri et quasi dormire videbar. Et ostendens q sunt illi conturbantes subiungit.

Filij hominū dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acut⁹.

Filij hoim). i. hostes mei qui sunt filij hoim q. d. leones z catuli p̄dicti nō sūt bruta animalia p naturā sed filij hominū z stat ille nominatur filij absolute vt locū habeat sequēs relatō cum dicit (dentes eorū). i. corrosiones z mordētes locutōes iporū sunt (arma z sagitte) qz eis tāquam armis et sagittis modo de prope: modo de longe: modo manifeste: modo occulte vulnere rare molia sunt (z lingua est gladi⁹ eorū acut⁹) q̄ velociter et cito necat. Deinde p̄ba vidēs in spiritu dñi vsqz ad mortē humiliatū z post tātam humiliationē cum resurrecurū exultans et gaudens exclamat dicens.

Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.

Exaltare) vt qui pendēs in cruce tm̄ homo videris in maiestate cum patre regnare cognoscaris (sup celos de⁹) ad litterā qm̄ sedet ad dexteram patris sup celos etiā spirituales qz angelos habet subiectos (et sic in omnē terrā) dilatetur (gloria tua) et vbiqz extendat qd modo completū est: dño enim residente in celis vbiqz terrarū p̄dicata est gloria resurrectionis eius z diuinitatis vel laus tua exaltet z transcendat celos z spirit⁹ celestes et vbiqz manifestet gloria tua p̄dictos malos humiliando vt omnes habitatores terre te glorificent adorādo. Deinde ad verba passionis redit z in p̄sona dñi. d.

Laqueū parauerūt pedibus meis et incurrauerūt animā meā.

Laqueū) quasi latenter (parauerūt) filij hominū (pedibus meis). i. deceptorū actibus p̄tēderunt ponendo insidias ad me supplantādus et capiendū (z incurrauerūt animā meā) id est incuruare z flectere conati sunt a rectitudine veritatis z iusticie. Laqueū etiā pedibus nostris maligni spiritus et eorū ministri parant qz occulta tentamenta bonis nostris actibus p̄tendūt vt impediāt. Anima vero curuat: cum de bono ad malū reflectit cum desiderio supnoꝝ relicto terrenis desiderijs implicat pudeat q̄ terrena occupare z dorsa mentū malignis spiritibus ascendere z transire volentibus curuādo prebere hoc fecerunt sed non me ignorante. **Flam.**

Foderūt ante faciem meam foueā: et inciderunt in eam.

Foderunt ante faciem meam) et me sciente (foueā) querētes me decipere z perdere hoc agendo nō mihi sed sibi nocuerunt. Unde seq̄tur et ipsi (inciderūt in eam) qz volentes me decipere decepti sunt z parantes mihi mortem se ipsos interius occiderūt. Nemo prius peccat in alter: q̄ in se ip̄m: fouea p̄ctōis est mala cōscientiā ibi necesse est omnes malos cadere. Et bene ait ante faciem meam: qz non cum lauit sciens est traditus volens occisus. Et quibus verbis vera nobis insinuat dñi nostri patientia. Unde et subdit. Ita illi parauerūt foueā et mortem ad opprimendū Sed.

Paratū cor meū deus paratū cor meū cantabo et psalmum dicam.

Paratū) est (cor meū) o (deus) amore tui ad omnia libentī animo sustinenda. Item (paratū) est (cor meū) ad te laudandū z tibi gr̄as agendū: vel repenti ad confirmationē vt per se uerantā notet in patientiā: possit enim ad horam sustinere z postea deficere. Illi inciderunt in eam: ego autem (cantabo et psalmū dicam) id est verbis gratias agam z opibus z gloria: boz in tribulationibus. Ad dei laudem cantus cum psalmo debet concordare vt quod ore p̄fertur cōmendat ope. Et hec duo p̄dicte geminationi reddidit qz ad vtrūqz paratus fuit deinde expleta passione carnem suam denunciat suscitandā cum subiungit.

Exurge gloria mea exurge psalteriū et cithara: exurgam diluculo.

Exurge) potenter o (gloria mea) id est caro mea glorificata et que es causa glorie mee. Et repetendo aliud addens subdit (exurge psalteriū) (id est caro diuina operans (et cithara). i. caro humana patiens: psalteriū enim a superioribus reddit sonū cithara ab inferiori: p̄ psalteriū ergo et citharā vna caro christi intelligit et duo factorū genera scilicet miracula que desup fuerunt: z signant per psalteriū. Ac passiones: necessitates que ab inferiori fuerunt et signant p̄ citharā. Et hec duo genera factorū surrexerūt et euangelū impleuerunt vtrūqz in genibus p̄dicantur et domino confitent: declarat etiā sue resurrectionis horam cum addit (exurgam diluculo) id est mane: mane enim p̄ma sabbatū resurrexit dominus iesus: vel in persona ecclesie z fidelis. **Uel** (exurge gloria mea) id est in me laus diuina excietur p̄pter beneficia mihi diuini exhibita (exurge psalteriū z cithara) id est laus de superioribus dei factis z inferioribus

bus (exurgam diluculo) id est p̄mpte et volentī animo. **Et sic.**

Confitebor tibi in populis domine: et psalmū dicam tibi in gentibus.

Confitebor) confessione laudis (tibi) o (domine) id est ad honorē tuū hoc est laudabo te (in populis) id est in iudeis (et psalmū dicam tibi) id est laudem z bonam operationē p̄dicabo non solum in iudeis sed etiā in gentibus id est inter gentes vt z ipsi ad hoc puocent z celestem actū tota tibi p̄soluāt ecclesia. **Eccē fructus passionis et resurrectionis.** Et attende q̄ ipse filius dei ex tanta iusticie actione nō querit gloriam suā sed eius qui misit eum vt non gloriatur in se omnis caro sed qui gloriatur in domino gloriatur. Et merito confitebor tibi et psallam.

Quoniā magnificata est vsqz ad celos misericordia tua: et vsqz ad nubes veritas tua.

Quoniā magnificata est vsqz ad celos misericordia tua) id est vsqz ad angelos z celestes alias virtutes. Omnipotens enim deus p̄ misericordiam suam peccatores homines leuauit vsqz ad angelos quibus miseri homines p̄ misericordiam in resurrectione sicut pares et idēo misericordia dei nobis exhibita vsqz ad celos id est vsqz ad angelos ascendit (z vsqz ad nubes) id est homines predicatorēs veritatis de quibus deus tonat p̄ceptis: choruscat miraculis pluit doctrinis (veritas tua) venit qz cognitio veritatis que prepollat in angelis descendit etiā ad homines Gloria deo nostro qz nec deseruit nos facere beatos nec fraudauit veritate sed sanauit oculū cordis nostri vt eum nunc fide et postea facie ad faciem videre valeamus p̄ tanto ergo gaudio et vtilitate repenti psalmistaver sum quem dicit.

Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.

Exaltare super celos deus: z super omnem terram gloria tua) Iterat quod ante dictū erat vt fidem nostrā confirmet: et quia circa hunc versum maxime intentio z vtilitas psalmi versatur: hoc enī dicit p̄pheta ante tot annos hoc modo videmus nos. Agentes ergo gratias dicamus et nos cum p̄pheta (Exaltare super celos deus) quod factū est in ascensione christi (et super omnem terrā gloria tua) quod factū est cum in omnē carnem effudit donū spirit⁹ sancti. **Exaltatur deus in passione in cruce: plus in resurrectione plus in ascensione plus in spiritu sancti missione plurimū cum venerit ad iudicium.** **Exaltatur etiam in nobis per incomprehensibilitatem z quando laudibus extollitur scdm nostrum possibilitatem.**

Oratio.

Transfer domine iniquitatē familie humilis sub tuarum alarū ymbra sperantis vt misericordia tua sempiterna a nequissimis insidiatorum foucis z laqueis eruat. **Per dominū.**

Psalmus de malicia et miseria iniustorum iustos p̄sequentū et de leticia et fectu iustorū in vltione et punitione peccatorum.

ps. lviij.

Vero vtiqz iusticiam loquimini recte iudicate filij hominum.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Titulus talis est. In finem ne disperdas vel corumpas dauid in tituli inscriptione id est psalmus ille dirigens nos in finem id est in christū hoc agit ne tu disperdas vel corumpas dauid id est de honores christi in tituli inscriptione hoc est ne minuas regnū christi te ipsum regno eius subtrahendo vel ipsum regem negando quem titulus regem dicit et affirmat. Quia ergo supra monuit vt boni patienter aduersa sustineant et in bonis perseuerent monet nunc vt mali a malicia desistant ne damnationem incurrant. **Malicia: miseria malorū bonos p̄sequentū z leticia iustorum in vltione peccatorū.** Intentio monere vt mali et iniqui a malicia sua desistant ne eternā damnationē ex diuina iusticia incurrant. Sententia in generali p̄pheta in isto psalmo in persona christi ad iudeos z in p̄sona ecclesie ad omnes loquens malitiam iniquorū detestatur z exprobrat penam debitam p̄ culpa iporū cōminatur narrat vtriusqz malorum damnationē terreamur ab eorū imitatione subiungitqz de leticia iustorū ac correctōe z p̄fectu iporū cum vltionē viderint peccatorū vtriusqz leticia bonorū alliciamur ad imitationem iporū. Et specialiter intelligit de iudeis christum multipliciter p̄sequentibus. Sententia in speciali christus ergo loquens contra iudeos vel ecclesia contra omnes ait. (Si vere) z non false (vtriusqz) et certe (iusticiam loquimini) id est si est in corde quod est in ore z si nō aliud in labijs aliud in corde geris vt sit iusticia non laborum sed factorū ergo (recte iudicate) id est vtriusqz (filij hominū) discernentes bonū a malo scdm iusticiā quam loquimini vt labia cogno

scantur in factis: nam bona loqui et mala agere iudicium est damnationis quasi diceret si veritatem iusticie habens in corde et loquimini in ore exequimini etiam in opere cuius contrarium facitis quia vobis est iniquitas in corde in manu et in ore.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnant.

Etenim in corde et in intentione cordis vestri (iniquitates operamini) mala gerendo voluntatem: et bene dicit operamini quia voluntas prava apud deum pro facto reputabitur (in terra) id est terrenis inherentes nam cum in terra cor figurat inde iniquitas in corde generat (in iniusticias manus vestre concinnant) id est iniustas actiones iniustis voluntatibus apponunt et aggregant et aliud pro alio supradant. Est enim continuare ex multis partibus iniquitatem adunare. Ecce iniqui sunt et corde et manu. Deinde ostendit unde hoc eis convertens se ad auditores ut eos cautos faciat Quia.

Alienati sunt peccatores a vulva: erraverunt ab utero: locuti sunt falsa.

Alienati sunt peccatores) a veritate et iusticia a deo et bono et statim (a vulva) id est ab ipsa egressione et natiuitate ex utero (erraverunt) statim (ab utero) id est ab ipsa conceptione et natiuitate in utero: non quia ex tunc peccaverunt sed quia deus antequam nascantur precognoscit qui peccaturi sunt atque in errore et falsitate per mansuri (locuti sunt falsa): et mendacii: spernendo et reliquendo veritatem: non ab utero sed a principio quo sciuerunt discernere inter bonum et malum. Ecce etiam iniquitas in ore et de hoc sunt inexcusabiles quia noluerunt veritati credere.

Furoz illis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surde et obturantis aures suas.

Furoz) id est furiosus error est illis secundum similitudinem serpentis) qui iratus venenum effundit sic illi contra christum et suos faciunt ecce virus et venenum invidie in illorum furore. Qui etiam ex pertinacia penitentiam negligunt. Unde sequitur (sicut aspidis surde) que obturando surda efficitur ideo additur (et obturantibus aures suas) terra et cauda: dicitur enim alteram aures terre affigere alteram cauda obstruere ne carmen incantatoris audiat per quod se cogit sentit ad exequendum de caverna in qua se abscondit unde subditur.

Que non exaudiet vocem incantantium

et venefici incantantis sapienter.

Que) scilicet a spis quia obturat aures (non exaudiet vocem incantantis) ut ad lucem exeat (et venefici) id est incantatoris (incantantis sapienter) quantum ad artem suam. Sic et illi obturat aures suas terra id est peccatis presentibus et cauda id est peccatis preteritis quibus homo delectatur: alteram enim aurem cordis terre id est presenti delectationi apponit alteram vero cauda id est memoria preteritarum delectationum obturat nolentes audire vocem christi et fidelis predicatoris seu ammonitoris ut de vicioz tenebris educantur ad lucem veritatis. Ecce obstinatio in malis. Ita illi committunt. Sed.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum moles leonum confringet dominus.

Deus conteret dentes eorum) id est verba eorum detractoria et dolosa quibus tanquam dentibus mordent facit inutilia (in ore ipsorum) quia verbis suis capiet eos ut ipsi videant verba sua esse falsa et ab ipsis retractanda (moles leonum) id est verba superba hominum iniquorum ad modum leonum ferocius quibus tanquam dentibus maioribus nituntur innocentes conterere (confringet dominus) ne ad effectum veniant. Ecce que eis fit retributio. Quod apertius exponit subdens.

Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmetur.

Ad nihilum devenient) ipsi peccatores et subito deficient (tanquam aqua decurrens) que defluit et cito transit et si modo videantur torrentes ad saxa superbie sue sonantes quia (intendit) scilicet dominus (arcum suum) id est vindictam parat ad eos inter se puniendos (donec infirmetur) id est penitus a suis viribus debilitentur ut ulterius non valeant nocere bonis: tamen enim permittit deus malos in bonis deservire quantum hoc bonis novit prodesse vel ad correctionem morum vel ad augmentum virtutum.

Sicut cera que fluit auferentur: super cecidit ignis et non viderunt solem.

Sicut cera que fluit) et dissolvitur a facie et ardore ignis (auferentur) ab omni virtutum constantia vel de presenti vita morte repentina (super cecidit) super eos (ignis) concupiscentiarum et vicioz: vel (ignis) infernalis et eternus (et non viderunt solem) iusticie veri luminis visione privati et hic et ibi. De quo illi dicturi sunt in futuro et sol non ortus est nobis transierunt omnia illa tanquam umbra erravimus in via

veritatis et iusticie lumen non luxit nobis. Et convertens se ad ipsos peccatores ut attentiores faciat subiungit.

Præiusque intelligerent spine vestre rannum: sicut viventes sic in ira absorbet eos.

Præiusque spine vestre) o miseri peccatores id est punctos male conscientie (intelligerent) et perciperet (rannum) id est peccatus ranno esse simile. Rannus enim est herba prius mollis. Deinde cum maturefcit acutissimos aculeos habet sic peccata nunc mollia et delectabilia sunt sed post gravissime pungunt dum ergo delectant si quis non intelligit et cogitat futuram punitionem non intelligit rannum. Spine vero rannum intelligit cum impij docebunt penarum experimento quod eos nunc presentens impedit scire delectatio. Et iterum convertens se ad auditores subdit (sicut viventes) id est subito quasi vivos qui se non vere vivunt sed vivere videntur (sic in ira) id est ad similitudinem irati in quo tamen ira non cadit (absorbet) dominus (eos) scilicet peccatores miseros auferendo de presenti vita dum ad hoc sperant de ea hoc autem non est sine fructu bonorum sed ideo subditur.

Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Letabitur iustus) et si molestus pressus) cum viderit vindictam) et punitionem peccatorum presentem et intellexerit etiam futuram motus non zelo vindicte sed diuine iusticie nec gaudet pro malorum pena sed quia non est in ea (manus suas) id est operatur actiones (lauabit) ab immundicia et purgabit a peccatis si indigent: vel munda tanquam lota essent servabit et magis iustificabit (in sanguine peccatoris) id est ex consideratione vindicte et pene reproborum. Et hoc enim proficit ipse monitus morte peccatoris et mors alterius valet ad vitam eius. Unde salomon stulto pereunte sapiens altitior erit.

Et dicit homo si vtiq; est fructus iusto vtiq; est deus iudicans eos in terra.

Et) vtiq; vindicta peccatoris (dicit) apud se (homo) qui sua ratione vivit (si) id est quia (vtiq; est fructus) iusticie sue etiam in hac vita ipsi (iusto) licet hic presso quia est sibi fructus in fide in tentatione: et tribulatione in patientia et caritate et similibus ideo (vtiq; est deus iudicans eos) scilicet malos id est iuste retribuens eis secundum merita nondum in extremo iudicio sed etiam hic (in terra) vbi flores videntur: p

bat ab opposito ac si dicat. Sicut dominus iste dat pro suis meritis et bonis operibus ut fructificet ac proficiat: amplius iustificetur sicque consequatur vitam eternam ita iusto iudicio pro mittit malo ut deficiat et a peccatis absorbeat ac sordibus magis absorbeat sicque de iniquitate et iniusticia reportet penam eternam.

Oratio.

Iustissime domine concede populo tuo se qui iusticiam et legem diligere rectam: ne a veritate tua auditum suum auertens venefici serpentis moribus laucietur. Per do.

Psalmus de oratione christi vel ecclesie et cuiuslibet fidelis in tribulatione pro sua liberatione ac de gentium et iudeorum conversione et gratiarum pro his omnibus actione.

ps. lviij.

Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me.

Auctor psalmi propheta david Tunc hic est

In finem ne disperdas david etc. hoc est psalmus ille tendens in finem id est in christum monetur ne tu quicquid es disperdas david id est christum in tituli in scriptione contradicendo ei et non ideo disperdas quando id est quod misit saul id est regnum iudeorum et custodiuit domum eius id est sepulchrum christi ut interficeret eum id est nomen et famam eius tolleretur: ne crederetur in eum quia frustra tentaverunt. Quod vero isti tres psalmi continui in titulo habent ne disperdas non vacat a mysterio regalem enim illum titulum constat tribus linguis fuisse notatum significante hoc spiritu sancto per christi passionem totum mundum fidei christiane esse subiectendum. Materia: oratio christi vel ecclesie et cuiuslibet fidelis positi in afflictione pro sua liberatione et infidelium conversione. Intentio: monere fideles ut persecutiones et quocumque aduersa patienter sustineant et de diuino adiutorio semper confidant. Sententia in generali propheta in isto psalmo loquitur in persona christi vel ecclesie seu alicuius fidelis in angustia et persecutione existens et pro sua liberatione ac gentium et iudeorum conversione orantis. Supra enim egit de christi suorum persecutoribus et ideo nunc petit liberari ab eis orans pro infidelibus convertendis. Sententia in speciali: Totus itaque christus quasi ab inimicis obsesus clamat dicens. Eripe me etc. et nota quod hic in duobus versibus sequentibus per ordinem

distinguantur quattuor genera persecutorum seu aduersariorum christi qui quotidie ad huc christi corpus non cessant psequi quos tamen exemplo christi et patienter oportet tolerare et dei auxilium continue implorare. Unde dicit (Eripe de inimicis meis) qui me odiunt et odium in corde regentes nocendi votum habent (deus meus) quasi diceret ab his non possum eripi sine tuo adiutorio (et ab insurgentibus in me) id est contra me (libera me) qui iam commoti in verba erumpunt atque aperta voce veritati resistunt et verbis nocent.

Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salua me.

Eripe me de operantibus iniquitatem) qui iam durata mente: maliciose persequendo et manus iniiciendo scelus opere complent (et de viris sanguinum salua me) qui magis seuitendo etiam occidunt et sanguinem innocentem fundunt: facta sunt hec in christo et quibusdam eius membris et quotidie fit in alijs. Et necesse est ut eripias.

Quia ecce ceperunt animam meam iter tuerunt in me fortes.

Quia ecce ceperunt animam meam) scilicet vitam corporalem et ponit prem. p. toto neque enim animam sine corpore tenere potuerunt (quia irruerunt) cum impetu (in me) humilem (fortes) in malicia vel sua presumptione et superbia ut me inozntraderent. Et merito debeo liberari quia in me culpam non inueniunt. Unde subdit.

Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.

Neque iniquitas mea) quantum ad primam et quam in eos fecerim (neque peccatum meum) quantum ad me et quod in me habeam o (domine) causa est vel fuit quare me persequerentur sed (sine iniquitate cucurri) viam huius mundi vel (cucurri) id est bene operatus sum sine admixtione mali: aliter enim deo bonum non placet (et direxi) alios quantum in me fuit ad bene operandum verbo et exemplo. Non ait ambulauit sed cucurri quia non solum bene operandum est sed et ipso gressu boni operis festinandum. Et ideo.

Erurge in occursum meum et vide: et tu domine deus virtutum deus israel.

Erurge) qui videris dormire (in occursum meum) ad me iuuandum id est mihi currenti ad te occurre per subsidij et consolationis accelerationem (et vide) id est fac alios videre et co-

gnoscere meam exaltationem ut qui me vident depresso videant exaltatum. Deinde sequitur oratio p. gentibus conuertendis cuius ait (et tu domine deus virtutum) celestium (deus) populi (israel) qui videris tantum deus unius gentis que te colit.

Intende ad visitandas omnes gentes non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Intende ad visitandas omnes gentes) ut eas que infirme sunt et peccatis onerate visitare digneris dando gratiam sanitatis et mittendo tuos predicatorum ut sicut tu es deus angelorum et deus israelitarum ita esse digneris et deus gentium quatenus eas consortes facias angelorum et israeliticorum fidelium (non miserearis). id est non misereberis ut sit predictio non imprecatio (omnes) qui operantur) pertinaciter (iniquitatem) scilicet qui in iniquitate perseuerant. Ergo si dei misericordiam querimus necesse est ut peccata nostra penitendo puniamus. Et vere intendes quia te aspirante.

Conuertentur ad vesperam et famem patienter ut canes: et circuibunt ciuitatem.

Conuertentur) ipse gentes ab idolatria ad cultum dei (ad vesperam) id est in hac vltima etate seculi (et famem) conuertendi alios patienter) omnes sibi incorporari et vniri p. fidem desiderantes (ut canes) scilicet latrando contra hostes (et circuibunt ciuitatem) id est mundum ubique euangelizantes hoc potest exponi de illis qui sero conuertuntur et tamen feruentiores sunt illis qui primo venerunt (Conuertentur ad vesperam) senectutis dicentes mane nobiscum domine quoniam ad vesperam scit et sic conuersi famem patienter) orandi ieiunandi bene agendi (ut canes) qui immoderatum et ardentem habent appetitum nam subitus calor longum vincit teporem. Et qui tarde erunt quandoque celeritate moram compensat.

Ecce loquentur in ore suo et gladius in labijs eorum quoniam quis audiuit.

Ecce loquentur) et manifeste predicabunt (in ore suo) id est libere et audacter cum auctoritate ad informationem fidelium et depressionem hereticorum (et gladius) sancti spiritus quod est verbum dei (in labijs eorum) erit. Ideo autem frequens predicatio erit in labijs eorum et indignabuntur dolentes si non poterunt alios conuicere quoniam erunt multi qui non audient aure audiendi et hoc est quod subdit (quoniam quis audiuit) quasi diceret pauci audi-

ent eos hinc est p. p. beta ait Quis credidit aui diuini nostro.

Et tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Et tu domine deridebis eos) qui in iniquitate perseuerantes non audient id est dignos derisione ostendes illos scilicet in iudicio cum dices eis ite in ignem eternum quoniam (ad nihilum deduces) tunc (omnes gentes) tales et in pertinacia perseuerantes eorum superbiam destruendo et ad nihilum redigendo qui veritati non consentiunt et reuerari nolunt. Illi sunt fortes de se presumentes et ideo ceciderunt quia ad te fortitudinem suam non custodierunt. Ego autem fortis in te.

Fortitudinem meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus: deus meus misericordia eius preueniet me.

Fortitudinem meam) id est omnes virtutes et vires meas non ad me sed (ad te custodiam) quia semper in ipsis tibi non meis viribus laudes referam non recedam a te presumens de me quia si recedo cado si accedo fortior sis. Et merito (quia deus susceptor meus) scilicet es susceptor nature in incarnatione penitentie in iustificatione anime in glorificatione et etiam ad alia beneficia participanda: deinde mutans personam subdit (deus meus) est spiritualiter quia (misericordia eius preueniet me) in donis et beneficijs qui nihil attuli cur miseret: nullus enim dona dei meret. Ecce quare non debeo de me presumere quia non precesserunt merita mea sed preuenit me diuina misericordia. Et hoc. **Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.**

Deus ostendit mihi super inimicos meos) sine de inimicis meis id est quantum circa me misericordiam habuit demonstrauit in illis circa quos non habuit. Deus enim ad ostendendum maiorem in suis misericordiam. Exerces quandoque in alijs iusticiam in ramis superbie precisis in seruo misericordiam suam ostendit oleastro. Et tu noli superbire ne precidi mereris et ideo. **O (deus ne occidas eos) Delendo omnino (nequando obliuiscantur populi mei) scilicet fideles gratiam et misericordiam dei si non sint testes legis et mortis christi viuunt ergo ante oculos eorum ut per illos dei misericordiam recognoscant et quantas gratias deo pro se agere debeant Sed.**

Disperge illos in virtute tua: et tepore ne eos p. tector meus domine.

Disperge illos) in toto mundo p. omnes gentes (in virtute tua) et tue potentie qua potes ut saltem sic emendati superbire desistant et scelus suum penitendo deplorant vel ut ecclesia ab inimicis testimonio veteris legis habeat quia co-dices nobis portant (et deponere eos) ab elatione et timore superbie ut humiliantur et sint obprobrium omnibus (p. tector meus domine) qui me protegis et defendis ut habeam testimonium misericordie tue. Deinde ostendit quid in eis deponi velit dicens.

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum et comprehendatur in superbia sua.

Delictum oris eorum) deponere id est dimittite et (sermonem labiorum ipsorum) imp. opera de christo dicentium deponere et destrue ac de ore et labijs eorum tolle. Sic fecit resuscitando christum quem perdere voluerunt quia hunc viuere expauerunt et in celo adorari ab omnibus gentibus mirati sunt et comprehendantur in superbia sua) id est conuincantur et conuertantur cognoscentes et dolentes se superbe et male egisse et confitentes peccata sua ut ille ignosceret qui venerat peccata solulere. Et factum est hoc ias in quibusdam et postmodum fiet in pluribus. Ideo subiunctum est.

Et de execratione et mendacio annunciantur in consumatione: in ira consumationis et non erunt.

Et sic (de execratione et mendacio) id est de eo quod dominum execrabantur de eo mentiri sunt penitentiam et confessionem inde educant annunciantur) a predicatoribus (in consumatione) et perfectione id est predicabuntur esse perfecti et alijs in exemplum vite. De ipsa enim magnitudine peccati plus humiliabuntur et ea humilitate plus erigi merebuntur et eo magis perfecti erunt quia tam execrabile peccatum se commisisse dolebunt ubi abundauit delictum superabundet et gratia. Et pertinet ad medicinam humilitatis infirmitas hominis: nihil enim sic impedit perfectionem ut superbia et hoc fiet (in ira consumationis) id est in tali ira et vindicta dei que corripiendo et emendando consummet eos et perficiat non in ira consumptionis que vindicat ut consumet et damnet: ita conuersi (non erunt) tales quales ante execrati sunt. Unde alibi dicitur verte impios et non erunt.

Et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre.

Et tunc (scient quia deus dominabitur iacob) id est iudeorum de iacob descendendum et non tñ eorum sed (et finium terre) id est gentium que in finibus terre erant respectu iudeorum que erant in medio quas iudei vt canes contempserunt. Tunc agnoscent eundem deum et iudeorum et gentium esse et q non debeant gentes contemnere: omnes enim peccauerunt et gratia dei egent deponent superbiam et salutem gentium non inuidebunt quia parem suam et illorum infirmitatem cognoscent et in angustiari lapide copulati simul deum adorabunt: dicitur ergo nunc de iudeis quod supra dictum est de gentibus.

Conuertentur ad vespem et famem patientur vt canes et circuibunt ciuitatem.

Conuertentur) scilicet iudei plenarie (ad vespem) in vltima seculi etate et sine mundi (et) esuriendo ac sitiendo iusticiam (famem verbi dei) patientur vt canes) id est sicut peccatores cognoscentes se infirmos vt possint fieri sani. nemo enim insanabilior est eo qui sibi sanus videtur (et circuibunt ciuitatem) dei: et ecclesiam sanctorum vitam et mores inuestigando ex quibus ciuitas dei constructa est. Vel (ciuitatem) id est mundum circuibunt euangelizando. Unde apte subiungitur.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati et murmurabunt.

Ipsi) conuersi iam digni (dispergentur) vbi q de loco ad locum (ad manducandum) id est ad alios lucrandum et incorporandum sibi in fide (si vero non fuerint saturati) sicut populum id est si non fuerit impletum desiderium eorum et predicatio ad votum eorum non fructificauerit (et) ipsi sicut et gentes (murmurabunt) id est dolebunt quomodo superius dictum est quoniam quis audiuit. Iste versus tangit prelatos qui dispergentur per dioceses suas non ad predicandum sed ad manducandum (si vero non fuerint saturati) id est ad libitum suum bene procurati murmurant pre impatiencia et forte huius occasione extorquentur pecuniam. Sic et claustrales qui dispergentur per cameras ad manducandum ibi dimisso rectorio (si non fuerint saturati) id est ad dele-

ctationem procurati (murmurabunt) contra parricidam suam Sed tota iam ecclesia de vtroque pariete iuncta gaudens et gratias agens subiungit.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam et exaltabo mane misericordiam tuam.

Ego autem iam tota ecclesia (cantabo) et cum cantico laudabo vel cum voce laudis predicabo (fortitudinem tuam) qua diabolum vicisti qua infernum spoliasti (et exaltabo) corde id est cum exultatione magnificabo vel laudabo ne laus sit tñ in ore (mane) id est sine dilatione ac prompte studiose (manam tuam) qua humanum genus redemisti et peccata dimisisti vel mane in resurrectione quando transactis huius seculi tenebris et tentationibus apparebit sol iusticie exultabo id est exultando suscipiam (misericordiam tuam) que erit in remuneratione.

Quia factus es susceptor meus: et refugium meum in die tribulationis mee.

Quia) in presenti vita in qua tribulat omnis qui iuste viuit (factus es) ab ipsa tribulatione (susceptor meus) et ab instantibus periculis (refugium meum) autum (in die tribulationis mee) quando scilicet gratum est: nisi enim tu suscepisses et saluasses nemo esset qui inter tot et tanta mala subsistere potuisset. Et ideo adhuc amplius deum p beneficijs suis laudare desiderans subiungit.

Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus deus meus misericordia mea.

Adiutor meus) id est cooperatoz in bonis (tibi psallam) id est bona opera que te aspirante et auxiliante gessi tibi ascribam et merito (q) tu (deus susceptor meus) es) nunc ad gratiam et tandem ad gloriam qui etiam susceptor deificas et hoc non imputo meritis meis sed misericordie tue quia tu ipse (deus meus) qui me creasti es (misericordia mea) q me saluasti quasi diceret vt pro multis vno verbo singula beneficia tua et te plenius explicem tu es misericordia mea quia totum gratis das cui pprium est misereri semper et parcere. Cum multa dixit non tamen omnia sed in hoc vno omnia comprehendit. Attendens enim omnia bona quecumq habere possumus siue in natura siue in conuersione in fide: in spe in charitate in iusticia in timore domini in bonis moribus totum non esse nisi ex illius donis et misericordia: ita

concluse deus meus misericordia mea: no inuenit impletus bonis dei quid appellaret deum nisi misericordiam suam. O dulce nomen sub quo nemini desperandum est omnes consolans omnes ad conuersionem inuitans. Si peccata nostra nobis tñ dimisisset vniq misericors resere dici potuisset. Hunc quia et peccata dimisit et in super dona addidit et quod incredibile erat etiam celestem gloriam inmeritis peccatoribus donauit non solum iam misericors dicitur sed ipsa misericordia digne appellatur. Dicit ergo voce et corde ecclesia dicat vnaqueq fidelis anima deus meus misericordia mea.

Oratio.

Omnipotens domine cuius virtutem et misericordiam matutino laudamus in tempore fortitudinem nostram oramus vt custodias et ab omni obscuritate tenebrarum eruti matutino lumine decoreremur. Per do.

Psalmus de oratione prophete pro regno israel reformatione et ecclesie pro ceteri iudeorum et gentium de peccato ad iusticiam commutatione.

ps. lix.

Deus repulisti nos

et destruxisti nos: iratus es et miseratus es nobis.

Auctor psalmi propheta dauid Titulus talis est. In finem pro his qui commutabuntur etc. Et est sensus psalmus ille dirigens nos in finem id est in christum agit pro his id est de his qui commutabuntur de veteri vita in nouam in tituli inscriptione suscepta per fidem scilicet quia credunt christum regem iudeorum et transerunt in regnum christi a regno diaboli: commutabuntur dico non sibi sed ipsi dauid id est christo vt iam ei viuant et seruiant et hoc eundo et transcundo in doctrinam id est in precepta eius bene viuendo et bene docendo secundum ea: commutabuntur autem per hec cum id est qz ipse dauid id est christus succedit igne dei et charitatis mesopotamiam syria id est mundum vocatione ad fidem eleuatum et sublimem in virtutibus factum: me sopotamia enim alta vocatio syria vero sublimis interpretatur: et tamen prius in eo succedit et humiliat syriam solum id est sublimitatem vane vultus: solum bal namq vana vultus interpretatur. Qui enim prius erat sublimis altitudine vana et vultus incensa humiliatur vt melius exaltetur et

innouetur. Et ita conuertit ab errore Joab id est inimicum scilicet iudaicum populum et percussit id est commouit de infidelitate ad fidem edom id est terrenum scilicet gentilem populum terrenis deditum et hoc in valle salinarum id est in humilitate que est condimentum omnium virtutum sicut sal ciborum percussit dico duodecim milia id est omnes de quatuor mundi partibus ad fidem sancte trinitatis congregatos: per mille perfectio intelligitur: et per duodecim milia totus mundus percussus designatur. Materia: commutatio conuersorum de peccato ad iusticiam et eorumdem propter culpam repulsoz receptio ad gratiam. Intentio: monere vt nemo contempnat istas percussiones sed patienter aduersa huius mundi ferat quia per hoc habebit commutationem de peccato ad iusticiam et etiam de mortalitate ad immortalitatem. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona sua lamentatur de multiplici desolatione terre et populi israel propter peccata sua deprecans deum deuote pro reformatione et liberatione a miseria. Vel in persona conuersorum ad deum precatur pro culpe remissione et gratias agit pro vocatione referens deuote post tantam sue dampnationis miseriam quantam sint consecuti misericordiam. Postquam ergo supra orauit pro gentium et iudeorum conuersione nunc tam de iudeis qz gentibus vocati gratias referunt et posteris exemplum deo gratias referendi se proponunt. Sententia in speciali propheta ergo in voce percussoz in melius mutatoz ait D.

Deus repulisti nos) et proiecisti extra protectionem tuam in manus hostium (et destruxisti nos) id est destrui permisisti propter peccata nostra (iratus es) scilicet contra nos vindictam exercendo (et miseratus es nobis) in precepto seruando.

Commouisti terram et conturbasti eam sana contritiones eius quia commota est.

Commouisti terram) scilicet israel id est habitantes in ea terrore aduersarioz (et conturbasti eam) permittendo hostes occupare loca eius sed nunc oro (sana contritiones eius) id est miserias et afflictiones (quia commota est) et conturbata fugientibus habitatoribus pre timore.

Quiescisti populo tuo dura: potasti nos

vino compunctionis.

Ostendisti populo tuo dura afflictiones scilicet et flagella quibus dure castigasti eum propter peccata sua (potasti) et repulisti (nos vino compunctionis) id est meroris scilicet tribulatione et dolore quibus purgatur patiens vulnus vino.

Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus.

Dedisti metuentibus te significationem id est aliqualem noticiam per has percussiones ut his exercitanti (fugiant a facie arcus) id est a presentia iusticie tue que extenta est ad percipiendum peccantes ut metuant te qui tam grauius punis delinquentes Et.

Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.

Ut liberentur ab oppressione et deiectione sua (dilecti tui) scilicet populo israel qui dicitur deo dilectus. Unde oro (saluum fac) ipsum populum israel (dextera tua) id est per dexteram tuam scilicet per fauorem tuum vel potentiam (et exaudi me) pro me et populo meo deprecantem. Deinde conuertit se ad auditores suos ut confirmet eos dicens.

Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibus sichimam: et conuallem tabernaculorum metibus.

Deus locutus est in sancto suo id est de oraculo vel in propheta nathan promittendo mihi quod ego dauid (letabor) prosperitate in regno quod et partibus sichimam id est terram sichen scilicet restituendo eam antiquis habitatoribus qui expulsi sunt per alienigenas (et conuallem tabernaculorum) scilicet iacob que nunc occupata est a philisteis (metibus) id est secundum mentem furas debitas restitutam israelitis. Et hoc bene possis facere quia fortissimos populos habeo mihi fauentes et obediens Nam.

Deus est galaad et meus est manasses: et ephraim fortitudo capitis mei.

Deus et in adiutorium mihi (est galaad) id est ille populus sic dicitur habens possessionem terre galaad transiordanem qui famosus erat robore propter ierpe galaaditem iudicem israel (et meus est manasses) qui etiam erat populus famosus robore propter gedeonem et abimelech iudices israel qui de hoc populo erant et ephraim fortitudo capitis mei id est fortitudo mea capitanea et principalis est ephraim que inter ceteras tribus robustior et populo

sior erat.

Juda rex meus: moab olla spei mee.

Juda rex meus est et legiser cui competit inter alias tribus ut habeat ducatum et regnum propter reges qui sunt ex ea nec tamen populi israel elite mihi adherent sed etiam extranei populi mihi seruiunt confederati sunt Unde subdit moab olla spei mee id est spero in deo: quod terra moab erit mihi subdita ad seruendum sicut olla ad suum ministerium.

In idumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene subditi sunt.

In idumeam extendam calciamentum meum id est calcabo eam incedendo pede calcato ac subiiciam et supeditabo eam per plenam victoriam (mihi alienigene) scilicet palestini et cetera nationes in circuitu regni mei (subditi sunt) et subiecti. Ita dicitur in idumeam et subiiciam eam Sed.

Quis deducet me in ciuitatem munitam quis deducet me usque in ydumeam.

Quis deducet me in aliquam (ciuitatem munitam) scilicet idumeam subiiciam eam immo (quis deducet me usque in idumeam) ut audeat aggredi ad eam subiiciendam ubi multi fortes et bellicosi erant.

Nonne tu deus qui repulisti nos et non egredieris deus in virtutibus nostris.

Nonne tu deus deduces quasi diceret nullus alius nec etiam aliquis de fortibus populis quos nominavi potest hoc facere sed tu solus deus qui repulisti et proiecisti (nos) a protectione et defensione tua sinendo tribulari (et non egredieris deus) nobiscum (in virtutibus nostris) sed in tua virtute ut protegas nos In sua enim virtute non in nostra deus operatur. secundum historiam futurum ponitur pro preterito id est non egressus fuisti immo sic proiecisti nos ut non egredieris (in virtutibus nostris) exercitiis nostris id est ne protegeres nos ab hostibus sicut solet dux egrediens. Et ideo.

Da nobis auxilium de tribulatione: et vana salus hominis.

Da nobis auxilium quo liberemur (hoc tribulatione qua ab hostibus vexamur (et) id est quod sine auxilio tuo (vana est salus hominis) id est que speratur ab homine et ideo maledictus homo qui ponit hominem brachium suum. Et conuertens sermonem ab homine loquitur de deo in tertia persona dicens.

In deo faciemus virtutem: et ipse ad nos

hilum deducet tribulantes nos.

In deo id est auxilio et fauore dei non in virtutibus nostris (faciemus virtutem) id est virtutis facta contra hostes (et ipse ad nihilum deducet) conculcando et subiiciendo in seruitutem (tribulantes nos) et aduersantes nobis ut per nihil eos habeamus. Mystice autem legitur sic D.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis.

Deus repulisti et destruxisti nos nobis auxiliium subtrahendo ac tentari et peccare permitiendo (iratus es) propter peccata nostra iustas vindictam in nos exercendo (et misertus es nobis) propter bonitatem tuam cum ad te reuertemur penitendo ad hoc irasceris ut miserearis ipsa ira tua misericordia est: et exponit quomodo sit misertus dicens.

Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est.

Commouisti terram id est terrenos vomere predicationis (et conturbasti eam) salubriter ad penitentiam. prius commouetur a timore domini: deinde conturbatur ex dolore peccati (sana contritiones eius) id est remouet ab ea miseris animas quas sustinet vel peccata pro quibus cor commotum habet et dignum est ut sanes (quia commota est) gratie tue commouenti per liberum arbitrium consensit. Sic autem mutato in melius homine iam dura et aspera subsequuntur unde et subditur.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Ostendisti populo tuo sic in melius mutato (dura) et aspera ut te attentius quereret. Unde scriptum est omnes qui volunt pie viuere in christo persecutionem patiuntur (potasti nos vino compunctionis) id est delectari nos fecisti poculo passionis et tribulationis sicut vinum delectat potantem quia tribulationes per charitatem sunt delectabiles et si per infirmitatem carnis graues Vel (potasti nos vino compunctionis) id est suauitate lachrymarum penitentiae confessionis iste autem passionis potus non perdens est sed medicina vrens unde subiungitur.

Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus.

Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus id est per tribulationes temporales significasti tuis fugere a presentia

futuri minantis iudicii et ab ira ignis eterni.

Istum arcum fugit qui a peccatis cauet. Bene autem iudicium arcus dicitur quia arcus quanto plus retro tenditur tanto impetuosius fertur: ita et iudicium quanto magis differtur tanto grauius non conuersis erit. Cuius nobis sit significatio per penitentiam quia si hic tam asper re deus nos punit quid in futuro faciet. Et. Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.

Ut liberentur dilecti tui in die ire ad hoc quod per significationes presentium malorum dantur ut ab eternis malis domini dilectores liberentur et ut hoc fiat exorat dicens (saluum me) (fac) dicit generalis iustus collocando in (dextera tua) id est in portionibus bonis tuis in beatitudine perpetua ubi est salus vera quasi diceret: qui sic in presenti nos ad salutem crudis persequendo ad dexteram tuam salubriter percussos (et exaudi me) quia non temporalia sed eterna peto que tu precipis petere. Ex hoc autem scio quod saluabit dextera sua quoniam.

Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibus sichimam: et conuallem tabernaculorum metibus.

Deus pater locutus est in sancto id est in filio (suo) in quo promisit hanc saluationem nouissime diebus istis. In qua locutione ego fidelis populus seu ecclesia (letabor) de his quos assumam in partem mei: quia (et partibus sichimam) id est diuidam gentes seu gentiles quod designantur per sichimam ubi habitant gentes: non enim oim est fides sed alij credunt alij non credunt et eorum credunt alij viuunt bene: alij male. diuiduntur ergo nunc fide et moribus diuidentur in iudicio oues ad dexteram hedi ad sinistram (et conuallem tabernaculorum) que fecit ibi iacob id est gentem iudeorum ab iacob descendenti que per illam vallem intelligitur etiam (metibus) et diuidam quia alij crediderunt alij non nam transierunt inde qui crediderunt foris reliquie remanserunt. Hec iam diuisio demonstratur cum subinfertur.

Deus est galaad te meus est manasses: et ephraim fortitudo capitis mei.

Deus est galaad id est mee societatis est numerus martyrum: galaad enim interpretatur aceruus testimonij et per aceruum testimonij multitudinem martyrum designatur quia martyres grece testes dicitur sunt latine (et meus est manasses) qui oblitus prioris vite et status in anteriora cum apostolo se extendit Manasses etenim interpretatur apud nos: oblitio seu oblitus.

(et effraim) id est huius qui bonos fructus et in se et alijs faciunt scilicet doctores ecclesie: effraim enim interpretatur fructificatio: sunt fortitudo capitis mei) id est christi dicit ecclesia quia christi membra infirmiora sustentant.

Juda rex meus: moab olla spei mee.

Juda rex meus) id est confessores rectores erunt mei scilicet ecclesie: iudas enim interpretatur confessio vel christus qui est de tribu iuda nasciturus erit rex meus (moab) qui interpretatur abutens lege scilicet gentium populus est olla buli) quia facit me plenius sperare non deficere: tribulationes enim maxime non oriuntur aduersus ecclesiam nisi a maleuolentibus lege. Sicut autem in olla cibi sic in tribulatione et cocti sunt sancti. Aperte vero dicitur olla spei in eo quod spes sanctorum venit a tribulatione. In hac olla tribulationum constituta quantam spem habeat ecclesia audiamus.

In ydumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene subditi sunt.

In ydumeam) que interpretatur terrena siue sanguinea (extendam calciamentum meum) id est euangelium quo munitur vita gradientium in mundo. q. d. buliat olla quantum potest leuiat mundus quantum valet ego usque ad terrenos et sanguinos extendam predicationem meam et sic mihi etiam (alienigene subditi sunt) illi qui non pertinent ad genus meum ad hereditatem meam. Multi enim veniunt ad fidem qui non pertinent ad hereditatem: multi adorant christum qui non sunt regnaturi cum christo: quia multi sunt vocati pauci vero electi. Et ne hoc videretur viribus suis attribuere commendat gratiam dei deducentem cum subiungit.

Quis deducet me in ciuitatem munitam quis deducet me usque in ydumeam.

Quis deducet me in ciuitatem munitam) id est in iudeam que munita recte dicitur videlicet patriarchis et prophetis legibus quoque et varijs institutionibus ad hanc primam predicationem est euangelium (quis deducet me usque in ydumeam) id est in vniuersam gentilitatem vt multi ex gentibus mihi incorporant et societate membrorum ciuitas amplietur. Negat hoc ab homine fieri posse. hoc enim a sola fieri poterat deitate. Unde subdit.

Nonne tu deus qui repulisti nos et non egredieris deus in virtutibus nostris.

Nonne tu deus) facies hoc quod (repulisti nos) exponens nos periculis et sinens tribulari. Tu ipse qui repulisti deduces: tu ipse qui iratus es

miseraberis: non enim continebis in ira tua misericordias tuas. Deduces ergo et tamen seuis te mundo non (egredieris) deus in virtutibus nostris) quando fortiter facturi sumus pro defensione fidei id est non ostendes potentiam tuam qualem ostendisti olim patribus quando eorum fortitudini cesserunt gentes. Tamen diuersis tormentis nos extra cruciantibus non deseres sed tunc nobis intus operaberis et sic magis et melius deduces quia sic videmur non pro temporalis vita pugnare sed pro eterna. Tu ergo deus qui non egredieris in virtutibus nostris quia non dabis temporale auxilium da sempiternum hoc est quod subdit.

Da nobis auxilium de tribulatione: et vana salus hominis.

Da nobis auxilium) sempiternum in futuro (de tribulatione) id est propter tribulationes quas hic sustinemus non petimus vt amoueamus tribulationes sed vt ipsa tribulatio sit nobis fructuosa et in auxilium vt inde subuenias. Vnde deserere videris Et ideo non petimus hanc salutem humanam (id est quia vana et fallax est) salus hominis) transitoria et temporalis. Audiant hec qui spem suam in potentibus hominum vel in terrenarum diuinarum splendoribus ponunt quia (vana) est (salus hominis) et deus solus opportunum tribulationibus nostris prestat auxilium. Verito ergo subdit ecclesia.

In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In deo faciemus virtutem) vincendo inimicos non in gladio: non in equis: non in potentatu exercitus: quia deus erit exercitus et victoria nostra. Vnde subdit (et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos) et impugnantes et a spe eternitatis reuocare conantes tam vicia quam inimicos visibiles et invisibiles reprimendo et eorum seuiam annihilando faciemus et nos virtutem in domino vt ab omni tribulatione et tentatione liberi esse mereamur. In ipso sit fortitudo nostra in ipso sit omnis nostra gloria et nulla preualebunt aduersa. Nam si deus pro nobis quis contra nos.

Oratio.

Omnipotens mitissime deus humani generis restaurator et rector: qui fideles tuos sic deponis vt erigas: sic humilias vt ad celorum regnum perducas: in te credentium corda pia miseratione custodi: vt ad confessionis tue remedia fugientes sanatis contritionibus eterna felicitate te largiente perfrui mereantur. Per dominum.

Psalmus de oratione ecclesie vndique preste et de gratiarum actione pro multiplici beneficio iam recepto et in futurum recipiendo.

ps. lx.

Audi deus deprecationem meam intende orationem meam.

Auctor psalmi) propheta david. Titulus talis est. In fine in hymnis psalmus david: hoc est psalmus iste dirigens nos in finem id est in christum est in hymnis id est in laudibus exhibendis david id est christo. Materia oratio laus et gratiarum actio ecclesie pro multiplici beneficio recepto et in futurum recipiendo. Intentio: monere fideles ad faciendum ista semper et ad perseverandum in eis usque in finem. Sententia in generali) propheta in isto psalmo in persona ecclesie humiliter exaudiri petit: beneficia recolat: et pro beneficijs laudes promittit: post supra dictam ergo gratiarum actionem vocator ad fidem admonet nunc suo exemplo ecclesia auditores vt pro dei beneficijs in gratiarum actione permanant quod et in presentia peccatorum veniam et virtutum gratiam sunt consecuti et in futuro premium beatitudinis habituri. Sententia in speciali) ecclesia ergo de tota ore quasi vnus hic clamat. (Exaudi deus deprecationem meam) mala a me amouendo et auertendo (intende orationem meam) bona mihi conferendo et in me conseruando. Deprecatio est que assidua est: et hominibus etiam offertur: oratio est que tamen deo offertur: postquam dicit exaudi) prius addidit intende vt videlicet gratanter et vtiliter dignetur exaudire. Nam orationem nostre intendit deus cum gratanter suscipit quod oramus. Non nullos enim aliquando exaudit iratus non tam ad salutem quam ad damnationem. Et quod ecclesia toto orbe terrarum diffusa est vndique se clamare insinuat cum subiungit.

A finibus terre ad te clamaui dum anxiam) retur cor meum: in petra exaltasti me.

A finibus terre) id est vndique ex omnibus partibus mundi (ad te) non ad alium (clamaui) te deuote inuocando (dum anxiam) cor meum) id est in anxietate et molestijs pro quas tamen sit noster profectus. Clamor noster ad deum est nostrum desiderium. Quanto quisque plus desiderat tanto plus clamat deinde sequitur clamor exauditionis. q. d. anxiam) cor sed non ideo vincor quia (in petra) id est in christo et in fidei soliditate (exaltasti me) et fundasti quod super hanc petram edificata est ecclesia. Et bene ait exal-

tasti quia iustus qui ex fide viuit cuncta temporalia transcendit et in celis conuersationem habet. Exaltatum quoque.

Deduxisti me quia factus es spes mea turtis fortitudinis a facie inimici.

Deduxisti me) de virtute in virtute et de bono in melius (quia factus es spes mea) de victoria et gloria eterna habenda (turtis fortitudinis) id est fortis defensio tuorum (a facie) id est a presentia et impugnatione (inimici) visibilis et invisibilis. Talis munio est nobis deus in qua et ab inimico securi esset ipsum inimicum etiam iaculari possim. Non sic esto in ista turriturres ibi: sufficiat tibi quia hostis tela non perueniunt ad te. Age ibi aliquid non cessent manus: verba dei: fides tua: spes tua: et opera tua bona tela sunt et gladij interficientes inimicum. Tali ergo munitione confortatus perseuerare se promittit dicens. Et ego hac turre munitus.

In habitabo in tabernaculo tuo in seculum: ptegar in velamento alarum tuarum.

In habitabo in tabernaculo tuo) id est in concordia permanebo in vniuersitate fidei pugnabo et tibi militabo (in seculo) id est usque dum pagantur secula scilicet usque in finem seculi quia ecclesia usque in finem seculi est duratura et deo militatura. Non enim quod ceperit sed qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et si impugnatione tentationum occurrat ego (ptegar) id est in praecutione munitur et defendat ab estu tentationum (in velamento) et in vmbra (alarum tuarum) id est in munimine tue misericordie et potentie que omnem auertunt lesionem. Vel ale iste sunt paterna seueritas et materna pietas illa ad castigandum hec ad consolandum ergo per vnam iuste punit contra presumptionem: per alteram misericorditer parcat contra desperationem. Et ideo certus sum de praecutione.

Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Quoniam tu deus meus exaudisti) orationem meam) de percipiendis bonis qua a finibus terre ad te clamaui quia (dedisti hereditatem) eternam scilicet regnum beatitudinis quibuscumque (timentibus nomen tuum) non enim est distinctio sed in omni gente qui timet deum acceptus est illi et dicit dedisti in preterito quia iam dedit in spe vel quia iam in quibusdam est incipiam in re: beneficia autem collata argumentum sunt futurorum: vel ponit preteritum pro futuro propter nimiam certitudinem. Admonemur hunc non esse

faciendo quam diu tempus est tentationis. Oratio frequens diaboli iacula submouet et hec prima est virtus aduersus tentationum incursas. Nihil vtilius potest facere seruus dei in hoc seculo quam orare deum. Oratio serenat cor. Abstrahit a terrenis mundat a vicijis: subleuat ad celestia: reddit capacius et dignius ad accipienda bona spiritalia: perseueremus ergo in oratione et timore nominis dei quatenus celestem promereri possimus hereditatem. Deinde exponit quam hereditatem daturus est deus dicens.

Dies super dies regis adjicies: annos eius usque in diem generationis et generationis.

Dies scilicet eternitatis seu eternos (adjicies) id est appones (super dies) temporales (regis) nostri christi quibus si christus in presenti regnat in ecclesia et ipsi viuunt in christo ut post hos dies transeuntis etiam regnent in sanctis et ipsi cum eo in diebus illis qui non habent finem. Deinde alijs vbi idem reperit dicens et adjicies (annos) scilicet eternitatis super (annos eius) temporales quibus in presenti nobiscum est: adjicies inquam (usque in diem generationis) presentis et temporalis (et generationis) future et eterne quod hi dies et anni sunt vnus dies qui continet et transcendit secula presentis et future generationis. Et hec dies est eternitas. q. d. eandem hereditatem dabis eis in qua est christus rex noster ut regnet cum eo in eternum. Ipse enim rex cum generatione sua.

Permanet in eternum in conspectu dei misericordiam et veritatem eius quis requirit.

Permanet post annos presentes in eternum in conspectu dei id est in manifesta dei visione vbi presens est ad miserendum omnibus sic et illi ibidem permanebunt: hoc est autem sanctorum merces scilicet gloria visionis dei. Et quia tanta est dei remuneratio et tanta est beatitudo ergo misericordiam eius qua in presenti peccata dimittit: (et veritatem eius) qua in futuro promissa reddit quis (requirit) id est iterum et iterum queret. scilicet ad hoc ut imitet eum. q. d. pauci misericordia dicitur quod non nostra merita attendit deus sed bonitatem suam ut peccata nostra nobis dimitteret et vitam eternam promitteret: veritas autem quod non fallit redere quod promissit. agnoscamus et nos hic eam et faciamus hic misericordiam circa infirmos circa egentes circa etiam inimicos nostros: veritatem vero non peccando nec adijciendo peccatum super peccatum. Ideo autem sub interrogatione quasi

inuitado dicit quis requirit quia quoniam hoc ineffabile bonum sit pauci sunt tamen qui requirant aut requirentes perseuerent. Tanta est humana miseria in tantum abundat iniquitas ut inquirenda vanitate et mendacio sint multum inquirenda misericordia et veritate sint pauci. Hos autem de paucis his esse studeam ut cum electis dicere possimus quod subdit.

Sic psalmum dico nomini tuo in seculum seculi: ut reddam vota mea de die in diem.

Sic psalmum dico etc. q. d. sub hac spe positus quod spero te daturum mihi hereditatem in futuro et me mansurum in eternum in conspectu tuo (sic psalmum dico nomini tuo) id est sic bene operabor ad honorem nominis tui. Vel sic psalmum dico predicando et opere complendo seu hymnificando bene operando (in seculo seculi) id est quoad durabit hoc seculum quod non ad tempus hoc est agendum (ut reddam vota mea) bonorum operum que voueo vel meipsum quem deuotum in baptismo (de die in diem) id est assidue per singulos dies ut tandem pueniam ad illum diem vbi in eternum tibi psallam. Si vis in eternum psallere redde vota tua in isto die donec puenias in illum diem vbi psallas sine fine.

Oratio.

Anxietatem nostrarum misericordissime consolator deus: protege familiam tuam a facie inimici ut a te turre fortitudinis promunita inhabitare tabernacula mereamur eterna. Per do.

Psalmus de obedientia deo debita et in tribulatione patientia ac de conscientia in deo bona sed in hominibus et terrenis omnibus vana.

ps. lxi.

Domine deo subie-

cta erit anima mea ab ipso enim salutare meum.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus hic est In finem pro ydubun psalmus dauid. id est psalmus iste est dauid prophete qui hic loquitur habitus per ydubun id est agens de transiliente. transiliente dico in finem id est in christum et inuitante nos ad summum bonum. Quia enim vocati ad fidem auditores ad permanendum in gratia rum actione sua monuerunt iam tanquam transilientes et superiores effecti suos inferiores ad exemplum sue humilitatis et patientie ac contemptus diuinitatis et temporalium horant. Materia obedientia deo debita et in tribulatione patientia in deo confidentia bona scilicet in hominibus et

in omnibus vana. Intentio: nos admonere ut spernendo et transilendo ista temporalia vana et caduca per obedientiam et patientiam speremus eterna et nulla tribulatione vel persuasione impediamur qui terrenis dimissis ad sola celestia tendamus. Sententia in generali per prophetam in isto psalmo loquitur in persona transilientis et cuiuslibet insti qui ex obedientia ad deum persecutiones iniustas patienter tolerat hortans vniuersos fideles ut in domino confidenter arguantur errantes et persecutores de vanitate quod in caduca huius mundi felicitate sperant subiungitque firmitatem et immutabilem de punitione malorum et premiatione bonorum sententiam. Sententia in speciali. Transilens ille videns tot impedimenta seculi deo se subdit inferioribus se inuidis transiluisse cum dolentibus et ruinam ei imminantibus quasi de alto in crepando responderet dicens. (Nonne deo) qui est super omnia (subiecta erit anima mea). i. obediens et mandata eius obseruans eius fideliter seruientis et nihil preter eum cupiens. q. d. erit omnino: si agis ut mouear: et si multa transilio hoc dicit nec transilendo supbiat non elatus ex his que infra sunt sed humilis ex deo qui supra est sciens quoniam qui se exaltat humiliabit et iustus est ut ei subiciatur ab ipso enim est salutare meum. i. salus et saluatio mea in corpore et in anima. Et hoc probat dicens.

Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptus me non mouebo amplius.

Nam et ipse est (deus meus) qui me creauit (et salutaris meus) qui me saluauit (susceptus me) qui me de morte ad vitam de pena ad gloriam suscepit ideoque (non mouebo amplius) et de cetero ab ipso contra eius voluntatem faciendo licet enim aliquando motus fuerim nunc susceptus et sanatus ab auctore et redemptore meo iam ulterius non mouebo. Et quod tantum habeo salutem et ab eo amplius non mouebo ergo o stultus et miser peccator.

Quousque irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos tanquam parietem inclinatum et macerie depulsum.

Quousque irruitis. i. quam diu irrationabiliter impetu facitis (in hominem) exteriorumque versus ad animam perungere non potestis sed vos in eo quod agitis vestrum cogitate interitum quod in hoc interficitis vniuersos ipsos in anima. Quicquid ergo bonos a suo proposito nitimini remouere siue dissuadendo siue persequendo vos ipsos in hoc intus occiditis: animas vestras damnatis. Iruius inquam incubentes ei (tanquam parietem in-

clinatum) ad ruinam et macerie que est constructio factorum sine cemento ligamine: ut sit circa hortos et vineas (depulsum) scilicet a statu suo et casum minanti quod sic nos putatis faciles ad cadendum et pronos ad ruinam tanquam omni destitutamur auxilio sed non est ita. Et quis ita admoniti.

Verumtamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebant et corde suo maledicebant.

Verumtamen non ideo cessant mali sed cogitauerunt abscedentes venenum in corde et si non audent proferre (precium meum repellere) a me. i. deum meum et gloriam quam spero futuram meritis laboris mihi auferre ideo (cucurri) in via peritis vite ad precium meum obtinendum non ut piger et fastidiosus sed (in siti) sancta hoc est in ardore et desiderio magno tanquam sitiens iusticiam et eorum salutem sed ipsi quasi syrene diaboli nitentes cursu meum impedire (ore suo benedicebant) ut adulatores me verbis deciperent (et corde suo maledicebant) iniquitate et morte machinantes. Iniqui enim quam aperte bonos non audent persequi ore loquuntur bonum sed in tuis in corde latent venenum. Ideo animam suam inter tot pericula exhortans subdit.

Verumtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

Verumtamen quicquid illi faciant me impugnando (deus subiecta) et obediens (esto anima mea) sicut cepisti recognosco te ab eo accepisse bona que habeo humilia te illi quantum potes: et merito debes subijci (quoniam) inter tot scandala (ab ipso) est (patientia mea) tanquam a causa exemplari et etiam efficiente ipse enim est exemplar totius patientie et etiam ipse patienter facit in tribulatione. Nemo enim per se tanta vel apta bella vel occultas insidias tolerare posset nisi omni potens deus vires patiendi tribueret. Ideo etiam anima mea debet esse deo subiecta.

Quia ipse deus meus et saluator meus et adiutor meus non emigrabo.

Quia ipse est (deus meus) qui vocauit me ad fidem et cultum diuinitatis sue (et saluator meus) qui me redemit et iustificat et per viam salutis ducit (adiutor meus) ad bene operandum et me per opera meritoria ad patriam perducendo ac glorificando et ideo (non emigrabo) id est non recedam a dei subiectione nec ab eo separabor vita vel morte. vtile est consilium in omni tribulatione dei nostrum saluatore atque adiutore reminiisci quatinus ab eo nullis tentationibus valeamus emigrare. Unde ad hoc subdit.

**In deo salutare meū et gloria mea: de
auxilij mei et spes mea in deo est.**

In deo est hic (salutare meū) .i. p. deum ha
beo saluationē et saluus ero .i. iustus et impio
(et gloria mea est in deo .i. in nulla re glorioz ni
si in deo vt qui gloriatur in dño gloriatur. Vel (in
deo) erit i futuro (salutare meū) .i. salus et salua
tio qz tunc liberabimur ab omni miseria et ma
lo (et gloria) .i. gloriatio (mea) qz p ipm gloria
eterne vite tribuit .q. d. saluus et gloriozus ero
in eo. Interim nunc inter tentatōes ipse est de
us auxiliij mei in certamine. Dat enim auxiliū
certantibz: hoc dicit ne quid sibi homo deputet
(et spes mea in deo est) donec venerit res. Igit
exemplo meo.

**Sperate in eo omnis congregatio po
puli: e. undite coram illo corda vestra:
deus adiutor noster in eternū.**

Sperate in eo transilientes eos qui in va
nitate sperant omnis congregatio ppli scz fidelis
id est omnes qui congregati estis in vnitae fi
dei et vt digne in illo possitis sperare effundite
corā illo corda vestra) .i. oculis cordiū ei refe
rate et corda ab omni fordeviciorum cuacuate
plangendo: cōfitemdo: depcando: nam qui nō
habet cor vacuū a malo si sperat nō est spes sz
presumptio qz (deus) est adiutor noster in eter
num) nō solū tpaliter sicut homines adiuuant
sed etiā ad eternitātē pmerendā et prestandā et
quāuis deus debeat esse spes nostra et sic opef
nobis.

**Verūtamen vani filij hominū: menda
ces filij hominū in stateris vt decipiant
ipsi de vanitate in idipsum.**

Verūtamen filij hominū) .i. imitatores car
naliter viuentiū qui nō attendunt sed sunt (va
ni) .i. dediti vanitatibz sperando in rebus tran
sitorijs et caducis sunt etiā (mendaces filij ho
minū in stateris) .i. in libra iusticie in boni ma
licz deliberatōe malū bono pponderantes vel
iusti videri volentes cum sint fallaces vel ad lit
teram iniquis ponderibz vtentes (vt decipiant
ipsi de vanitate) .i. de rebus vanis (in idipsum)
id est inter se seu inuicē. s. vnusquisqz aliū Vel
(vt decipiant) alios (ipsi) existentes et cōuenien
tes (in idipsum) .i. in vñū (de vanitate) qz et si va
rij et diuersi in studijs pueri sunt in malicia m
et vanitate in vñū sunt et pueniunt. Sciens er
go conuertit se ad eos. d.

**Nolite sperare in iniquitate: et rapinas
nolite cōcupiscere: diuitie si affluant: no
lite cor apponere.**

Nolite sperare in iniquitate) deceptōis sed

in deo meū sperate (et rapinas nolite concupi
scere) auferendo p violentiā aliena. q. d. nec spe
retis nec cupiatz que rapiant alijs etiā si nō ha
beris et quali ex necessitate rapturi sitis (diuiti
cie si affluant) aliunde qz p fraudē et rapinas .i.
si habundent et exundent tanquā de fonte cur
rant (nolite cor apponere) ardentē eas aman
do et tenaciter custodiendo in eis cōfido et
sperando inde psumendo et supbiendo. Non
damnat diuitias sed cor vetat apponi et in eis si
gi. Et vt magis eos a vanitate dissuadeat. po
nit duo qz alterū deterret alterū demulcet. d.

**Semel locutus est deus duo hec audi
ui: qz ptās dei est et tibi dñe misericor
dia: qz tu reddis vnicuiqz iuxta opa sua.**

Semel) id est firmiter et immutabiliter (lo
cutus est deus) quasi vnica locutione vt retra
ctatione nō indigeat qz qd loquit deus est vñū
et inuariabile. Unde li semel nō ad numerū re
ferendū est sed ad sententię firmitatē (duo hec)
valde necessaria que vobis dicitur sum ibi (au
diui) auditu interiori in alto quo trāsiliui .i. spi
ritu inspirante et reuelante intellecti nō et me lo
quor. Audiuit forte alia multa sed nō est opus
dici nobis. Illa duo sunt ptās et misericōdia de qz
bus sunt omnes scripture qz docent qz potens
est vt penā infligat et misericoriz vt remuneret.
Unde sequitur (qz ptās iudicandi et puniendi
(dei est) omnia eni potest et omnis ptās a deo est
et mutās psonā adungit aliud. d. (et tibi dñe)
est misericōdia) remunerādi: ptās ergo timeat: mi
sericordia amet: nec p misericōdia ptās cōtemnat
nec p ptāte de misericōdia desperetur (qz tu reddis
vnicuiqz iuxta opa sua) bonis quidē ex miseri
cordia pmiū malis pō ex iusta ptāte supplicii.

Oratio.

Subde tibi dñe animas nostras quoniam tu
es patientia nra vt renuentes incerta diuitiaz
delectamenta te solū ptempta omni mundi va
nitate sequi mereamur. Per d.

**Psalmus de diuina consolatione ec
clesie in ariditate hui⁹ seculi velut in de
serto vel veri anachorite in loco solita
rio.**

ps. lxxij.

Deus deus me⁹ ad

te de luce vigilo.

Auctor psalmi) ppha dauid. Titu
lus talis est psalmus iste cōuenit et attribuit da
uid .i. ecclesie que hic loquit habitus de his que
sustinuit ipa eccia cum esset in deserto ydume
id est in ariditate huius seculi et vite vbi sunt et
misericōdiaz expetit donec eterna capiat. Ecclesia

enim fidelium de qua supra dicitur instruit nos
hic suo exemplo in erumnis et tentationibus hu
ius seculi quanto superne patrie desiderio de
beamus estuare et ad deum festinare quantūqz
vigilantiam in eius voluntate adimplenda ha
bere vt in futuro dei laudem mereamur acqui
rere. Materiam diuinā cōsolatio ecclesie in aridi
tate huius seculi velut in deserto sitientis et mi
sericordiaz a deo expetentis Intentio monere si
deleat solū deū sibi eligant: ad cum omni de
siderio festinent ac recte et bene cōuersari in me
dio hui⁹ puerse et p rāue natōis studeant. Sen
tentia in generali ppheta in isto psalmo loquit
in persona ecclesie quomō in deserto huius se
culi et vite se habeat quia deū videre desiderat
quem et laudat et id ampli⁹ agere optat vel etiā
mea est diuinā cōsolatio veri anachorite in lo
co solitario Intentio: monere fideles fugere mū
dum p rāuū et puerum et ppter cōsolatōes diui
nas petere desertū. Sententia in generali ppha
loquit in psona cuiuslibet veri anachorite: qui
scilicet mundum fugiens petit desertū vt diui
na pcpiat beneficia et hostiū euadat machina
menta. Sententia in speciali. Ecclesia ergo ne
cessitatibus huius vite estuans clamat. d.

Deus) cōmunis omnium p potentia et creatio
nem qui es (deus me⁹) specialiter p redemptio
nem et vocatiōē et signanter p cultū et singula
rem dilectionē (ad te de luce vigilo) ad litteram
.i. sumo mane ad tuas laudes cōsurgo scz dilu
culo et matutinali hora qñ christ⁹ resurrexit et
nos ad surgendū et laudandū exemplo sue re
surrectōis animauit vñ institute sūt laudes no
cturne vt semp sum⁹ pati memores iudicij fm
quosdā hora q christ⁹ resurrexit affuari p qua
resurrectōne laudes decantant matutine. Vel
moraliter (vigilo) .i. diligenter studeo et curiosus
sum vt bene opari incipiā (ad te) pmerendū et
ad tuas voluntates exequendas et hoc (de luce)
gratie .i. ex quo suborta est mihi lux gratie que
nos excitat et ad deum vigilare facit Vel (de lu
ce) .i. p puritatē bone cōscientie. De qua vigila
tione dictū est in euangelio: beatus ille seruus
quem cum venerit dominus inuenierit vigilan
tem: huius autē vigilie causā ostendit cū subiūgit.

**Sitiuit in te anima mea: qz multiplici
ter tibi caro mea.**

Sitiuit in te anima mea) .i. in te solū cōsolari
et ad te venire tibiqz inherere beatissime ardētē
desiderat: desiderū eni sitis anime est. Anima
quidē desiderat deū multis de causis sed ad de
sideratū finē puenitur laboribz carnis que deū
desiderat causis pluribz. Vñ subditur (qz mul

tipliciter) id est multo amplioribz causis qz ani
ma: subiectā enim amplioribz miserijs (tibi ca
ro mea) sitiuit vt videlicet in ea resurrectōe atqz
immortalitate quam pmissi tibi appareat qz et
ei pmittitur resurrectio quomodo et anime bea
tudo caro itaqz multiplices defectus patitur
et qz multipliciter fatigat tam multipliciter si
tit a deo infatigabile incorruptionē et ideo ml⁹
tis modis deo deseruit vt ad desideratū finem
et ipsa et anima puenire possit. Deinde subdit
vbi sitiat.

**In terra deserta et inuia et in aquosa sic
in sancto apparui tibi: vt viderem virtu
tem tuam et gloriam tuam.**

In terra deserta et inuia et in aquosa) ex se .i.
in hoc presenti seculo qd est terra deserta quan
tum in se est ab omni bono et (inuia) id est sine
via nō habens viam veritatis (et in aquosa) id
est sine aqua nō habens refrigeriū vere salutis
(sic in sancto) (scilicet desiderio vt habitum est
id est p sanctū desiderū) (apparui tibi) id est vidi
sti me (vt) ego (viderem virtutē tuam et gloriā
tuam) id est te: nemo enim videt deū nisi prius
deo appareat .i. a deo videat. Ergo in sancto de
siderio appareamus deo vt et ipse appareat no
bis. Ad hoc etiā anachorite loca deserta et in
uia querunt vt deo pfectius inhereant et conso
lationes diuinas melius percipiant Ideo hec
omnia sic ago.

**Quoniam melior est misericordia tua su
per vitas: labia mea laudabunt te.**

Quoniam melior est misericordia tua) diui
na (sup vitas) humanas. Dulce sunt sanctorū
vite in hoc seculo alius deo seruit in iugio ali
us p continentia alius p cōmunē vitam alius
per solitariā alius p actiua alius p contempla
tiua diuersi diuerso modo scdm mēsurā gra
tie que vnicuiqz data est a deo. Quantūcūqz
quisqz pfecte viuat: qz sancte et pure deo deser
uiat: tamen ad celeste regnū non pducitur nisi
diuina misericordia cum bonis operibz adiu
gatur ideo (labia mea laudabunt te) id est lau
dabilem te alijs predicabo: De tanta enim pij
domini misericordia ne ingrati simus laudes
et gratias quas possumus referre debem⁹. Et
sicut labijs laudo.

**Sic benedicam te in vita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas.**

Sic) etiam (benedicā te in vita mea) scz tota
id est bene viuendo. Sic enim digne qsqz lau
dat quando cum labijs vita cōcordat: et in no
mine tuo) id est ad honorē et gloriā nominis tui
(leuabo manus meas) ad te in pēibz et oratiō
m

hibus ad litterā Uel (manus meas) id est ope
ra bona (leuabo) ab appetitu fauoris respectu
superne patrie bona opera exercendo et nō me
am sed dei gloriā in eis querendo. Et ut la-
bijs digne laudare et recte uiuēdo ac bene ope
rando deū benedicere valeat impinguari do-
no sue gratie postulat euz subiungit. Et ut hoc
possim utinam.

**Sicut adipe et pinguedine repleat ani-
ma mea: et labijs exultationis laudabit
os meum.**

Sicut adipe et pinguedine repleat et reficia-
tur (anima mea) tua grā hic ubi stus ē. Adeps
pprie vocatur pinguedo illa que est circa vita-
lia et intestina sed pinguedo dicitur que est in car-
ne et membris exterioribz. Sicut adipe ergo et
pinguedine anima repletur quando et charitas ē
in mente et foris alacritas spiritalis apparet in
in actōne: hilarē enim datorē diligit deus. Uñ
et subdit (et labia exultationis laudabit os meū)
.i. te et nomē sanctū tuū qz in dñi seruitute ipi
laude nō tristitia sed gaudiū haberi debet. nec
solum laus dei debet esse in ore sed etiā in me-
ditatione et ope. Unde et subdit.

**Si memor fui tui super stratum meum
in matutinis meditabor in te: quia fuisti
adiutor meus.**

Si. i. qz (memor fui tui sup strātū meū) .i.
in quiete ne ipsa dissolueret et faceret obliuisci-
dum (meditabor) etiā (in te in matutinis) .i. in
opibus lucis et actibz bonis. Digna enī et bo-
na debemus opari tanquā in luce filij lucis
sepe quādo quieti sunt hoies p quietē dissoluū-
tur et obliuiscunt deū hec sancta anima in q̄te
sua deū reminiscit. vnde constat qz et in actōibz
suis in deo meditabit (qz fuisti adiutor meus)
nisi enim adiuetur hic deus bona implere non
possumus. Uel p strātū in quo quiescimus ac-
cipe p̄spera in quibz ille est memor dei qd vix
homo facit et p matutinas noctē et aduersa.

**Et in velamento alarum tuarum exulta-
bo: adhesit anima mea post te: me suscepit
dextera tua.**

Et si quid occurrit (in velamento alarum
tuarū) .i. in p̄tione potentie ac viscerose chari-
tatis et clemētie tue (exultabo) .i. hilaresco in bo-
nis opibus nihil timendo nec solū exultabo s; et
tam seruēti desiderio et charitate (adhesit ani-
ma mea post te) ut sit post te. i. vt te sequat quo-
tidie obediat tibi et qz sic adhesit me suscepit
alio p̄tendū a piculis et ad regendū (dextera
tua) .i. ppiciatio tua diuina. Uñ me suscepit dex-
tera tua) .i. virtus et grā tua in magnā dignitatē

a deiectione in qua ppter peccatū erā me sustulit.

**Ipsi vero in vanū querierunt animam
meam: introibunt in inferiora terre: tra-
dent in manus gladij: pres vulpiū erūt.**

Ipsi vero scz p̄secutores et inimici (in vanū)
et frustra (querierunt animā) et vitā (meā) pdere
qz ardentē tibi adherēdo euasi et nō poterūt
implere qd voluerunt nec intentū habuerunt
ideo (introibunt in inferiora terre) .i. in infernū
ubi damnabunt (tradent in manus gladij) .i.
in potestate p̄tuitate tormentoz quibz sunt
detruncari (partes vulpiū) .i. dolozorum (erūt)
hoc est p̄ticipes erunt pene dolozorum in infer-
no sepuloz qz modo se dolozis praua volūta-
te cōiungunt. Uel (partes vulpiū) .i. demonū
(erunt) sortē eoz suscepturi qz sicut boni annu-
merantur iuxta merita diuersis ordinibz ange-
lorum ita mali ordinibz demonū transformant
in illos.

**Rex vero letabitur in deo: laudabuntur
omnes qui iurant in eo: quia obstructū
est os loquentium iniqua.**

Rex vero scz quilibet iustus et bonus bene
regens animē sine regnū motus carnales terre-
nos et quicquid viciosum est reprimendo (leta-
bitur in deo) malis vt dicitur est sepultus in infer-
no et laudabunt) .i. in fine laudabiles appare-
bunt (omnes qui iurant in eo) .i. qui fidem dei
p̄mittunt seruant q̄ sacramenta eius inuolabi-
liter custodiunt qui animas suas et bonā vitam
illū vouent et reddunt et vere laudabunt q̄ mo-
do ab iniquis vituperant (quia obstructū est)
id est obstructur in iudicio ubi omnis iniqui-
tas victa obmutescit (os loquentium iniqua) .i. cō-
tra bonos qz iā quid dicere valeat nō habebit
Unde nullo omnino contradicente boni lau-
dabuntur.

Oratio.
Ad te de luce vigilantibz lumen largire p̄pe-
tuum auctor lucis eterne deus: vt te laudent la-
bia nostra: vita benedicat te meditatio nostra
in matutino glorificet. Per do.

**Psalmus de oratione christi in sua pas-
sione ne cedat inimicis et vt constantia
habeat libereturq; finaliter ab eis.**

ps. lxxij

Audi deus ora-

tionem meam cum deprecor: a timo-
re inimici eripe animā meā.

Auctor psalmi p̄pha dauid Titulus hic est
In sinem psalmus dauid hoc est psalmus ille
cōuenit vero dauid .i. christo qui hic loquit ad
iuncta sibi voce corporis dirigens nos in finē

id est in sui conformitatem. Docet enī nos suo
exemplo qualiter in deserto huius seculi de quo
supra dicitur est inter p̄secutores nos debeamus
habere et qualiter orantes debemus in tribula-
tionibus p̄secrere hoc attendentes quia quā-
to fuerit asperior et iniquior tribulatio nra tan-
to in futuro maiorē habebimus p̄fectū illive-
ro maiorē defectū. Materia: tribulatio a iu-
dicis christo nequiter illata et ab ipso dulciter to-
lerata. Intentio: monere nos ad imitandū chri-
stum in constantia et tolerantia passionis et in
passionibus orandū et in dño sperandū. Sen-
tentiā in generali p̄pheta in isto psalmo in p̄so-
na christi orat ad deū p̄rem petendo ab aduer-
sarijs liberationē describendo eorum maligni-
tatem et frustratā intentionē et sequentē ex his
fructū et utilitatē. Orat autem in passione ad in-
structionem fidelium vt si ipse qui p̄secreri erat su-
turi orare voluit multo magis qui incertū sunt
sedule dent operā orationi et maxime in tribu-
latione. Sicut enim caput nostrū sic et nos in
tribulationibz hic rogamus. Sententiā in spe-
ciali. Orat ergo christus in passione dicens. Et
audi deus orationē meā cum deprecor. id est de
corde et tons viribz precor. Hunc te pater dep-
cor nunc et audi orationē meam qui incertū sunt
ista oratio declarat cum subdit (a timore inimi-
ci) id est inimicor scz iudeoz (eripe animā me-
am) non quidā vt non moriar sed vt eos nō ti-
meam qui tñ corpus possunt occidere sed te q̄
animā et corpus potes pdere. Non igitur orat
vt non occidatur sed vt occidētē nō timeat ne
forte timendo succumbat nec hoc ideo postu-
lat vt timore aliquo frangi valeat sed vt exem-
plo suo infirmantibz membris orandi forma et
atq; in passione et tribulatione constantia et tri-
buat. Et qz de exauditione securus sit ostendit
dicens.

**Protesti me a conuentu malignantiū
a multitudine operantiū iniquitatē.**

Protesti me a conuentu malignantiū vo-
luntate et cōsilio id est a collectione mala de me
cogitantū et malum in corde machinantū et
non solū a conuentu malū volentū sed etiam
(a multitudine operantiū) in actu in me iniqui-
tatem illā singularem scz crucifixionē. Iniqui-
tas fuit occidere eum qui tot bona eis fecerat:
sed quomodo p̄tactus sit est aduertendū. Ipsi
enim intendebant inferre christo mortē perpe-
tuam sed tertia die resurrexit delere famam sed
dimulgata fuit: auferre fidem a suis sed dilata-
ta inualuit. Exaudi inquit et necesse est vt exau-
dias.

**Quia exaceruerūt vt gladiū linguas suas
intenderunt arcum rem amarā: vt sagit-
tent in occultis immaculatū.**

Quia exaceruerunt id est valde acuerunt (vt
gladiū linguas suas) id est sicut gladius acuit
vt magis icidat ita ipi acutissime excogitabāt
quid in me peius dicere potuissent et verba acu-
ta aperte mortē inclamando ad me occidendū
ptulerunt et ita si nō manibz linguis tamen oc-
ciderunt (intenderunt arcum) id est dolos et oc-
cultas insidias parauerunt: arcus enim occul-
te: gladius aperte ferit (rem amarā) scz vt di-
scipulus et cōiūa p̄dior fieret vt sagittent in
maculatū) id est quasi ignorantē occidāt inno-
centem et hoc (in occultis) id est latenter quan-
tum ad suam opinionē. Ad hoc querierūt quo-
mō a discipulo traderet a iudice romano dāna-
retur ab ipsis romanis crucifigeret h̄ fuit ac-
men lingue: hoc arcus hoc sagitte sic per alios
christū sagittauerunt sic gladio pprie lingue oc-
ciderunt. Unde et subditur.

**Subito sagittabunt eum et non time-
bunt: firmauerunt si bi sermonē nequā.**

Subito id est insidiosē quasi inopinate et
improvisē (sagittabunt eum) id est occident qua-
si nescientē vt eis videtur et seclus implebunt et
inde (non timebunt) deum vel iudiciū eius qz
(firmauerunt) obstinatione non veritate nullo
modo volentes obmittere (sibi) id est ad malū
suum dicendo sanguis eius super nos et super
filios nostros: non dño cui nō nocuerunt (ser-
monem nequā) vel malignū scz quo p̄locuti
sunt vt eū interficerent et postea obstinate mor-
tem eius perierūt dicentes: expedit vt vnus ho-
mo moriat p̄ populo: et reus est mortis: et cruci-
fige crucifige et huiusmodi.

**Narrauerunt vt absconderent laqueos
dixerunt quis videbit eos.**

Narrauerunt et apud se disposuerunt (vt ab-
sconderent laqueos) et pararent occultas frau-
des inter se tractantes quomodo dolose et ab-
sconse christū caperent et occiderent tradendo
eum per discipulū iudicando per principē ro-
manum interficiēdo p̄ milites eius. Talis fuit
absconso laqueoz de quibus etiam (dixerūt
quis videbit eos) scz laqueos istos et fraudes
id est quis poterit p̄cipere vel cauere. q. d. nul-
lus. Accq; enim hoc ab aliquo deprehēdi pos-
se putauerūt nam ita effronite mortem christi
querēbant ac si deum lateret et ipse nō videret
vt putabant sed non profuit illis. Nam sequi-
tur.

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt

scrutantes scrutinia.

Scrutati sunt) id est inquisierunt (iniquitates) scilicet quomodo per falsos testes iustus accusaretur et quomodo dolose eum perderent sed defecerunt ab intento: ipsi scrutantes scrutinia) id est acerba et acuta consilia hoc est in ea subtili et frequenti inquisitione nihil potuerunt proficere: que rebant enim extinguere christi nomen quod magis clarificatum fuit per suam passionem. Quanto acutius et subtilius dolos cogitauerunt tanto plus et grauius a veritate et equitate defecerant et in tenebras mergebant. Quia enim non videbant deum putabant se non videri a deo scrutati igitur sunt sed frustra quia.

Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.

Accedet sponte ad passionem (homo) scilicet christus qui non pateretur nisi homo esset (ad cor altum) id est profundum et secretum in hoc habebit vel ei erat quia hoc faciebat secundum altum et profundum dei consilium. Vel (accedet homo) scilicet christus in passione (ad cor altum) id est profundum et secretum dei consilium nam voluntarie accedens ad passionem profecit profundum secretum diuinum mysterium quo disposuerat deus filium suum pati pro redemptione mundi (et exaltabitur deus) in resurrectione. quod dicitur occiditur ut homo in passione et ipse idem exaltatur ut deus in resurrectione et acquirat nomen quod est super omne nomen. Audi quomodo exaltatus sit deus et hi qui persequebantur humiliati.

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum et infirmate sunt contra eos lingue eorum.

Sagitte humiles (paruulorum) et simplicium scilicet apostolorum (facte sunt plage eorum) qui sagittabant et non timebant quia iam verbis eorum feriuntur et prosternuntur. Infirma enim mundi elegit deus ut confundat fortia et infirmate sunt lingue eorum) id est sermones eorum facti sunt casti virtute resurrectionis sue in omnibus que contra eum dixerunt et hoc (contra eos) id est in malum et verecundiam eorum qui firmauerunt sibi sermonem nequam. Cessauerunt enim mine et blasphemie: cognouerunt sua scrutinia non valere atque a tanto strepitu verborum siluerunt. Talis est mutatio dextre excelsi: deo igitur sic exaltato et visis miraculis.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.

Conturbati sunt) ad penitentiam et compuncti corde (omnes) id est ex omni genere homines (qui videbant) et intelligebant (eos) scilicet iu-

deos defecisse et confusos in efficaciam eorum esse fallaciam. O cor durum alij de illis turbant et tamen ipsi non penitent (et timuit omnis homo) rationalis deum et sibi iudicium imminere diuinum id est omnis utens ratione ad intelligenda que facta erant timore domini se subdidit. Qui ergo non timuit non fuit homo id est usus ratione. Sed si timet hominem non cum terretur homo quin annunciet sicut apostoli prohibiti predicare de christo non ideo destituerunt et ideo isti sic eruti a timore inimici sed deum timentes vna cum apostolis.

Annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt.

Annunciauerunt alijs predicando (opera dei) scilicet necessitate passionem resurrectionem ascensionem missionem spiritus sancti humanitatem et diuinitatem virtutesque et miracula (et facta eius) in celis esse diuina non puri hominis et cur essent facta quia factam nostram esse per deum redemptionem et salutem cognouerunt qui prius utilitatem operum eius non intellexerunt. In telligamus et nos cum per facta nos redemisse et studeamus non solum verbis sed etiam operibus ipsum benedicere et laudare et inde scilicet huiusmodi operibus.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabunt omnes recti corde

Letabitur iustus) per christum redemptus et per fidem operum domini iustificatus (in domino) non in se ipso non in mundo (et sperabit in eo) vitam eternam in futuro et tunc quando damnabunt peruersi (laudabuntur) id est laudabiles apparebunt ad eam gloria (omnes) et quicumque sine personarum acceptione (recti corde) qui recte credunt et bene viuunt. Illi sunt recti corde qui propria voluntate relicta voluntati penitus se subiiciunt diuine qui rectam et iustam intentionem habentes per amorem recte tendunt in deum et quibus per omnia placeat deus. Sed curui corde sunt quibus non placeat quicquid deo placeat.

Oratio. Tutela omnium credentium deus custodi ecclesiam tuam a conuentu malignantium qui eas occultis iaculis impugnare nituntur ut te salubri rectoque retinens intellectu iustorum meritis perpetuo letetur. Per deo.

Psalmus de laude dei ac potentia eius et virtutibus necnon de multiplicibus dei beneficiis in presenti collatis et in futuro conferendis.

ps. lxxiii.

Et decet hymnus

deus in syon et tibi reddetur votum in hierusalem.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus talis est. In finem psalmus dauid etc. Hoc est psalmus iste dirigens nos in finem id est in christum et consumationem est dauid et est canticum id est exultatio: hieremie et agei quia exponit nobis illud vnde exultauerunt illi reditu populi israel de babilonia in hierusalem. Propheta canticum in quo habitum de verbo peregrinationis id est de reuelatione que facta est eis a deo per captiuorum peregrinationem cum inciperent proficisci id est reuertere de babilonia in hierusalem. Hoc enim exultatio per figuram nostram peregrinationem quam habemus cum spiritualiter proficisci de hac peregrinatione incipimus et hinc babilonie non intendentes deum amare intendimus. Est enim conceptio amoris inuicem proficiscendi et incipit exire qui incipit amare. Exeunt pedes sunt cordis affectus: charitas facit ciues hierusalem cupiditas babilonis si corpore ad huc sunt permixti desiderio tamen sunt separati. Materia: laus dei: multiplex eius beneficium et acceptum et accipiendum. Intentio: excitare ad dei laudem pro multitudine beneficiorum sue bonitatis nobis in redeundo ad celestem patriam collatis et in punctione promissis. Quia enim ut supra dictum est letatur nunc iustus in domino deinde laudabilis comparebit in futuro. Intendit hic propheta cunctos in ecclesia futuros admonere ut attendentes quod eis diuina misericordia in redeundo ad celestem patriam conferat quid in peruentione promittat non ingrati existant sed diuini laudibus et gratiarum actionibus decenter insistant. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona ecclesie vel cuiuslibet fidelis suam orationem exaudi postulat potentiam et virtutes ac bona et multiplicia beneficia dei enunciat et commendet. Sententia in speciali: in voce ergo reuerentium prophetarum letus cantat dicens. Teo (deus) non deos gentium (decet hymnus) id est laus dei cum cantico quem cantat qui vere deum amat: hoc in syon) id est in ecclesia presenti nam syon interpretatur speculatio et in ecclesia gloriam dei a longe speculamur quasi diceret decet et iustum est ut ecclesia sancta te laudet propter multa beneficia sibi collata (et tibi) de bonis operibus (reddetur) perfecte (votum) id est laus pro gratiarum actione (in hierusalem) id est in visione pacis scilicet in patria celesti nam hierusalem visio pacis interpretatur que ibi perfecte habe-

bitur hic ergo in presenti vouemus bene operando et cogitando ibi reddemus pro vobis deum laudando. Tunc nostrum desiderium adimplebitur tunc reddetur et perficietur votum quod hic agere incipimus sed ex toto adimplere non possumus. Ad hoc suspirat ecclesia vnde et suppliciter exorat dicens. Et iam nunc hic.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Exaudi orationem meam) parcendo mihi de omnibus offensis meis ut mundus et sine macula securus ad te veniam et in illa celesti hierusalem votum meum persoluam quia (ad te omnis caro) id est omnis homo bonus et malus et de omni genere statu et conditione hominum (veniet) in iudicio finali ut referat vniuersis quod gessit quia non es personarum acceptor. Ubi aperte propheta resurrectionem generalem annunciat. Et necesse est ut exaudias Quia.

Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis

Verba iniquorum) scilicet diabolice primorum parentum iniqua suadentium (preualuerunt) ut mare mergens (super nos) id est peccatum nos in hoc exilium et in peccatum dimerferunt et cum impietatibus nostris tu propiciaberis) ignoscendo et condonando eas ac veniam dando nobis. Primum peccatum per verbum factum est et per verbum multa mala quotidie fiunt. Laudandum est igitur malum lingue ne loquamur quod noccat nec a verbis impiorum deprauemur. Cuiuslibet enim sermone conciliatrix est lingua. Unde hieronimus nullum membrum ita ab incunte etate perhorruit que modicum membrum est et iniquum est. Et.

Beatus quem elegisti et assumpsisti: in habitabit in atrijs tuis.

Beatus) est omnis ille (quem elegisti) id est per gratiam de massa peccatorum segregasti predestinando et ad fidem vocando vnde dicit non vos me elegistis sed ego elegi vos (et assumpsisti) in adoptionem filij et in sortem tuam iustificando quia (inhabitabit) non amplius mouendus (in atrijs tuis) id est in celesti hierusalem quam dicit atria propter amplitudinem et pluraliter quia ibi sunt diuersae mansiones et quilibet mansionem pro suo accepturus est merito et tunc ibi.

Replebimur in bonis domos tue: san-

ctum est templū tuum mirabile in equitate.

Replebitur vsq; ad sūmum (in bonis) eternis domus tue celestis scz hierlm que sunt mira et ineffabilia qz nec oculi vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt. Quod potest igitur ea nunc esurire et sitire vt tantis postmodum bonis mereamur repleri. Et subiungit que sit hec domus dicens (sanctum est templum tuum (celestis et celestis glorie quia sanctificatur p deum a quo inhabitatur (mirabile) non in exterioribus vt domus terre que columnis et marmoribus ac ceteris vanitatibus nitent sed (in equitate) et iusticia nam ibi apparent iudicia dei iustissima que modo videntur distorta quam iusticia modo debemus esurire vt tūc ea satiemur. sancta electorū ecclia domus dicit qz a deo inhabitat templū qz p deū sanctificat h templū scz in se et mirabile in equitate q ad alios. Nā hec equitas in his duobus preceptis est qd tibi nō vis fieri alij ne feceris et q vultis ne faciant vobis homines et vos facite illis: Et vt illis bonis replcamur.

Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre et in mari longe.

Exaudi nos) o (deus) qui es salutaris noster) scz iesus christus per cuius incarnationē saluati sumus et sine cuius auxilio nihil boni possumus vt ab ista terrena domo ad illam celestē transeamus tu qui es spes non tū iudeorū sed omnium finium terre et etiam eorum qui sunt (in mari longe) id est omnium fidelium qui vbiq; habitant in terra et in mari. In illo enī sperant etiam illi qui in vltimis terre partibus habitāt et illi qui longe in remotissimis insulis maris consistunt. Quomodo autem tam longe sit factus spes ostendit cum subiungit.

Preparans mōtes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas pfundum maris sonum fluctuum eius.

Preparans) id est disponens ad agendum et ad vsus competentes (montes) id est aplos et pdicatores altitudine vite terrena omnia trāscendentes (in virtute tua) non ipsorum scz vocando iustificādo gratia: doctrina: et moribus informando et per eos miracula faciendo et bene potes eos preparare quia tu es (accinctus) et munitus (potentia) magna scz deitatis vt qd homo ex se non habuit deitas daret qui sic accinctus (conturbas) ad penitentiā per illos mōtes (pfundum maris) id est corda impiorū p fundiusmersa in peccatis et tunc ex conturba

nōne: quod in imo est ad sūmum reducitur quando malum quod in corde iacebat oris cōfessio ne aperitur et (sonum fluctuum eius) id est sonantes cōtradictōe et fluctuantes psecutōe quia.

Turbabunt gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.

Turbabunt primo (gentes) prope existentes ad penitentiā et pro peccatis voce apostolica et predicatorū audita ac visis miraculis (et) deinde (timebunt) deum vt credentes salui fiant etiam (qui habitāt terminos) et in extremis terre scz longe positi (a signis tuis) id est a miraculis que facta audient et si non videant et postea (exitus matutini et vespere) id est illius qui tempore iuuentutis et tempore senectutis exit per penitentiā a peccatis (delectabis) id est delectabiles facies tibi et angelis vt etiam ipsi qui exit a peccatis Vel (exitus matutini et vespere) id est prosperitatis et aduersitatis huius seculi (delectabis) id est delectabiles facies homini: dans ei exire inde ne capiatur et extollatur pspers cui diuinitus sunt deus ne etiam terreatur et frangat aduersis pro quo passus est christus sed cuncta forti mente pertransit ac lenis et alacer ad finem tendat: delectare in domino et erit tibi mūdus fastidio. Qualiter autem hoc sit factū subdit quia.

Uisitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Uisitasti terram) id est hoicm pctōrem et terrenum cum per tuam gratiā aspirando et a peccatis reuocando (et inebriasti eam) gratiam infundendo et tanto amore tui replendo vt vita et moribus ad meliora immutetur: solet enī per ebrietatē bibentium sensus mutari. Quedam enī quasi ebrietas videt contemptis diuitijs paupertatem amare: se ipsum contemptui habere mōbulationibus gaudere mortem magis q̄ vitā diligere ad ea que nō apparēt totis desiderijs anhelare hoc modo inebriata terra non potest esse sterilis. Unde sequitur (multiplicasti locupletare) et ditare (eam) id est multipliciter et modis donis et bonis spiritualibus ditasti et honorasti. hoc autem vnde factum sit declaratu subiungit.

Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illoz quoniam ita est preparatio eius.

Flumen dei) id est populus dei prior scz fideles primitiue ecclie profundi ad recipiendū egredientes a christo tanq̄ flumen a fonte (re-

pletum est aquis) id est spiritus sancti donis et gratijs. Unde alij potentur et irrigentur. Deinde post potum subdit de cibo dicens. tu (parasti cibum illoz) scz fidelium in cōmunionē corporis et sanguinis tui (quoniam ita) id est per te (est preparatio eius) cibi et sicut a te disponitur sine quo nihil fit. Est etiā scriptura sacra (cibus noster ac panis vite et intellectus) quo quodidie reficimur ne deficiamus in huius pegrinationis deserto. Unde scriptū est nō in solo pane viuūt homo sed in omni verbo qd pcedit de ore dei. Sed quia hec fragilis homo suscipere nō valet nec meretur nisi deus per misericordias det ideo exorat.

Riuos eius inebrians: multiplicamina eius: in stillicidijs eius letabitur geminans.

Riuos eius) fluminis scz doctores q de eius plenitudine biberunt et per quos spiritus sanctus ad audiendum corda decurrit (inebrians) donis spiritus scz sapientie et gr̄e vt sibi et alijs sufficiat. Sed vnde pdicatoris deus inebriat inde fideles multiplicat vnde sequitur (multiplicamina eius) id est successione inde pululantem scz filios ad fidem cōuersos id est da imitatores puctos ex riuis in fide generatos vt ex credentibus alij credant et per successiones predicatio non deficiat (in stillicidijs eius) fluminis id est in guttis doctrine parue et tenuis scz in verbis interpolat et modeste cadentibus a maioribus illius fluminis (letabitur) spiritualiter quia inde pficit (geminans) scz incipiens et rudis in fide nouiter exortus qui magna ad huc capere non potest sed minora que audit libenter suscipit atq; eos quos preualet fructus bonorum operum et virtutum pferre studet.

Bndices corone anni benignitatis tue et campi tui replebuntur vbertate.

Benedices) gratiam infundendo (corone anni benignitatis tue) id est collectioni et multitudini fidelium de mundi circulo acquisite ipse gratie in quo benignus mundo apparuisti et dicitur corona qz gloria victorie est vincenti dicitur et dicitur benignitatis dei ne quis gloriatur de meritis suis deinde hanc bndictionē corone exequit p ptes dices (et campi tui) id est homines equitate et iusticia pleni scz iusti (replebuntur vbertate) bonorum operū vel imitatorū. **Pinguet speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.**

Pinguet) etiam dulcedine gratie (speciosa deserti) id est peccatores dei gratia deserti et

steriles vt vbi abundauit peccatū superabundet gratia qui a sordibus exeunt vicioz ac speciosi fiunt fide morum honestate et decore virtutum (et colles) a terra se cleuantes vel quos de erigit propter humilitatē (accingent) id est pre parabuntur ad spirituale preliū vel confortantur ad predicandū alijs et hoc in (exultatione) quia veniunt ad regnū.

Induti sunt arietes ouium: et valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.

Induti sunt) etiam exultatione gaudentes de fructibus suis. Vel (induti sunt) veste nuptiali id est charitate erga deum et subditos (arietes ouium) scz duces gregū et prelati alioz (et valles) id est humiles populi doctrina de montibus fluente irrigati (abundabunt frumento) id est cibo spirituali et fruge boni opis et ppter ista beneficia eis collata (clamabunt) pre deuotione deum laudantes (etenim hymnū dicent) in gratiarum actione: dei beneficij non ingrati. Vel accipiendo de futuro (Benedicens corone anni benignitatis tue) id est sanctos tuos remunerabis que vt corona palme victorie circa te stabunt et victorie signū erunt et exequitur per partes dicens (et campi tui) id est ecclie iudeorū quos spiritualiter extollebas sicut campos (replebunt vbertate) id est eterna refectōe (Pinguet) interna facietate (speciosa deserti) id est ecclie gentium quia omnia perfecte habebunt (colles) id est martyres: qui campis id est iustis virtute preminent passionis (exultatione accingent) id est ex omni parte tam in anima q̄ in corpore ea circūdabunt (Induti sunt) id est induentur stola iocunditatis et exultatione (arietes ouium) id est duces animarū quia simul cum grege suo gaudebunt in eterna pace (et valles abundabunt frumento) quia obediētes et humiles ante celesti reficiēt alimēto. Ipse dominus erit frumentū eorum: ipse est enim vere cibus animarū. Et ibi omnes non tam voce et verborū strepitu q̄ mente et cordis affectu in leticia ineffabili (clamabunt) et eorum clamor non nisi laus dei erit ideo subdit (etenim hymnū dicent) id est laudes perpetuas pro diuersorū munerū donis. Unde alibi dicitur. Beati qui habitant in domo tua dñe: in seculū seculi laudabunt te. Ergo incipiamus hic hymnū dicere deo nostro quatenus perfecte illum laudare mereamur in futuro. Qui enim modo non incipit nec postmodū laudabit.

Tribue ter celestis vt nos erepti ab ariditate peccati flumine misericordie tue copiosi? irrigati pinguescere mereamur vel hymnu cum sanctis tuis decantare possimus. Per do.

Psalmus de laude et gratiaru actio / ne ppter opera dei mirabilia ac p glorio sa martyru et tribulatoꝝ victoria ac consolatione diuina. ps. lxxv.

Jubilate deo omnis terra psalmu dicitur nomini eius date gloriam laudi eius.

Auctor psalmi propheta dauid Titulus hic est In finem canticu psalmi resurrectionis canticum quia est exultatio de resurrectione capitis que precessit: et corporis que futura est. psalmus quia p resurrectione monet bene operari dirigens in finem id est in christum vel in consummationem future resurrectionis seu beatitudinis. Materia: laus dei operaque ipsius mirabilia ac glorio sa martyru victoria. Intentio: monere fideles ad dei laudem et gratiaru actione pro supradictis et vt corde voce et opere deum laudent predicent et glorificent pro suis beneficijs. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona ecclesie seu cuiuslibet perfecti. inuitat vniuersos fideles ad agendu gratias et ad laudandu deum ppter opera ipsius mirabilia et pro glorio sa martyru victoria loquuntur de eorum muneru oblatione ac post martyru triumphu diuina eorum consolatio ne. Igitur sicut supra ita et hic monet ad insistentiu diuinis laudibus et gratiaru actionibus alijs et alijs tamen rationibus pponens se ipsum in exemplu et pdicans que bona sibi fecit dominus et quia ad illu ore et corde sine iniquitate clamauit ppter deum exaudiuit in quo nos hortatur vt similiter faciamus quatenus ab ipso exaudiri atque eius misericordiaz consequi mereamur. Sententia in speciali. Ecclesia ergo spe resurrectionis leta vniuersos ad canticum psalmu inuitans ait (Jubilate deo) inefabili affectu et mentis exultatione (omnis terra) id est non solum iudea sed de omni terra populi ad deum conuersi quasi diceret in vocem erupite gaudiorum si non potestis verborum: non enim verbis iubilatur sed solus gaudeniu sonitus reddit quasi parientis et parientis cordis. Est enim iubilus gaudiu ineffabile quod nec taceri nec exprimi potest. Et si iubilatis quod (deus) audiat (psalmum dicitur) id est psallite et operamini quod homines opera vestra bona percipiant et hoc

(nomini eius) vt in bono opere laudem domini non vestra requiratis (date gloriam laudi eius) non industrie vestre vt sicut ei iubilatis et operamini ita p his in eo non in vobis gloriamini. Et. Dicitur deo quod terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mententur tibi inimici tui.

Dicitur deo laudando eum (quod terribilia sunt opera tua domine) deus scilicet mysteria incarnationis id est quod deus est homo factus et passus et mortuus et huiusmodi que fecit et alia que adhuc facere non cessas que possunt dici amabilia: sed terribilia dicit vt non superbiant homines sed terreantur et timeant seque in vita emendent. Unde secundum consiliu hieronimi quilibet colligat sibi in fasciculum a principio mundi opera domini suauia in saluatione et retributione bonorum ac terribilia in punitione et damnatione malorum. Sed licet magnus et terribilissimus (in) tanta tamen (multitudine virtutis tue) id est in multis virtutibus et miraculis tuis (mententur) et mentiri non pertimescunt (tibi inimici tui) qui nec promissa soluant nec mandata seruant. Illis ergo relictis.

Dis terra adorat te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

(Omnia terra) id est omnis generis homo habitans in terra (adorat) id est adorando si dem colat (te) qui verus es deus. Sed quia fides sine operibus mortua est recte subditur (et psallat tibi) id est bene operetur ad honorem tuum (psalmus dicat) id est bonam operationem alijs et ad aliorum instructionem predicet et hoc non sibi sed (nomini tuo) hoc est ad laudes et gloriam nominis tui vt quicquid boni fecerit ad hoc referat. Tunc quippe vultu deum adoramus quia do culture fidei bonum opus in quo deus honoratur adiungimus atque alios nobiscum quos possumus ad seruitutem dei verbo et exemplo trahimus. Quod videt hic facere cum prius adiungit.

Venite et videte opera dei: terribilis in consilijs super filios hominum.

(Venite) omnes populi id est accedite passibus mentis affectibus amoris (et videte) id est intelligite diligenter considerando (opera dei) que fecit scilicet opera creationis: recreationis: retributionis et alia huiusmodi vt habeatis materiam laudis: qui est (terribilis in consilijs) habitus (super filios hominum) vt cum mala bonis et bonis mala concedit: vnum ex pura misericordia saluat aliu ex iusticia damnat istu irascitur illi parcat: vnu pro grauissimi martyru pena

alium magis leuiter ad regnum celorum perducit: vnum ex virtutibus in fine ad vitia tendens ad infernum per elationem corrumpit alius ex vitijs in virtutibus finem percludens ad celum per humilitatem leuat. Sed quid fecit terrore consilij sui declarat specialiter cum subiungit.

Qui conuertit mare in arida: in flumine pertransibunt pedes: bi letabimur in ipso.

(Qui conuertit mare) id est mundum amarum (in arida) vt aqua dulces fuerit qui salus plenus erat. Unde dicit alibi anima mea sicut terra sine aqua tibi et illi ipsi qui in arida sunt conuersi cum essent antea amari (in flumine) id est in huius seculi fluxibilitate vbi alij veniunt alij succidunt (pertransibunt) delectationes et preterfluentia reru perituri (pedes) sicco id est facile et tute christo duce et cum pertransierimus (ibi) iam flumine transacto finita mortalitate et recepta incorruptio (letabimur) vere et perfecte (in ipso) id est in deo nostro quo duce transiuimus quonia videbimus cum sicut est et ipse erit omnia in omnibus id est sufficientia omnium.

Qui dominatur in virtute sua in eternu oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

(Qui dominatur) omnibus et hoc (in virtute sua) id est propria ita quod nihil potest ei resistere (in eternum) non temporaliter quod patris eius est eterna que non auferit (oculi eius super gentes) saluandas (respiciunt) misericorditer id est illuminat gentes. quod enim gentilitas credidit diuine misericordie respectu egit: que cum eligit iudea reprobat. Unde et subdit quod exasperant) deum vel puocant in iram seque iudei (non exaltent) et desinat gloriarum (in temetipsis) in genere et in carnalibus obseruantijs sed humiliter in seque exaltent in christo. Exasperitas iudeorum fuit ipsa infidelitas: fuit superbia: et inuidia: fuerunt prauis mores et contra aduersus christum et ecclesiam qui quoniam in se elati fuerunt non exaltari sed deici a domino meruerunt. Cognatis istis operibus atque acceptis tantis beneficijs admonet ad deum benedicendum dicens.

Benedicite gentes deum nostrum et auditam facite vocem laudis eius.

(Benedicite gentes deum nostrum) ipsum laudando et ei gratias rependendo pro multis et magnis suis beneficijs. Et non solum apud vos ipsos cum laudate sed et alijs (auditam facite) palam id est predicando annunciate et facite vt alij audiant (vocem laudis eius) qua seque laudat a vobis vt et ipsi ad laudem filium inuident vt qui diligit deum diligit et primum annuncians ei quod vult est: primum ergo ad religionem

nostram et fidei culturam toto corde toto affectu deum nostrum benedicere laudare predicare. Et enumerat causas quare predicari debeat. Ipse est enim qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.

(Qui posuit animam meam) in se peccatis mortuam (ad vitam) eam sua morte viuificando et per gratiam iustificando ne eam perpetua morte consumeret et vt in ipso viuat et quod opus est perseverantia ideo vt perseveret vsque in finem (non dedit) id est non permisit dari (in commotionem) vt mouerent in malum (pedes meos) et affectus. Vinus dicit non dedit in commotionem pedes meos et plus significat id est dedit vt non commoueat pedes meos. Qui posuit animam meam de vita nature ad vitam gratie in vitam glorie ipse regit pedes meos ne nutent ne a bono cepto boni moueant affectus. Et necesse erat vt pedes nostros regeret multa enim passi sumus.

Quoniam probasti nos deus: igne nos examinauisti sicut examinatur argentum.

(Quoniam probasti nos deus) aduersis id est nobis ipsis et alijs probatos ostendisti non in preceptis dedisti (igne) tribulationis (nos examinauisti) id est purgasti et sordes abstulisti (sicut examinatur argentum) non in cinere veru sicut fenem probat dominus sanctos suos et tribulationu igne examinat non vt consumat sed vt sordes purget et electos ab omni terrena sorde et carnis delectatione mundet carnis enim oblectamina multum in aduersis deficiunt. Et exponit per preceptas examinatos cum subiungit.

Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

(Induxisti) id est induci permisisti (nos in laqueum) non quod decipit sed quod probat id est in vineula et carceres siue quilibet tentationes (posuisti tribulationes) id est flagella et persecuciones tyrannorum sicut graue pondus (in dorso nostro) vt per superbia male erecti ad humilitatem curuemur (imposuisti) tua voluntate per mittens (homines super capita nostra) vt capitales possent dare snias. Imponunt et modo homines super capita nostra toleramus quos volumus patimur aliqui superiores quos nouimus peiores. Et bonum est vt consideremus nos esse peccatores et sic toleremus impositos super capita nostra vt et nos confiteamur deo quod digne patimur. Quid enim indigne patieris quod fecit quod iustus est. Quando male viuimus si parcat plus irascit. Omnino iste tribulationes flagella sunt corrigentis ne sit sententia punientis. Unde et subdit.

Transiuimus per ignem et aquam: et educauisti nos in refrigerium.

Transimus per ignem et aquam (id est per aduersa et suauia per ignem enim aduersitas vincens per aquam prosperitas corrumpens accipit) et educisti nos modo spe vel educisti id est educas ponendum preteritum per futuro propter certitudinem (in refrigerium paradisi et in requiem eternam post estum tribulationum). Si ergo et nos a simili alicui nec estu nec pluuia a via cessantes nec prosperis nec aduersis retardamur igneque aduersitatis non crepamus et aqua prosperitatis non dissoluimur ita ut nec nos aduersa deiciant nec prospera extollant in refrigerium et requiem eternam transimus. Unde subdit et transactis tribulationibus.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea.

Introibo tandem re in domum tuam non manufacta sed futura et celestis ecce refrigerium (in holocaustis) bonorum operum prius in presentia exhibitis per quibus mihi premium in domo tua dabitur et tunc sed cum introibo (reddam tibi) cum angelis (vota mea) id est vota laudum que hic voueo et promitto (que) vota (distinxerunt labia mea) interiora id est que ratio mea omnibus pre tulit: vota sua labijs interioribus sancta ecclesia distinguit quia bona que deo offert mente et ratione discernit ab omni laude humana et terre non comodo et ab alijs ea distinguendo et nil preter deum in ipsis requirendo. Nec solus vota voui in prosperis. Sed etiam confessionem tenui in aduersis. Unde et subdit.

Et locutum est os meum in tribulatione mea.

Et que (locutum est os meum) tibi promittendo. q. d. et que non tamen corde sed etiam voce professus sum me redditurum (in tribulatione mea) non victus ea. Sancti enim martyres christum confitebantur in tormentis: quia spe erat eis tribulatio dulcis: christi inquit serui sumus christi fidem tenemus per christo mori desideramus. Corde ergo tenenda est fides: ore proclamanda est veritas. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio ad salutem. Deinde ostendit quomodo in domum dei introeat in holocaustis et ipsa holocausta exponit dicens.

Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum: offeram tibi boues cum hircis.

Holocausta medullata id est pingua sua uia plena intus charitate et dulcedine offeram tibi non alij id est me ipsum tibi offeram pin-

gue sacrificium cum medulla et pinguedine charitatis et intus amoris. Intus enim et ad tibi placendum charitas mihi est in superficie ad placendum hominibus (cum incensu arietum) id est cum mactatione et destructione motuum superbie incensa et consumpta omni eius altitudine et rigore (offeram tibi) sed mactando et occidendo (boues) quibus terra aratur id est motus auaricie (cum hircis) id est cum fetidis motibus luxurie hic in me vicia mactando. Et ita offeram tibi humilem obedientiam contra superbiam paupertatem voluntariam contra auariciam castitatem integram contra luxuriam. rursus ad alia beneficia intelligenda gentes inuitat.

Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anima mee.

Venite affectibus et passibus amoris (audite) auribus cordis (et narrabo) aperte vobis. o vos (omnes qui timetis deum) non est enim qui bus narretur timor dei non est quia timor clarus est que aures aperit sed quanta beneficia preter illa que dicta sunt (fecit anima mee) id est mihi ut sciant a simili que eadem faciet et vobis simul et per vos non steterit possent explicari beneficia que fecit maxime tamen apparent in miribus sed in remissione peccatorum in collatione meritorum in retributione premio. in primo recole quod indigno remisit in secundo que gratuita contulit et quanta in tercio quod incompatibilia preterea quid pro te pertulit qui sacramenta tibi contulit. Deinde exponit specialiter quanta sibi fecit cum subdit.

Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea.

Ad ipsum ore meo clamaui quasi diceret inspirauit et dedit ut ad eum clamare ore meo qui prius ad simulacra surda et muta clamaui ore alieno. s. diabolico (et exultaui sub lingua mea) id est dedit ut clamando ore exultare in corde sub lingua enim exultare est ex clamore vocis gaudium in corde concipere. Ipse est verus clamor ad deum scilicet affectus cordis: ipsius publice predicauit ipsum in secreto confessus sum quod in ore hoc in corde habui. Ille clamat exultanter sub lingua quem non remordet conscientia. Cuius autem conscientia peccatrix est eius quoque oratio inutilis est. Quod de claratur cum subditur.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.

Iniquitatem si aspexi in corde meo id est si dilexi: quasi quadam similitudine intendentes

intendens. Ea enim que diligimus libenter aspicere solemus. Aspiceret ergo hic intelligit oculos interiores ad iniquitatem reflectere per consensum et delectationem. Quasi enim aspexit in corde iniquitas quando ea mentis oculis placet: quando delectat: quando iam ipsa ratio approbat et amat (non exaudiet dominus) me vel precem meam: oratio enim que pura non est non audiat. Ergo non exaudiet deus precem cuius ex iniquitate corruptam conspexit mentem. Excepit enim iste meritum ut discant alij laborare prius quam querant premium. Inde de premio subdit.

Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.

Propterea quia ad illum ore et corde sine iniquitate clamaui et iniquitatem in corde meo non aspexi (exaudiuit deus) preces meas. hinc apostolus ait: si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus quia quicquid postulauerimus accipiemus (et attendit voci deprecationis mee) ecce vicissitudo quia intendente intendit deus in quo nos hortatur ut similitur faciamus quatenus a deo exaudiri atque eius misericordiam consequi mereamur: hic in quibus bona fecit anime mee et quia hoc peccedit ex dei gratia et beneficio non nostro merito ideo gratias illi agendo subiungit.

Benedixit deus: qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me.

Benedixit (deus) per suis beneficijs (quod non amouit orationem meam et misericordiam suam a me) id est qui perseveranter me facit orare ut non ab oratione tepescam et perseveranter miseretur ut in tribulatione non deficiam hec duo connexa sunt. Si enim a te non est amor tua oratio tua securus esto que nec ipsius misericordia. Si non suspenditur oratio non prelatetur misericordia. Ergo non deficiam in oratione securi de promissione quia et si differt quod dandum est non tamen aufert: propterea precepit dominus quia oportet semper orare et nunquam deficere.

Oratio.

In sinu domine mentibus nostris gloria: laudis tue ut dum huius seculi incendia vitamus in eterna refrigeria te presule transeramus. Per dominum.

Psalmus de christi incarnatione ac eius inter homines conuersatione et mundi illuminatione ac de peccatorum et laudis confessione.

ps. lxxvi.

Et misereatur nostri

Et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri.

Auctor psalmi propheta dauid Titulus talis est. In finem in hymnis psalmus cantici dauid hoc est psalmus iste conuenit dauid prophete siue cuilibet fidei: qui ideo dicitur psalmus quia monet ad confitendum et bene operandum et cantici quia est exultatio de illuminatione vtriusque populi et de benedictione: psalmus inquam dirigens nos in finem id est in christum habitum in hymnis. i. in laudibus deo exhibendis. Quia ergo in psalmo precedenti dictum est de electione gentium et repulsionem iudeorum sequenter hic agitur de coequatione vtriusque populi. Intellexit enim propheta illuminationem quam deus daturus erat toti mundo de qua omnes debent eum laudare summo studio. Materiam: laus dei per beneficio incarnationis christi et eius conuersatione inter homines et illuminatione mundi. Intentio: monere fideles ad laudandum deum occasione predictorum. Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona sua seu cuiuslibet fidelis supplicat ut cum fidelibus mereatur benedici et illuminari loquitur de christi incarnatione et conuersatione inter homines et hortatur ad confessionem peccati et laudis. Sententia in speciali propheta ergo quia in precedenti psalmo monuerat nos benedicere deum quod non possumus nisi ipse prior nos benedicat ideo hic precatur benedici. Et quia vidit esse omnia bona ex misericordia dei ante omnia misericordia precatur dicens (Deus) sed pater (miserere nostri) prius culpam tollendo et peccata dimittendo. (et) postea (benedicat nobis) gratiam conferendo et bona augendo: prius enim miseretur deus erranti reducendo cum ad viam postea benedicit multiplicando virtute et merito (illuminet vultum suum super nos) id est manifestet filium suum nobis cum in carne mittendo et cognosceret faciendum qui dicit vultus et imago patris: per filium enim representat pater sicut ipse ait: qui videt me videt et patrem (miseratur nostri) dona sua in nobis conseruando. Quod promiserat repetit vtriusque est enim nobis necessarium ut misericordia eius nos pueniat et incipiat et misericordia eius subsequatur et conseruet. Et conuertit se ad deum dicens. Ista peto ad hoc.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Ut cognoscamus) o deus (in terra) id est in hac vita (viam tuam) id est per quam ad te va-

leamus pertingere id est christus qui tanq̄ via
ducit ad te et patriam. Quod exponit plenius
dicens (in omnibus gentibus) vbiq̄ terrarū
constitutus ecce in qua terra (salutare tuum) sc̄z
filium tuū quo saluemur et qui est salus omnium
ecce quam viam id est vt cognoscamus eandē
viam non vniuscuiuslibet sed omnium gentium
esse salutē quia non est iudeorū tm̄ saluator sed
etiam gentium. Et quia iam cognouerūt ideo p̄
directione.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Confiteantur tibi populi) o (deus) peccata
sua hoc est se accusent et in se refundant pecca-
ta sua ad honorē tuum (confiteant tibi) et lau-
dem tuam: hoc est te laudent et tibi merita sua
ascribant et non tm̄ populus vnus vel populi
terre vnus sed (populi omnes) quia ad gratiā
inuitantur omnes ne dicatur ecclesia nō vbiq̄
diffusa prius se accusent et cōtemnēt vt sic post
modum digne te laudent. Quid times confite-
ri o homo qui non confitendo esse non potes
occultus. Damnaberis tacitus qui posses libe-
rari confessus. Ad hoc exigit deus confessionē
vt liberet deus humilem. Et quia ista cōfessio
non ad supplicium ducit sed ad gaudium sequi-
tur et dicit.

**Letentur et exultent gentes: quoniā iu-
dicas populos in equitate et gentes in
terra diriges.**

Letentur anima intus gaudendo (et exul-
tent) corpore extra hilares se ostendendo quia
saluantur in vtroq̄ (gentes) in eo qui cōfessos
liberat et superbos damnat qui enim iam con-
fessi sunt non timent futura iudicia tanquā ibi
damnandi quia eis christus est aduocatus in-
dultor non vindex vltor. Unde leo papa. non
remanet in iudicio condemnandum quod hic
fuerit confessione purgatum: et subdit quare) quo-
niā iudicas) id est iudicabis in futuro (popo-
lus in equitate) reddendo singulis sc̄dm̄ meri-
ta sua. Et quia p̄pter hoc non multū laudare-
tur: nisi enim misericorditer in hac vita etiā ho-
mines videret omnes damnarentur ideo adie-
cit et gentes in terra) id est nunc in presenti vi-
ta (diriges) vt recte viuendo ambulent et ad eter-
nam salutē peringant et hoc exemplo vite ver-
bo doctrine: et auxilio gratie.

**Confiteantur tibi populi deus confite-
antur tibi populi omnes: terra dedit fru-
ctum suum.**

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur

tibi populi omnes) et beneficium sue salutis a te
recognoscant: reperit eundem versum in exhor-
tatione sed aliam causam subdit dicens. quia
(terra) id est maria virgo beata (dedit fructum
suum) id est genuit et prulit filium sc̄z christū qui
est semen in quo est benedictio omnium gentium.
Et in hoc fructu et semine. Benedicat nos etc.
vel (terra) que prius sterilis spinas et tribulos
germinabat sc̄z homo vel ecclesia vocatōne di-
uine maiestatis et misericordie modo in aduen-
tu filij (dedit) confitendo (fructum suum) id est
bona opera sc̄z fructū tricenisimū sexagesimū et
centisimū sed non nisi per benedicentē deum.
Ideo vt fructū demus.

**Benedicat nos deus deus noster bene-
dicat nos deus: et metuant eum omnes
fines terre.**

Benedicat) et (nos) conferendo gratiam in
presenti et gloriā in futuro (deus) pater (deus
noster) sc̄z filius vbi adijcit noster quia vocatur
emanuel id est nobiscū deus (benedicat nos de-
us) spiritus sanctus atq̄ etiā multiplicet in be-
nedicendo. Benedictio enim in multiplicatio-
ne solet maxime et p̄prie intelligi: per hoc q̄ ter
dicit deus notatur trinitas personarū per hoc
q̄ singulariter dicit eum et non eos notatur tri-
tas substantie vnde sequitur (et metuant eum)
sc̄z deum timore filiali (omnes fines terre) id est
habitantes in omnibus finibus terre quia venit
et iudex qui p̄us venit humilis: agnoscamus
humilem vt non ex paucis ex cellum qua-
si diceret sic abundanter in nomine christi be-
nedicat nos deus vt filijs suis adoptis in re-
gnum suum coheredibus vniuersi filij sui im-
pleat vniuersam faciem terre. Bene autem ait
et metuant eum quia nulla est in hoc mūdo ve-
ra securitas. Ecce metus dei inter alia benefi-
cia postulat vt credita caute custodiant: nō
mor dei incipit et consumat. Qui timere nouit
amare non desinit. Beatus homo qui semper
est pauidus: nescit homo diem neq̄ horam quā
transseat: nescit vtrum amore an odio dignus
sit. Timeamus ergo deum timeamus iudicium
eius vt postea securi esse valeamus.

Oratio.

Illumina domine vultum tuum supernos
benedictionēq̄ perpetuā nobis largire vt con-
fidentes tibi in timore sancto fructū iusticie cor-
ram facie maiestatis tue reportare mereamur.
Per dominum.

**Psalmus de christi incarnatione pas-
sione resurrectione ascensione spiritus san-**

**cti missione et alijs beneficijs suis mul-
tis ac de gratiarū actione p̄ ipsis.**

ps. lxxij.

Purgat deus et dis-

**spendunt inimici eius: et fugiant qui
oderunt eum a facie eius.**

Auctor psalmi p̄pheta dauid Titulus hic ē
In finem psalmus cantici dauid id est psal-
mus ille qui est cantici id est exultationis quia
proponit nobis mysterium nostre reparationis
attribuit dauid p̄phete qui hic loquitur atten-
denti in finem id est christū p̄ quem complen-
da nouerat que in psalmo canunt. Igitur quia
supra breuiter tenit de christi incarnatione hic
iam latius p̄sequitur mysterium nostre repara-
tionis est namq̄ psalmus ille refertus euangel-
licis sacramentis. Inuit autem p̄pheta omnes
futuros filios ecclesie vt attendentes beneficia
collata eis per christi passionē et resurrectionē
et cetera tantam gratiā non inuacuum recipiant
nec ingrati sint sed hanc gratiā voce et opere
celebrent et in eadem gratiā in domino exultēt
Materia: christi incarnatio: passio: resurrectio
inimicorū cōfusio: christi ascensio: spiritus san-
cti missio: euangelij predicatio: ecclesie p̄ omnes
gentes dilatio: beneficiaq̄ sequentia ad hec
predicta Intentio: monere ad leticiā et cantū
et his deo debent vt christo cantemus et eum
exultemus. Sententia in generali propheta in
isto psalmo loquitur de christi incarnatione: pas-
sione: resurrectione: inimicorū suorū confusione
et annihilatione: de christi ascensione: spiritus
sancti missione: apolorū predicatione: pecca-
torum conuersione: ecclesie profectu et lauda-
tione: aduersarioꝝ depressione: et increpatione
ac p̄ beneficijs exhibitis gratiarū actōe. Sen-
tentia in speciali p̄pheta ergo precans christū
per resurrectionem exaltari ait. (Purgat) id
est refurgat (deus) sc̄z christus a morte et (dis-
spendunt) hic in resurrectione christi et post in fu-
turo iudicio (inimici eius) sc̄z iudei quorū ali-
qui fuerunt interfecti et alij per totum mundū
dispersi et (qui oderunt eum) sc̄z p̄tinaces in ma-
lo (fugiant) modo terrore cōcussi (a facie eius)
id est a presentia sua non loco et corpore q̄ de-
us presens est vbiq̄ sed metu animi et volunta-
te sc̄z nō latendo sed timendo. Et est graue ma-
ledictum et horrenda increpatione velint et co-
nentur qd nullatenus fieri potest vt (fugiat) in
futuro (a facie eius) tanquam aspectu eius in-
digni sicut scriptū est tollatur impius ne vide-
at gloriā dei hec debet esse vox christiani cō-

tra omnē tentationē et tribulationē inimici sc̄z
exurgat deus etc.

**Sicut deficit fumus deficiat: sicut fluit
cera a facie ignis sic pereant peccatores
a facie dei.**

Sicut deficit fumus) et flamma surgens
qui quanto altius ascendit tanto amplius eua-
nescit sic (deficiant) mō iudei a potestate et glo-
ria qui sicut fumus ex igne odiorum p̄cedens
contra christū se exultantur et inde mox euanue-
runt et (sicut fluit cera a facie ignis) quo dissol-
uitur et consumit (sic pereant peccatores a facie
dei) in futuro. In iudicio enim tollentur mali
a facie dei qui erit ignis ad penā impiorū et lu-
men iustorū. postquam ostendit de christi exal-
tatione quid contingat malis p̄sequenter osten-
dit quid de eadem pueniat bonis dicens.

**Et iusti epulentur et exultent in cōspe-
ctu dei: et delectentur in leticia.**

Et) contra (iusti epulentur) id est reficiant
ipso sc̄z deo et iocundent contemplatione eius
hic et in futuro quasi in epulis positi vt qui in
vineā laborauerūt reficiant in delicijs gustan-
do dulcedinē diuine bonitatis (et exultent) nō
coram hominibus per vanitatem iactantie s̄ in
conspetu dei modo per serenitatem conscientie
quam dominus inspicit sine errore et in futuro
pro specie exultabunt quia ipsum facie ad fa-
et vulneris in latere. Vel sup̄ mortē addiderūt
blasphemā et militū custodiam et alia mala
hm̄oi. vel sup̄ penaz que mihi erat p̄ peccatis
meozū membrorū addiderūt p̄sequendo fide
les et ecclesiam. vel (sup̄ dolozē) qui mihi erat
p̄ p̄ditione illoz (addiderūt) inferre mortē. Et
quia apposuerūt dolozem sup̄ dolozē ideo si
cuti iustum est

**Appone iniquitatē sup̄ iniquitatē eoz:
et nō intrent in iusticiā tuam.**

Appone). i. appones scz p̄mittendo vel gr̄az
subtrahendo: nūc enī addet miseria sup̄ mise
riam (iniquitatē sup̄ iniquitatē eoz). i. viciū vi
cio vt sicut alibi dicit qui nocet noceat ad huc
et qui in sordibus est sordescat ad huc. qz super

peccatoz cōmissionē apposuerūt obstinationē
(et) sic qz nimis gloriabant de iusticia sua (nō
intrent) p̄ penitentia (in iusticia tuā). i. in viam
vite et iusticie rectaz ad te veniendo et iusticiaz
suam que ex lege est relinquendo. Culpa enī
excitat culpā et cum vna nō corrigit exinde al
tera generat et quātoplus refrigescit caritas
tanto amplius abundat iniquitas.

**Deleant de libro viuentiū: et eoz iustis
non scribant.**

Deleant de libro viuentiū). i. ex memoria
tua in qua soli iusti semp̄ viuentes continent.
liber vite est noticia dei qua p̄destinavit ele
ctos ad vitā. Non ergo sic accipiendū est tan
quam in hoc libro aliquē scribat deus quem
postea deleat. sed deleant sc̄dm̄ sp̄m̄ et opinio
nem illoz dicitur est qz ibi tanquā merito iusti
cie sue scriptos se putant. q. d. constet etiā ip̄is
et cognoscant in damnatione sua nō ibi se esse
scriptos et nunquā scriptos fuisse ostendat et
appareat qd̄ subsequēter exponit dicens (et cū
iustis nō scribant). i. iustoz ordini sc̄dm̄ equi
tatem tuam nō apponant qz nec digni sunt au
diuimus qd̄ nobis: cauendūz sit in malis nūc
audiamus quid imitandūz sit in christo. Illi
tales fuerūt et sic pierunt tu benigne dñe quid
dicis de te ip̄o.

**Ego sum paup̄ et dolens: salus tua de
us suscepit me.**

Ego sum paup̄). i. hūilis (et dolens in pas
sione p̄ omnibz (salus tua de⁹ suscepit me) de
omni angustia in resurrectione hoc idem dicit
corpus. Beati enim paupes spiritu: qm̄ ip̄oz
est regnū celoz et. Beati qui lugent qm̄ ip̄i cō
solabūtur. Exemplo ergo dñi discamus pau
peres esse et dolentes. Nec enim deserti sunt ta
les sed salus dei suscipit eos vt iaz nō sint pau
peres et dolentes sed potius beati et letātes ad
litterā enī christus paup̄ fuit qz in paup̄a
te natus: cōuersatus: mortuus: et in alieno se
pulchro positus. Et qz sic sum saluat⁹ ideo.

**Laudabo nomen dei cū cantico: et ma
gnificabo eum in laude.**

Laudabo) in me et in membris (nomē dei
cum cantico) id est cum iocunditate et delecta
tione cū mentis leticia et vocis exultatione qz et
si oīa desunt deus tamē mecum est (et) exultans
in me ip̄o (magnificabo eum in laude). i. ma
gnifice laudabor magnū predicabo ad alios
vt per exemplū p̄ficiant ac deum similiter lau
dent et magnificēt he sunt diuitie mee scz vt cū
gaudioz hilaritate nō cesset deū meū lauda
re et magnificare.

**Et placebit deo sup̄ vitulū nouellū: cor
nua pducentem et vngulas.**

Et laus illa (placebit deo) super omne le
gale sacrificiū et hoc ostendit per partem cum
subiungit (sup̄ vitulū nouellū: cornua pdu
centem et vngulas) Talis enim querebat vi
tilus in sacrificio q̄ et nouellus esset et tam ma
gnus vt cornua mitteret atqz vngulas fortes
haberet. q. d. sacrificiū laudis diuine magis est
deo gratum et placitūz q̄ sacrificiū quodcuqz
quod offerretur in lege. laus enim puri cordis
plus placet q̄ mactatio pecudis. hoc ergo.

**Uideant paupes et letent: querite deū
et viuet anima vestra.**

Uideant) oculo interne consideratōis et in
telligant ac credant (paupes) imitatores mei
scz qz oblatio nō iam infacultatibz et rebus ex
terioribz posita est sed in mente vbi pauper di
uini equatur (et) inde (letent) et spe gaudeant ac
magis paupes sint vt ditari mereant. Et con
uertit se ad eos admonendos dicens. O vos
paupes (querite deum) fide deuotione et bona
operatōne id est esurite et sitite deum tantū ni
hil aliud et sic (viuet anima vestra) ne moriat⁹
peccatis qz deus est vite anime et cibis men
tis Queritis panem vt viuat caro vestra deuz
querite et viuet anima vestra hic vita gratie et
tandem vita glorie. Querite in q̄s.

**Quā exaudiuit paupes dñs: et vinctos
suos nō respexit.**

Quoniā dñs exaudiuit) id est exaudire sem
per consuevit (paupes) aliter nō audiret ita et
vos audiet. si ergo vis exaudiri paup̄ esto no
li de te presumere nec aliud p̄ter deum tuuz
querere. Si peccator es nō ideo desperes qz
(et vinctos) vinctus peccatoz per que vide
rentur repudiari a deo (suos) id est a se soluen
dos (non desperit) qz diruptis diaboli nexibz
eos regno suo adsciuit. Illos vinctos non de
spicit deus qui sui sunt id est qui per peniten
tiam et satisfacionē eum requirunt. Vel (vin
ctos suos) id est vinctus mortalitatis et pena
litis seu p̄ceptōis et consilij artioris ac suis
legibus astrictos (non desperit) minus dicit
et plus intelligit quia plene liberauit. Quia p̄
pter.

**Laudent illum celi et terra: mare et oīa
reptilia in eis.**

Laudent illum celi et terra: mare et omnia
reptilia in eis) id est celestia terrestria et omnia
vertant homini in materiā laudis et de omni
bus laudet deuz homo rationalis creatura lau

det deum et per hominē omnis creatura. quoz
niam ipse species et materie rerum sunt homi
ni causa vt ipse laudet auctozē et saluatozē suū
Omnis ergo creatura ad laudem dei inuitas
tur qz sunt homini materia diuine laudis qui
deum laudat ex suis creaturis. Et sic bec lau
dant deum dum ex eis laudatur creator eo
rum. Iste sunt vere diuitie paup̄is scz videre
creata et inde laudare creatozem. Ideo etiam
laudent.

**Quā deus saluam faciet syon: et edifica
buntur ciuitates iude.**

Quoniā deus saluam faciet) nunc a culpa
purgando et post in eternū glorificādo (syon)
id est ecclesiam deum specularē modo per fi
dem deinde contemplantē per sp̄m̄ (et) nunc
(edificabunt ciuitates iude) id est anime: sua
peccata cōfiteres in quibz deus habitat que
nunc per confessionē humilitatis disponunt
et aptant ad habitandū in syon vt foris rema
neant qui confiteri erubescunt inuā enī bo
norum est confessio peccatoz et iustus in prin
cipio accusator est sui. primū ergo debent bo
mines mala sua confiteri atqz moribz in me
lius cōmutari: sic in ciuitate dei edificabunt
quia anime sanctorū per confessionēz in tem
plum sanctū tanquam vni lapides deferen
tur.

**Et inhabitabūt ibi: et hereditate acqui
rent eam.**

Et inhabitabūt) nunc cōstanti mente (ibi)
id est in ea syon scz in ecclesia specularē deuz
per fidem (et hereditate acquirunt eam) vt p̄se
uerabūt in ea qz decedentibz primis aliq̄ qua
si hereditarie succedent eis et etiam in futuro.
(inhabitabūt ibi) id est in illa excelsa syon scz
in ecclesia cōtemplante deum per sp̄m̄ quan
do ad illam beatā ciuitatē celestē hierl̄m pue
nient et non ad tempus sed hereditate acqui
rent eam vt possideant illam in eternū. Et nō
vna sola generatio iustoz sed p̄ omnes succes
siones. Et hoc est qd̄ subdit.

**Et semē seruoꝝ eius possidebit eam: et
qui diligunt nomen eius habitabunt
in ea.**

Et semen seruoꝝ eius) id est imitatores fi
dei et boni opis (possidebit eam) scz syon quasi
iure hereditario hic et in futuro. Et qz fides vt
opus sine dilectōe nō valet cōtinuo adiecit q̄s
exponendo qd̄ dicit (et) om̄es (qui diligunt no
men eius) scz q̄ sunt in charitatez q̄ nō extimo
re sed ex amore deo seruiūt. hi enim sunt semē
seruoꝝ nō qui carne filij sūt (habitabūt in ea)

hic et in futuro tanquam in hereditate sua nullus in ea hereditabit nisi per dilectionem quod sola dilectio diuidit inter filios regni et perditos. Qui ergo non diligunt nec hic merito nec ibi premio in ea habitabunt. deus est dilectio et qui manet in dilectione in deo manet et deus in eo hic est finis hec est hereditas.

Oratio.

Benignissime domine exaudi nos in veritate salutis tue ut erui a squalore peccati mereamur in libertate regni celestis scribi. Per deo.

Oratio viri iusti in tribulatione positi et liberati a piculis et specialiter a persecutione iniquorum ipsam maliciose persecuentium.

ps. lxx.

Eus in adiutorium

meum intende: domine ad adiuvandum me festina.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus hic est in finem. id est in christum nos dirigens. psalmus iste attribuitur dauid. id est cuiuslibet iusto habitus in rememoratio. id est agens de memoria huius rei quod saluum fecit eum dominus spe et certitudine. Memor enim salutis et beneficiorum que deus mundo consulit sicut in precedenti psalmo monstratum est securus petit liberari licet multis malis vigeatur. quod dicitur si commutati sint in melius versus in titulo precedentis psalmi agit non tamen in se sed in domino qui saluat gloriosum. Materia petitio viri iusti ut liberetur a piculis et miseris huius mundi. Intentio monere et regere malis non diffidamus sed dei adiutorium inuocemus et non in nobis sed in diuino auxilio confidamus et in domino gloriamur. Sententia in generali propheta in isto psalmo loquitur in persona cuiuslibet iusti et fidelis deprecans ut liberetur ab huius mundi piculis et miseris specialiter a persecutione iniusti et ini qui ipsum maliciose persecunt. Quia enim ille psalmus attribuitur christo siue cuiuslibet iusto in tribulatione posito communiter tamen de iusto exponitur in cuius persona hic loquitur totus et hic psalmus effectualiter pertinet supra in psalmo expectans expectaui dominum ab illo loco scilicet complaceat tibi domine versus ad finem qui ibidem primum de christo et partim de membris eius exponitur. Sententia in speciali in persona ergo omnium iustorum ait o (Deus) creator meus qui soles iuuare (in adiutorium meum) misericordie (intende) et respice prestando mihi auxilium gratie tue quod nec mala declinare nec bona agere valeo sine te. et quod piculum est in mora (domine) gubernator meus qui omnia potes (ad adiuvandum me festina)

id est cito et festinanter adiuua primum inspicere instantem necessitatem. Deinde accelera auxiliij consolationem quod si tardat misericordia crescunt picula hic versiculus in principio horarum promittitur ut per adiutorium diuinum puleamus contra diabolum qui magis insurgit quando ad opus bonum accedimus et maxime cum orare debemus sed in hoc profundimur orantes quod deus nobis intendere volumus cum oramus et nos nec deo nec nobis intendimus. hic versiculus deprecatio utilis est contra omnem aduersitatem et tentationem ac malorum impugnationem et nihilominus ad omnem virtuosam operationem et bonorum impetrationem nam et cum tribulamur et cum operamur diuino adiutorio semper opus habemus deinde orat enim per persecutores cum subiungit.

Confundantur et reuertantur: qui querunt animam meam.

Confundantur in se ipsi de peccatis cognitione sue turpitudinis qui prius peccata sua descendentes quasi gloriabantur de eis (reuertantur) id est timeant te iudice ne per culpa commissa puniantur reuereri enim est timere ne per lesa iusticia pena sequatur (qui querunt animam meam) id est vitam ad opprimendum et perdendum non ad imitandum hec vox proprie ad martyres pertinet qui ad hoc querebantur ut occiderent. Et cum orant per suis inimicis peccationes nobis insinuant charitatis. Ideo ad huc subdit.

Auertantur retrosum et erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur retrosum scilicet ab intentione sua: non precedant sed sequantur non suo consilio uiuant sed sanctorum (erubescant) scilicet persequi quod intendebant et etiam de commissis peccatis (querunt) id est cogitant (mihi mala) et si non possunt peccator enim et penitens quo plus deferretur curie de recordatione delicti eo liberior est a domino promeretur gratiam. Nam hoc pretulit publicanus qui nec audebat oculos a celum leuare. Ideo iustificat magis domini iudicio quam phariseus quem deformauit presumptio. sicut.

Auertantur statim erubescetes: qui dicunt mihi euge euge.

Auertantur a sua iniquitate (statim) indilate ut eorum peruersio non moreretur. facile enim emendatur culpa que cito corrigitur (erubescetes) de malis suis (qui dicunt mihi euge euge) adulatione vel irrisorie lingua enim adulantium et vituperantium nos persequitur et sicut aurum igne sicut homo vitia lingua probat. Duo quippe sunt bona euge unum adhortatorium alterum aggratulatorium. duo enim sunt mala unum detractorum alterum

adulatorum: de quibus ultimis hic est dictum.

Tribus versibus predictis tria genera persecutorum notantur id est malefactores: maliuoli: adulatorum. Quorum primum sit opus alterum cogitatio tertium locutio. Reprobi enim mala que prout bonis inferre non desistunt. et cum non possunt malum quod volunt agere non cessant illud cogitando tractare. et cum nocere non valent aut non audent in aperto faciunt quod possunt detrabendo vel simulando et adulando ac falsis laudibus seducendo. Et quandoque plus nocet lingua adulatoris quam manus persecutoris et ideo valde est cauenda et subito repellenda. Unde Gregorius. Adulatio si vel ad tempus patienter suscipitur auget et paulisper demulcet animum via rigore sue rectitudinis mollescat in delectatione sermonis: sed ne crescere debeat statim est sine mora ferienda. per his tamen persecutoribus orat ecclesia ut conuertantur et fiat quod subiungitur.

Exultent et letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificet dominus qui diligunt salutare tuum.

Exultent in se corpus bilares se ostendendo (et letentur) secundum animam intus gaudendo: (in te) in tua bonitate non in se nec in alio quod cumque non de se gloriantes sed in te a quo habent letari et exultare (omnes qui) per lachrymas penitentiae ac per cognitionem et amorem diligenter (querunt) non homines sed te qui misericors es et prior eos quesisti (et dicant semper) laudando te quia nunquam debent cessare a tua laude (magnificetur dominus) id est laudibus extollatur et maximus predicetur quia peccatorem vocat. confitenti ignoscit: inde iuste viuere facit et tandem glorificat. hoc inquam dicant qui diligunt salutare tuum intelligentes se inde sanatos quasi ipsi de se non saluent quia domini est salus et ab illo est salus eis non a se: dicant magnificus est dominus qui nos tam potenter saluauit. De se autem dicat unusquisque quod subditur.

Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me.

Ego vero egenus vel mendicis id est petens scilicet mendicans meam salutem vel aliorum (et pauper sum) id est nihil habens ex me et insufficientis per me ad eam inquirendam. Egenus enim dicitur qui aliquid habet et aliquid indiget. pauper qui nihil habet. de me qui dem nihil presumo nec tamen ideo diffido nam deus adiuuat me ut possum quam desidero salutem possidere: unde ad ipsum se conuertens ait.

(Deus adiuua me) ita affectum. Sic utique deum laudare nos decet ut cum illum putamus sumus magnificamus nosmetipsos infimos et inuiles iudicemus. Ille enim abundans: nos egeni. ille diues: nos pauperes. Quando hec recognoscimus et de nobis diffidentes in ipso solo confidimus tunc nos tanquam pauperes et egenos adiuuat deus. Adiuua inquam quia

Adiutor meus et liberator meus es tu domine ne moreris.

Adiutor meus in bonis et ut vincas et liberator meus a malis et ne cedas es tu et non alius quod non alia spes mihi est et ideo hoc tamen mihi restat petere domine ne moreris et differas mihi succurrere sed fac quod factururus es me adiuuando ac liberando nec non in gloria tuam ducendo. Tardum ei videtur quod magno desiderio querit imploramus et nos domini dei nostri adiutorium et liberationem et gloriam atque ex toto corde dicamus illi domine ne moreris.

Oratio.

Intrausti adiutorij deus eterne ad adiuvandum familie tue supplici festinus occurre ut cunctis malorum obprobriis tuis semper auxilijs muniamur. Per dominum.

Oratio ecclesie et cuiuslibet fidelis in magna tribulatione existentis quatenus liberetur de multitudine tribulationum ut possit laudare deum.

ps. lxx.

In te domine speraui

non confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus talis est psalmus dauid filiorum ionadab et primorum captiuorum. Ionadab interpretatur spontaneus et significat christum patri obedientem psalmus ergo iste est dauid propheta ad utilitatem filiorum ionadab id est obedientie seu imitatorum christi et primorum captiuorum qui nunc filij christi et liberi prius filij adam a diabolo captiui sunt ducti. istis enim ut perseuerent hic psalmus cantatur in quo gratuita dei gratia qua nos non propter nos sed propter se liberat commendat. Materia: et citatio filiorum ecclesie ad spem et commendationem gratie diuine et descriptio multorum dei beneficiorum circa sperantem in eum. Intentio: monere ne falso de nobis presumamus sed in deo solo confidamus. Sententia in generali propheta in isto psalmo qui attribuitur christo et cuiuslibet iusto speranti in deo loquitur primum de christo et primum de membris eius maxime

tamen loquitur in persona cuiuslibet iusti et fidelis in magna tribulatione existentis qui totam spem in deo ponens sequitur in hoc psalmo sicut et in precedenti periculis imminentes velociter liberari ut possit deum deuote laudare et ei fideliter regratiari. **S**ntia in speciali generalis itaque iustus clamat ad dominum d. (In te domine) solo tanquam in adiutore potens non in me alio quocumque (speraui) et totam spem meam posui et id est non confundar in eternum. i. finaliter et in futuro et si ad tempus de peccatis confundar et in presentia et ne confundar valeam in iusticia tua que mihi est a te non mea quam non statuo quod nulla est nisi quod iusticia tua exigit quod sicut iustus est non peccare impenitentem ita iustus est peccare penitentem et orantem et retribuere per manum libera me a peccatis et eripe me a penis duo enim sunt que in seruitute nos redigunt peccatum scilicet et pena peccati et ab utroque petit liberari et eripi. Et si sum ego indignus.

Inclina ad me aurem tuam et saluum me fac. Inclina ad me aurem tuam et saluum me fac. Inclina ad me aurem tuam. i. descende mihi per tuam clementiam quod merita mea digna non sunt ut ad tuam altitudinem perueniant. Non enim possum accedere ad deum nisi ipse velit accedere ad nos et hoc est perfectio humilitatis. Qui enim dicit inclina ad me proficit quod iacet velut eger prostratus medico stantem et salua me ab omni malo intus et extra totaliter et perfecte. Et subiungit quomodo.

Esto mihi in deum pectoris et in locum munitum ut saluum me facias.

Esto mihi in deum pectoris ut me protegas contra iacula inimicorum ne ad me perueniant vel saltem ne me ledant ego enim protegere me nequeo (et in locum munitum) scilicet refugium ad quem qui refugit tutus est ubi subdit ut saluum me facias in alio enim saluus esse non potero nam absque te nec protectio nec refugium nec munitio nec salus a quoquam prestari potest ubi temptatione esse respiciens qui fuit locum quo fugeret sed sine deo munitum inuenire non potuit ex qua re et ipsum sibi locum fieri petiit propter quem locum quesivit. Vel in locum munitum in futuro ubi plene securi et salui erimus quod nos aggredi nullus valebit inimicus.

Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu.

Quoniam firmamentum meum et fortitudo mea in pugna ut per te sum fortis contra omnes tentationes et si multe sunt et turbant me refugium meum in fuga (es tu) salua me sicut locus refugium saluat fugientes ad se. Ex te enim et per te sum firmus et sicubi fuero infirmus in me refugium ad te. **Q**uoniam cuiuslibet enim est gratia dei sit quis firmus

etiam ad hunc formidandum est ex corruptioe carnis deinde magis determinat a quibus eripi desiderat dicens.

Deus meus eripe me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui.

Deus meus eripe me de manu peccatoris. i. de potestate diaboli ne me vivet insidijs ducat ad peccatum vel supplicium qui specialiter dicit peccator quod ipse est omnis peccati persuasor. Et non solum de manu invisibilis inimici sed et de manu. i. de potestate contra legem agentis. i. transgressoris et iniqui. i. simpliciter sine lege peccantis hic notat omne genus peccatoris scilicet aut legis transgressor si accepit legem ut iudeus et falsus christianus aut tantummodo iniquus sine lege si legem non accepit ut paganus inter utrumque gemit corpus christi et ab utroque affligit nec se vindicat sed patienter tolerat et orat. Ideo autem me debes eripe.

Quoniam tu es patientia mea domine domine spes mea a iuventute mea.

Quoniam tu es patientia mea domine domine. i. causa et fructus pacis mee propter te enim graviter affligor propter te equanimiter patior nec solum pacia mea sed es o domine et spes. i. certitudo mea a iuventute mea. i. a tempore virtutis et fortitudinis mee. non enim dicit iuventute quantum ad etatem sed quantum ad animi virtutem et iuventute inquit ex quo me adversus diabolum armasti cepi in te sperare ut munitus fide spe et charitate ceterisque spiritualibus armis contra adversarios tam invisibiles quam visibiles dimicarem nec solum a iuventute sed etiam ab infantia mihi profuisti quod.

In te confirmatus sum ex utero de ventre matris mee tu es pectoris meus.

In te confirmatus sum ex utero. i. ecclesie dum rudimento fidei conceptus sum. utrum ecclesie paratione illa dicit qua instruit homo cum credere incipit et ante in eo utero spiritualiter formatum deinde in lucere cognitionis parat. In utero enim ecclesie rudimento fidei concipimur post ex aqua et spiritu sancto regeneramur ubi subdit et ut natus exiui de ventre matris mee ecclesie. i. ex quo fui renatus de baptismo (tu) enim (es pectoris meus) a malis imminentes que me saluum duxisti ad tempus in quo in te discere sperare. Et propter hoc gratia tua beneficia.

In te cantatio mea semper tanquam prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis.

In te et de te est (cantatio mea). i. laus omnis et exultatio cordis et hoc semper et assidue. i. omni tempore in prosperis et in adversis laudabo te quod ius

giter habeo in te materia laudis propter beneficia tua continua et propter hoc tanquam prodigium et portentum (factus sum multis) mirantibus de me sicut solent homines mirari de prodigio vel portento. **M**ulti enim amatores seculi putant me insanum et prodigiosum cum vident me invisibilia que ipsi percipiunt laudare et appetere visibilia vero que ipsi appetunt me percipiendo vitare et tu contra omnia obprobria factus es mihi adiutor fortis tu enim ministras spirituale fortitudinem ad commendam hominum insultationem. Et ideo.

Repleat os meum laude ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Repleat os meum laude et tanquam impletum non cesset a laude tua propter tua beneficia quod cum non essem fecisti cum essem salutem dedisti cum peccatorem ignovisti cum puerus essem adiuvisisti cum puerasles coronasti ut cantem gloriam tuam. i. ut exultando annuncie quod gloriosus sis et tota die. i. sine intermissione et indefinenter tam in prosperis quibus solaris quam in adversis quibus corrigis cantem magnitudinem tuam. i. quam magnis operibus et beneficiis tuis sicut quoniam os repletum aliqd extra redundat ita petit ut sua laudatio ad primum deruet ut exemplo suo primus laudet. Et sicut in iuventute non desis me sperantem in te sic.

Ne pericias me in tempore senectutis cum deficiet virtus mea ne derelinquas me.

Ne pericias me extra tuam protectionem (in tempore senectutis) quoniam servus virtutis decrevit et fessus vir tuis iunari plus indiget ubi quid per senectutem accipiat determinat. d. (cum deficiet virtus mea ne derelinquas me) subtrahendo mihi auxilium quod tunc minus potens sum ad resistendum. De factis ergo virtutis nominat senectutem sicut super iuventutis nomine designavit virtutem. Ac si dicat ne pericias me a te non permittas me peccare ex infirmitate quod si per fragilitatem peccare congerit ne derelinquas me ex toto ut deficiens viribus pserueret in peccato. Et opus est ut non derelinquas.

Quia dixerunt inimici mei mihi et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Quia dixerunt inimici mei mihi mala et exprobrantes mihi in facie discomortaverunt me (et qui custodiebant animam meam). i. observabant vitam meam insidiosam et studio decipiendi non ut imitarent sed ut perderent eam. i. qui insidiabant vite mee (consilium). i. inspirationem fecerunt in unum. i. in candevoluntate nocendi et concorditer contra me et de me procedendo. **B**rauior est falsis qui non dividit.

Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat

Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat. i. que sibi deum facit dereliquit eum subtrahendo ab eo suum auxilium. que videt calamitates fatigatum putant a deo desertum et id audacter persequimini eum ut tardum (et comprehendite eum) ut invalidum et secure potestis facere (quia non est qui eripiat) de manu nostra comprehenditur. **Q**uo contra postulat d. Ipsi ita sed.

Deus ne elongeris a me deus meus in auxilium meum respice

Deus ne elongeris a me subtrahendo auxilium defensionis tue sed prope esto deus meus in auxilium meum respice prohibendo hostes a nimia crudelitate ne gravioribus exponat quod scio me affligendum. Ita sic non elongat ab eis imo prope est qui tribulato sunt corde: prope est ut audiat prope est ut misericorditer respiciat prope est ut auxilietur. possunt etiam hec accipi ex persona christi ab illo loco (ne pericias me in tempore senectutis) etc. Senectus in christo fuit dum infirmus est in cruce et iustus que ex vetustate nostra assumpsit ubi fuit in eorum vetustas pene non culpe et deficit virtus sua sed humanitas que inter manus inimicorum factus est infirmus et quasi nihil posset comprehendere qui talia omnia habuit ex persona nostra. De inde sequitur oratio per malis.

Confundantur et deficiant detrahentes animam meam: operiantur confusione et pudore qui querunt mala mihi.

Confundantur mali. i. cogitantes peccata sua et deficiant a pueris viribus illis expedit ut peccata sua recognoscant ubi confundantur et deficiant in se qui male de se et sua iusticia seu viribus presumebant detrahentes animam meam prava suadendo vel vite mee adversando (operiantur confusione) interiorius qui ad se de mala conscientia peccatorum et pudore et exteriorius qui ad alios propter modestiam (qui querunt mala mihi) procurando in ope et verando iniurio se vel qui querunt si mala sunt que mihi apponant.

Ego autem semper sperabo: et ad iustitiam super omnem laudem tuam.

Ego autem semper sperabo de tuo auxilio nec deficiam a spe pro hoc quod illi de me desperant. **Q**uicquid illi faciant quantumcumque persequantur ego non fragor vlla adversitate sed semper firmam spem habeo in te (et ad iustitiam super omnem laudem tuam) preterita et ante habitam super omnes laudes potes que tibi feci spero ad iustitiam alias novas firmi auxilium quod mihi prestabis. vel ad iustitiam super omnem laudem tuam te laudando et ad huc magis laudabilem et maiorem omni laude predicando. Et non tamen laudabo in me sed in

am ad primū qz.

Deus meus annuntiabit iusticiā tuā: tota die salutare tuum.

Deus meus annuntiabit predicando alijs (iusticiam tuā) qz sine psonaz acceptōe vnicuiqz fm opa sua reddis (tota die). i. assidue. Uel (tota die) qz dicit dies cum sua nocte. i. in pspere et aduersis annūciabit (salutare tuū). i. salutē redemptōnē quā mundo fecisti qz nec pspere nec aduersa me retrahent a laude tua. Uel (iusticiā tuā) quā iustificat impius (et salutare) qz saluat damnat qz hec predicare est laus que sperat omnē laudē. Et ppter hoc annūciaui.

Quā nō cognoui laturam introibo in potentias dñi: dñe memorabor iusticie tue solius.

Quā nō cognoui approbatōne. i. nō approbavi (litteraturā) de qua paulus dicit littera occidit spūs aut uiuificat. Quidā enī nō de grā sed de lege gloriabant qd leges accepissent. lex aut sine grā sola littera est. In ipā grā gloriante litteraturā nō cognoui. i. nō approbavi quēqz ex opibz legis iustificari s; hoies de littera legis psumētes et a grā resiliētes toto corde reprobaui. Et hi sunt negociatores qz opa sua extollūt de actibz psumētes et ex opibz suis iusticiā querentes. Et ideo (introibo in potentias dñi). i. ad cognoscēdū eius virtutes et magnificētias p ipius inspirationē. spiritualis enī homo dum nō adheret littere meret p intellectu ad interiora spūs introire vt potentias dñi sciat. i. grā et virtutes quibz iam nō infirmatus p carnē mandata dñi potēter impleat et o (dñe) tunc (memorabor iusticie tue solius) nihil de mea allegabo que nulla est qz nullaz meā agnosco et nihil psumus suz ex me sed tu solus es qui iustificas iusticia tua sola me liberat mea sola nō est nisi pctā. Nō gloriabor de virtutibus meis ne in litteratura manē sed de tua grā p quaz litterā opando adimplcā. Et ideo memorabor. qz D.

Deus docuisti me a iuuentute mea: et vsqz nūc: pñucia mirabilia tua.

Deus docuisti me p inspirationē et grē tue expēntiā (a iuuentute mea). i. ab ipō initio fidei qua me innouasti (et vsqz nunc). i. etiā post fidē qz nec nunc p me quicquā possuz nam et ante fidē et post es necessari. Docuisti in quaz me qz tue soli iusticie memorari debeo qz docuisti quid eram qd dederis vt memor sim iusticie tue solius. Considerans enī vitā meā pteritā video quid mihi debebat qd acceperim p eo qd mihi debebat. debebat pena reddita

est grā. debebat gehenna: data est vita eterna. Et quo qz puerus suz didicimerita mea nulla pcessisse. sed grām tuā mihi gratz venisse. Et ego talit erudit? nolens esse ingratus (pñucia bo mirabilia tua). i. ea que tu mirabiliter opatus es circa me vel circa totū genus humanuz alijs predicabo.

Et vsqz in senectā et senium: deus ne te relinquo me.

Et nunc o dñe sicut cepisti ita pficiendo (vsqz in senectā et senium) meū. i. vsqz ad vltima mea (ne derelinquo me) sed vsqz ad diem meū vltimum grā tua pferet meū. Adiuuisti fortē nō deferas debile qm maxime opus est. q. d. oī tpe sis mihi pns p grām me sp adiuuando qz nisi vsqz ad vltimū meū grā tua meū sit nihil ero. Tpe aploz et martyz erat iuuenis ecclia fortis in virtute patiens in tribulatōe Jam qz charitas refriget virtutes deficit quasi in senectutem venire cepit postulat qz chrisi ecclia vt sicut a iuuentute p omnipotentis dei grām regitur sic vsqz in finem seculi p eandē grām gubernet. Tpe antechristi caderet in senium qm eius virtus adeo diminuta est vt si fieri possit seducantur etiā electi. Et oro ne derelinquo.

Donec annūciē brachiū tuū: generatiōni omni que ventura est.

Donec annūciē brachiū tuū. i. christū filium tuū qd ideo brachiū dñi dicit qz ipse est virtus et fortitudo dei p quem omnia facta sunt et a quo diaboli virtus supat. Uel (brachiū tuū). i. magnitudinē virtutis tue (generatiōni omni) p successiones (que ventura est) vsqz ad finē seculi. i. omnibz generatiōibz sequentibz vsqz in finem vt credentes in dñm iesuz christū fortes pmaneat atqz in tanta virtute pfidendo diabolum et vicia potenter vincant et donec annūciem nō vires aut iusticias meas. sed **Potentia tuā et iusticiā tuā deus vsqz in altissima (que fecisti) magnalia: deus quis similis sit tibi.**

Potentia tuā liberandi qua tuos liberas (et iusticiā tuā) puniendi qua peccantes punis extendens illam annūciationē meā (vsqz in altissima magna qz fecisti) et facies. i. mysteria christi qd lūt altissima et maxia vñ admirādo et clamat et cū hita sit D (de qz filis tibi). i. in magnalibz faciēdis vel in natura seu potentia. q. d. nullus. qz nihil tibi simile. Est tñ alia similitudo bona qua homo iustus qd diligit inimicos et bene facit eis filis est deo ad cuius similitudinē fact? est hec est similitudo obedientie nō supbie: imitatis nō equipationis. Sibi autē

volenti puerse sibi similari.

Quantas ostendisti mihi tribulatōnes multas et malas et cōuersus uiuificasti me: et de abyssis terre iterū reduxisti me.

Quantas ostendisti mihi) p expēntiā. i. iuste immisisti ad vilitatē (tribulatōes) et passiones (multas) quāntate et diuersitate (et malas) quāntate acerbitate. Quis enī hois vt ecce mi serias enumerabit? Ecce iusticia in peccātibz sed hec disciplina admonitio fuit nō desertio vnde sequit? tñ post iram tu (cōuersus) misericor: dicit ad clementiā et me cōuertens (viuificasti me) p tuam grām et internā p solationē ecce clementia in cōuersis vñ subdit (et de abyssis terre). i. de pfunditate et submersione peccati (iterū). i. sepe (reduxisti me) ab illis liberādo. Dicit iterū qz nō semel reducit nos deus a peccatis sed modo p baptismū modo p pñiaz modo p puerfione et sic multis et diuersis modis reducimur ad salutē. Nos iteram? culpaz pius dñs iterat erga nos suā miām. Sibi vero sic reducto.

Multiplicasti magnificentiā tuā: et cōuersus cōsolatus es me.

Multiplicasti qz p diuersa subuenit deus (magnificentiā) vel iusticiā (tuā) s; flagella a quibz nec filijs peis Uel (multiplicasti magnificentiā tuā). i. multis modis magna et multiplicia virtutū dona ptulisti (et cōuersus) ab ira qua punisti me et ab omni indignatōe (cōsolatus es me) in omni et ab omni tribulatōe et hoc p internā dulcedinē p scripture inspectionē p premij repromissionē qz et si distincte castiget tristes tñ esse nō sinit. Et qz cōsolatus es me ab effectu et fructu ostendendo.

Nam et ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritate tuam deus: psallā tibi in cythara sanctus israel.

Nam et ego ppterea (cōfitebor tibi) p fessio ne laudis. i. laudabo te (in vasis psalmi veritate tuā) o (deus) hoc est fm spm et in viuificatione spūs. a superiori enī sonat psalteriū qd est quasi quoddaz vas spiritale in quo psalmi ptinent in quo etiā dñi veritas ad ipius honorem predicat et ideo p ipm spiritus significat. q. d. psallā tibi spiritu. Et qz deuotōne cordis comitari debet maceratio carnis (psallā tibi et in cythara). i. fm corpus et in mortificatione carnis. cythara enī ab inferiori sonitū reddit etiā ideo carnē significat. q. d. faciā psonare spiritum et carnē. ubi in qz qui es deus (sanctus) ipius (isrl). i. qui sanctificas eos qz sunt spiritualiter isrl. i. videntes deū. Et hoc faciā cōsolādo.

Unde subdit. Et ideo.

Exultabūt labia mea cum cantauero tibi: et anima mea quam redimisti.

Exultabūt labia mea interiora et hominis interioris scz labia anime (cum cantauero tibi) .i. cum laudabo te in pdicatōe (et anima mea) exultabit (quam redemisti) a piculis et in futuro redimes a penis que ipis iternis labijs exultat quibz tacite ad deū clamat. Uel (exultabunt labia mea) exteriora qz magna deuotionis quqz p delectationē redundat ad sensus corpis (et anima mea quam redemisti) s; exultabit. q. d. voce labioz et mente laudabo te. dum dño cantat nō soluz exterioribz labijs sed intus in anima exultat sic enim deū laudare decet vt mens cum voce cōcorde. Nec solū anima mea ad deum exultabit.

Sed et lingua mea tota die meditabit iusticiā tuam: cum cōfusi et reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

Sed et lingua mea) scz corpis (tota die). i. cōtinue et indefinenter (meditabit). i. et meditatione cordis p fitebit et meditata loquit (iusticiam tuā). i. qualiter anima mea p te redempta sit et iustificata nullis meis pcedentibz meritis sed sola tua gratuita miā et hoc (cum cōfusi) erubescendo (et reueriti fuerint) timendo (qui querunt mala mihi) me corpaliū vel spūaliū p sequendo duobz aut modis pfundens et erubescunt aut cuz hic puerfi fuerint ad christū aut in futuro cum venerit christus. Et tñ lingua meditari potius qz loqui dicit qm in illa beata vita omnū volūtates et cogitatōes omnibz inuicem apparebunt.

Excelsi solij regnator: immense qui sperantes in te damnari eternis p fussionibz nō patris reple qsum? labia nra laude tua et his nos sp meditatōibz bonoz insinuator exerce. p.

Psalmus de christi regno ac iudicia ria ptate et iudicio nec nō de ipsi regni et regis eius cōmendatōne et omni subiectione.

ps. lxxi.

Deus iudiciū tuū

regi da: et iusticiā tuā filio regis. Auctor psalmi. ppha dō. Titulus hic est ps in salomonē hoc est iste ps tēdit et dicitur in salomonē et pacificū scz christū qui est verus salomon. i. pacificus qz fecit vtraz vñ et pacem posuit inter deum et genus humanū Matera christus scdm vtraz naturā diuinā scz et hūanā et aduentus eius ad regnū ecclesie. Intētio: monere vt christū verū regē cre

damus et ipsi humiliter subiciamur. Sententia in generali propheta in isto psalmo christum de cuius tribulatione supra dictum est secundum veritatem naturam commendans loquitur de eius regno iudiciaria potestate et iudicio de ipsius regni et regis eius magnificentia et preconio dicens ab omnibus regibus cum adorandum et humanum genus per eum redimendum ipsius ab omnibus benedicendum. Que commendatio ad hoc intendit ut intellecta regni eius eminentia demoniace dominationi colla subtrahentes sub titulum christi fugiamus quatenus in presenti consequi iusticiam in futuro vero iudicari mereamur ad gloriam. Sententia in speciali propheta ergo ad patrem loquens de christo orando propheta ait. O Deus pater (da iudicium tuum). i. iudiciaria potestatem super homines (regi). i. christo filio tuo qui est rex regum ut sicut tu habes iudicare ita habeat et ille. Petatur dari christo homini quod semper habuit ipse dominus. quod dicitur quod proinde futurum. Pater enim non iudicat quoniam sed omne iudicium dedit filio non quoniam tota trinitas simul iudicet sed quod solius filii persona secundum humanitatem ab omnibus in iudicio videbitur (et iusticiam tuam). i. presentis predicte executione eorum (filio regis). i. tui qui es rex et veritate tuos regis. da inquam iudicium.

Judicare populum tuum in iusticia: et pauperes tuos in iudicio.

Judicare. i. ad iudicandum et ut actu iudicet populum tuum scilicet christianum qui et eius est in iusticia et iuste scilicet ut discernat cum a non suis et reddat unicuique secundum merita sua (et pauperes tuos) spiritu qui sunt populi dei scilicet humiles (in iudicio) iusto ut per abiectio quam sustinet in presenti recipiant exaltationem et honorem in futuro. Et bene addit tuos pauperes enim si superbiat non est pauper dei diues si paupertate diligit non est diues seculari. Nec solum da ei iudicium sed et prius fac illum per predicatores tuos divulgari per totum mundum ut presciant iudicaturus et hoc est quod subdit.

Suscipiant montes pacem populo et colles iusticiam.

Suscipiant montes. i. maiores eminentes excellenti sanctitate qui idonei sunt et alios docere (pace) predicanda et nuncianda. i. verbum reconciliationis scilicet verbum evangelii ad hoc ut nuncient (populo et colles). i. minores suscipiant (iusticiam). i. obedientiam ut obediatur doctrine veritatis: que obedientia est in hominibus et in omni rationali creatura omnis iusticie origo atque perfectio. primum postulat: deinde affirmat quod reuera iudicium christus habebit. Unde post opta-

tionem virtute prophetie dicitea que aduentu dominus sunt prestanda. Nam.

Judicabit pauperes populi et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatozem.

Judicabit filius rex (pauperes populi). i. veros id est spirituales pauperes qui per acquirenda beatitudine pauperes sunt in populo discernet et segregabit ab alijs sicut ipse discipulis suis ait ego vos elegi de mundo (et saluos faciet) et si dano gratiam et in futuro dando gloriam (filios pauperum). i. eos qui sub illis proficiunt vel imitantur christi et discipulorum eius qui pauperes fuerunt quos omnes sic iudicabit dominus ut saluos faciat (et humiliabit calumniatozem) scilicet diabolum qui est iniustus accusator fratrum nostrorum et innocentes nititur trahere in culpa. humiliavit eum dominus in cruce humiliat quotidie in membris suis per penitentiam ipsorum humiliabit in iudicio futuro.

Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione et generatione.

Et humiliato calumniatore (permanebit) ipse splendor et radius scilicet filius (cum sole). i. cum patre et claritate paterna sedens ad dexteram patris et regnans cum eo in eternum (et ante lunam) et istens. i. ante omnem decursum mortalium que sicut luna decessione et accessione transeunt hoc dicitur ne et tunc videatur cepisse in generatione et generatione. i. sp. Vel (permanebit) in eterna cum sole. i. quoad tempus volunt que iuxta cursum solis distinguunt contra illos qui dicunt ecclesiam aliquando desursum et ante lunam existens. i. antequam esset ecclesia constituta que per lunam significatur propter crescendi et decrescendi vicissitudines. et hoc (in generatione et generatione). i. per omnes generationes sibi succedentes. Deinde incarnatione divinitatis annuncians ostendit quomodo hoc regnum incipiet. christus enim rex iudicaturus prius in humilitate veniet. quod

Descendet sicut pluvia in vellus: et sicut stillantia super terram.

Descendet scilicet christus in uterum virginis sicut pluvia in vellus. i. sicut pluvia leuiter et sine strepitu abundanter descendit in lana sic deus occulta virtute suauiter et imperceptibiliter sed totaliter descendit in virginem. lana etiam accipiendo et reddendo aquam non rumpit sed integra manet sic et virgo dum concepit et peperit integra permansit. Et quod de plenitudine eius nos omnes accepimus apte subiunctum est et sicut stillantia super terram. i. sicut gutte pinguis riter stillantes in modum rosarum summa leuitate ca-

dunt super terram et eam fecundant sic deus leuiter in arida terra cordis nostri descendens eam gratiarum suarum stillantia fecundauit et ecclesiam diuisionibus gratiarum perfudit ubi alludit factum geconis. Sicut enim christi descendit prius super populum iudeorum sicca area totius orbis sicut pluvia prius descendit in vellus geconis postea descendit super terram. i. super gentes sicco vel lere iudeorum. Deinde ostendit querulitas in aduentu christi erit dicens.

Orietur in diebus eius iusticia et abundantia pacis: donec auferat luna.

Orietur in diebus eius scilicet regis scilicet tempore gratie (iusticia) que est ex fide (et) qua iustus ex fide vivit. i. gratia fidei qua iustificant electi quod peccata res facta sunt iusti (et abundantia pacis) quod pax inter deum et hominem facta est et discordes facti sunt pacifici. bene autem dicitur et abundantia pacis quod per totum mundum erit abundans reconciliatio et de omni parte erunt homines reconciliati deo et inter se intantum ut non solum diligant inimici in deo sed etiam inimici propter deum. hec autem pax profuerit in sanctis (donec auferat luna) et efficiat ut non sit. i. donec morte destructa iam non sit defectus mortalitatis que per lunam significatur et presens ecclesia immortalis et impassibilis efficiat. Donec non notat terminum vel desinentiam pacis: sed continuationem pacis que cum ante esset semiplena postea erit omnino plena Deinde ostendit amplitudinem regni cum subiungit.

Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Et dominabitur a mari usque ad mare. i. a quolibet fine et termino terre usque ad quolibet finem et terminum eiusdem et circumquaque super omnem terram a mari circumdata quod in omnibus terris alij qui receperunt fidem christi (et a flumine iordane in quo baptisabitur incipiens extendet et dominabitur usque ad terminos orbis terrarum) circumquaque in circuitu totius orbis cum euangelium in omnes partes mundi predicabitur et ecclesia ubique diffundet. per flumen iordanem in quo christus baptisatus est accepimus baptismum qui inde per totum mundum manauit per quem per totum mundum dilata et ubique dominatur. paucis verbis magna hic docet sacramenta. Deinde quod vniuersaliter dixerat per partes explicat dicens.

Coram illo cadent ethiopes: et inimici eius terram lingent.

Coram illo cadent fidem eius deuote recipiendo et cum humiliter adorando (ethiopes) id est peccatis denigrati et tenebrosi scilicet gentes

que dealbabit candore virtutum. per ethiopes significauit omnes gentes tanquam a parte totum eam eligens gentem quam potissimum nominaret que in finibus et in vltimis terre et teterrima est (et inimici eius) veritati prius resistentes ac ei et diuinis eloquijs contradicentes terram lingent. i. homines amabunt suauiter habebunt quibus auctoribus ad deum conuertentur ut quando iudei heretici et pagani in apostolorum doctrina delectantur. Sunt enim apostoli sal terre vel ad litteram terram lingent. i. adorabunt eum prosternentes se ad terram et osculantes eam tanquam puluerem eius lingerent.

Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducent.

Reges tharsis. i. qui mundi gaudia abijciunt. tharsis enim interpretatur exploratio gaudij que plurimum nocet humane menti et ideo qui hac abijciunt bene reges tharsis dici possunt. (et) ipse (insule) scilicet maris. i. quicquid mundi circumfluentia a se excludunt et multi tempestatibus nequaquam demergunt licet percellis eius circumquaque inundant. (munera). i. scilicet opes (offerent) quod bene regendo deuote domino seruiunt et bona que operantur ei ascribunt (reges arabum et saba). i. qui terrenas delectationes reprimunt. bene patrie diuersis odoribus aromatatum naves mulcent et significat eos qui terrena delectatione molliter se tractant sicut iam sunt reges arabum et saba qui hic blandimenta per disciplinam subiiciunt dona adducunt. i. alios in societate ecclesie odore virtutum secum trahunt. Vel ad ista potest exponi de magis qui venerunt adorare christum cum muneribus qui fuerunt de his prouincijs cum quibus venerunt insule. i. etiam extremi scilicet multi alij.

Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei.

Et ut non per singula sed vniuersaliter dicatur. (adorabunt eum omnes reges) qui prius solent adorari. i. aliqui de omnibus regibus seu omni genere regum et qui non modo: saltim adorabunt in iudicio. et (omnes gentes) que prius solent seruire terrenis dominis et rebus. i. alique de omnibus gentibus (fuerunt) fide et opere in fine vicis celestis regi quod non est gens que in parte populi sui non adoret auctorem. deinde agit de operibus eius ostendendo cur ei tantus honor. quod dicitur et merito venerabunt christum regem.

Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor.

Quia liberabit pauperem spiritu (a potente) de se presumente. i. populum fidelium de se non presumente: a parte diaboli que non sua virtus sed peccata hominum

potentem et forte fecerunt. Triplex quidem est potentia diaboli scilicet nature et hanc habet a deo. exercitij et hanc habet a se. effectus et hanc habet a nobis. Et determinat quem pauperem dicens. (et pauperem) tam desolatum et miserum (cui non erat adiutor) nec homo iustus: nec angelus: nec leo de tribu iuda scilicet christus. Deinde ostendit quomodo liberabit. quia **Parcet pauperi et inopi: et aias pauperum saluas faciet.**

Parcet pauperi et inopi. id est non de se sed de gratia confidenti. pauper est qui nihil habet: inops qui alterius ope indiget. hunc pauperem et inopem virtutibus et bonis operibus vacuam et gratia dei indigentem non damnabit rex pius iuxta proprium meritum sed parcet relaxando penam dimittendo culpam (et sic aias pauperum) id est humilium (saluas faciet) dando eis gratiam declinandi a malo et faciendi bonum. Vel (animas pauperum saluas faciet) in futuro et non tamen parcat eis in presentia. De inde ostendit quomodo saluas faciet. d.

Ex vrsuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo.

Ex vrsuris. id est eternis penis futuris (et iniquitate) id est in peccato pro quo et pene debebant (redimet) pro precio sanguinis sui (animas eorum) id est pauperum. Ordo est iniquitate et vrsuris scilicet a culpa et pena. pecunia quidem diaboli est iniquitas quam nos ab ipso suscepimus: super hanc pecuniam erigit a nobis vrsuras id est penas quas non suscepimus et solvimus. Ab his vrsuris et iniquitate redimunt anime pauperum sanguine illo quod effusus est in remissione peccatorum (et honorabile) est et erit nomen eorum quo a christo dicuntur christiani (coram illo) et si coram malis habeant despicabile. Sequitur commendatio ipsius regis. Quia et si morte sua redimat pauperem tamen.

Et viuet et habitabit ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Et post mortem viuet eternaliter sine fine (et dabit ei de auro arabie) id est sapientes gentium et mundi in christum credent vel offerent ei mentes puritate tanquam aurum arabicum splendore pulcherrimo rutilantes (et adorabunt) et summa veneracione colent eum semper et quotidie et hoc (de ipso) habentes ut adorant quod hoc quod eum adorabunt de eius munere procedet. de ipso habent si qui bene orant ab ipso trahunt quicquid boni possident et ideo merito (tota die) id est toto tempore et assidue benedicent ei bona vita et laudabunt eum gratias de suis beneficiis referendo

et bona sua non sibi sed domino ascribendo. Et sequitur alia causa ut benedici debeat quod ipse.

Erit firmamentum in terra in summis montibus: super extollet super libanum fuet eius: et florebunt de civitate sicut fenulum terre.

Erit firmamentum in summis montibus id est in auctoribus scripturarum scilicet prophetis et apostolis quos firmat implendo predicta ab eis quod omnia in illo sunt firmata et in illo sunt vel erunt adimpleta et hoc (in terra) quod propter eos quod in terra sunt omnia scripta sunt et impleta. Vel (erit firmamentum in summis montibus) id est in apostolis et alijs sanctis quod cum erunt firmi et hoc (in terra) iuxta et in hac vita que tentationibus est plena (super extollet super libanum) id est super omnem altitudinem candorem seu dignitatem seculi (fructus eius) id est boni et dilectores christi quod omnia secularia contemnunt et ipsi sancti exultantes (de civitate) scilicet dei id est de ecclesia que bene dicitur civitas quod est christianorum unitas (florebunt) virtutibus ac bonis operibus et exemplis in presentia. Vel (florebunt) gratissime in futuro (sicut fenulum) id est herba (terre) viuet et floret ac grata est in estate. non enim etas feni sed viriditas sanctis comparatur. Et propter hec omnia beneficia.

Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.

domus dei (de die in die). i. assidue ⁊ semp (sa-
lutare eius) scz qz ppter nrām salutē venit vt
totū genus humanū a morte redimeret. Dein
de vbi sit annūciandū exponit. d.

**Annūciate inter gentes gloriā eius: in
omnibz pplis mirabilia eius.**

Annūciate. i. pdicate (inter gentes) nō so-
lum iudeis (gloriā eius) natiuitatē inenarrabi-
lem resurrectionē ascensionē ⁊ gloriosam do-
mus eius edificationē et ne aliqz putares ex-
cipi addit (in omnibz pplis) nō in quibusdam
gentibz (mirabilia eius). i. opa eius miraculo-
sa que fecit. Et hoc ideo.

**Qm̄ magnus dñs et laudabilis nimis
terribilis est sup omīs deos:**

Qm̄ magnus est in potētia ⁊ virtute qz po-
test omnia (domin⁹ christus si homo factus
sit p qd puus apparuit ⁊ tanquaz deficiens in
laude ipius ait et laudabil⁹ est bonitate et hoc
nimis qz magis qz possit dici vel cogitari (terri-
bilis est) suis aduersarijs qui territus visus est
inter boies ⁊ etiā terribilia faciens (sup omēs
deos). i. plus qz omīs qz colunt tanqz dñi a gen-
tibus nō sunt dñi. Unde quasi dicitur ei qua-
re dixisti super omnes deos cum nō sint dñi se-
quitur ⁊ dicit.

**Qm̄ omīs dñi gentiū demonia: dñs autē
celos fecit.**

Qm̄ omīs dñi gentiū. i. quos gentilitate vi-
uentes reputant deos sunt demonia) et qz pa-
rum est esse sup demonia addit (dñs autē) scz
quem nos dicim⁹ deū nostrū (celos fecit) vbi
habitare nō possunt demones et nō tñ mate-
riales sed etiā spūales scz angelos ⁊ aplos qui
christū qui in eis sedet portant ⁊ demonibz im-
perant. Igit bene magnus et terribilis est qui
tales celos fecit. Hoc etiā annūciate scz qz.

**Confessio et pulchritudo in conspectu
eius: sc̄imonia et magnificentia in san-**

ctificatione eius.

Confessio) pctō ⁊ (pulchritudo) p̄stendo
enim sit homo de sedo pulcher. i. de pctōe iu-
stus est in p̄spectu eius xales enī ipm̄ p̄spiciūt
et p̄spiciunt ab eo. Si ergo amas pulchritu-
dinem prius elige p̄fessionē vt sequat pulchri-
tudo (sanctimonia). i. sanctitas (et) p̄ p̄sequen-
(magnificētia est in sanctificatōe ei⁹) nō ex no-
bis. q. d. qui vult esse magnificus et potens vt
sunt angeli prius sit sc̄tus qd sit ex eo solo san-
ctificante nō p nos. Vel (p̄fessio) laudis ⁊ pul-
chritudo) interior: mentis (in p̄spectu eius) de-
cet (sanctimonia). i. exterior: cōuersatio sancta
et honesta (et magnificentia). i. in magnis opi-
bus et exercitijs virtuosus (in sanctificatōe). i.
in sancto cultu (eius) decet. Et qz talis est do-
minus ergo.

**Afferte dño patrie gentiū: afferte dño
gloriā et honore: afferte dño gloriā nō
mini eius.**

Afferte) et date (dño) xvos (patrie gentiū). i.
gentes de quacūqz p̄tia ad fidē christi cōuerse
et subiūgit quid (afferte dño gloriā) bene puer-
sando ⁊ ipm̄ bonis opibz glorificando (⁊ ho-
nozem) de bonis operibz gr̄as referendo ⁊ ipi
omnia attribuēdo ⁊ repetit (afferte dño gloriā)
et hoc nomi eius ascribendo nō vestro vel ho-
minū. supra quater posuit afferte ppter quatu-
or virtutes vel ppter quadripartitū plani officij
hic ter ponit ppter tria a nobis offerenda. De-
bemus enī p̄mo offerre deo et offerre animas
nrās. sc̄do corpa. tercio aliqd de nrā substan-
tia. Et necacui intrens ad dñm.

**Tollite hostias et introite in atria eius
adorate dñm in atrio sc̄to eius.**

Tollite hostias) scz dona ⁊ munera ac bo-
nas opatōes vel sacrificiū spūs tribulati ac
hūilitatis ⁊ p̄fessionis ⁊ introite in atria eius)
id est in ecclia militantē vt sitis p̄formes p̄lo-
eius. Qui intrant ip̄si edificant in templū dei
ip̄i sunt domus dei ille est inhabitator cui ecclia
fificat domus toto orbe terrarū (adorate dñm)
deuote (in atrio sc̄to eius). i. in catholica ecclia
plures sunt ecclie ⁊ vna est ecclia ⁊ ideo variat
numerū. Vel (in atrio) qd est i celo ⁊ ecclia tri-
umphante. Illuc cor ⁊ intentionē dirigendo.
Et vñā.

**Cōmoueat a facie eius vniversa terra
dicite in gentibz qz dñs regnavit.**

Cōmoueat) motu amoris et reuerentiē vt
cōuertatur ad p̄niam ⁊ a vicijs ad virtutes (a
facie). i. a cognitione (eius) vel a p̄ntia gr̄e eius
et nō tantū ps sed (vniuersa terra). i. omīs habi-

tatores terre vt autē hoc sit (dicite) vos boni di-
uulgādo (in gentibz) hoc scz qz dñs. i. christus
victo diabolo (regnavit) a ligno. i. p lignū cru-
cis p qd forte armatū expuguit. vl (regnavit)
id est rex esse mundo innotuit quo semp apud
patrem regnavit et dominū ac p̄tātē sup oēm
creaturā in sua resurrectione accepit.

**Etenim correat orbem terre qui nō cō
mouebit: iudicabit p̄los in equitate.**

Etenim) post resurrectionē (correat) ab er-
rore ⁊ vicijs ac iustificauit (orbem terre). i. ec-
clesiā toto orbe (qui nō cōmouebit) a veritate
fidei que stabit vsqz ad finē mūdi quantūcūqz
tribulatiōibz impellat ⁊ post (iudicabit p̄los
in equitate). i. iuste reddens vnicuiqz p̄m opa
sua et tunc plangent et dolebūt q̄ modo equi-
tatem diligere ⁊ eligere noluerūt. Ergo.

**Letent celi et exultet terra: cōmoueat
mare et plenitudo eius: gaudebūt cam-
pi et omnia que in eis sunt.**

Letent celi) scz pdicatores q̄ enarrant glo-
riam dei cōpluentes terras quos dñs fecit ce-
los. i. de terrenis celestes de carnalibz spūales
(et exultet terra) scz auditores imbrē doctrine
susipientes (cōmoueat mare). i. seculū vt cō-
muet in melius (et plenitudo eius). i. omēs a-
maxio vsqz ad minimū ⁊ inde gaudebūt cam-
pi). i. lenes mites equi qui sunt campi dei di-
uersis florū ⁊ suauitatis pollentes ⁊ terrena al-
titudine nō tumētes (et omnia que in eis sunt)
id est omīs vires sensus ratio. Et.

**Tunc exultabūt omnia ligna siluarū a
facie dñi quia venit: qm̄ venit iudicare
terram.**

Tunc) scz qm̄ corriget et sic edificat domus
(exultabūt omnia ligna siluarū). i. pagani in-
culti more siluestri qz de oleastro precisi in oli-
uam sunt inserti et in edificatōe dom⁹ assumpti
(a facie dñi). i. a cognitiōe ⁊ p̄sentia eius (qz ve-
nit) p̄mo aduentu redimere ⁊ iudiciū discretō-
nis facere aliqz vocādo ad fidē et gr̄am alios
nō et (qm̄ venit). i. postea venturus est (iudica-
re terrā). i. boies scz viuos et mortuos iudicio
retributiōis p̄mo venit in eccliam ad redimē-
dum. sc̄do veniet ad iudicandū.

**Iudicabit orbē terre in equitate: et po-
pulos in veritate sua.**

Iudicabit) enī (orbem terre). i. omīs boies
habitatores orbis terre (in equitate) sed quō iu-
dicet aptius exponit subdens (et p̄los in veri-
tate sua) in illo enī iudicio eq̄as ⁊ veritas erit
qz ibi duo erunt ppli quibz dabit sententiā eq̄-
tatis et veritatis vt alij in vitam alij in penas

erant equales. i. in quibz dñs pplm̄ suū
iudicabit hoc est vt nō expectent misericōdiaz qui
misericōdiaz facere noluerūt qui autē misericōdiaz fa-
cere voluerūt cum misericōdia iudicabunt qz mi-
sericordes misericōdiaz p̄sequenē. Oratio.

Factor celi terreqz creator deus que omnis
terra cantici noui modulatoe p̄sultat p̄camur
vt sicut te a ligno regnantē supplices p̄stemur
ita amisso omni gentilitatis errore futuri ad-
uentus tui gloriāz intentis sensibz sentiamus.
Per dñm nostrū.

**Psalmus de primo aduentu christi
in carne eiusqz victoria et glorioza resur-
rectione ac regni cōmendatōe et p̄sequē-
ti ex his mundi liberatōe. ps. cxvi**

Domine regna

uit exultet terra: letent insule multe.

Auctor psalmi p̄pha dauid. Ti-
tulus est psalmus ipi dauid qm̄ terra restituta
est ei. Et est sensus psalmus iste fit ipi dauid. i.
christo cuius laudes ⁊ victoriā cōinet agens
de eo qd factū est qm̄ eius terra restituta est ei.
id est corpus suū qm̄ surrexit vel qm̄ iudea que
eum crucifigendo picrat credidit ⁊ discipuli q̄
tūc auerāt sunt firmati sed ⁊ alie ones de gen-
tibus sunt adducte. Et bene post domus edifi-
cationē de qua supius dictū est de restitutōe
terre hic agit p̄ quā domus illa edificat. Ma-
teria aduentus christi in carnē eiusqz victoria
et generale post resurrectionē dñiūz. Intentio
monere ad exultationē ⁊ laudē p̄ mundi libe-
ratione facta p̄ primū christi aduentū. S̄nia
in generali p̄pha in isto psalmo describit ad-
uentū christi in carnē ⁊ ipius generale dñiūm
confusionē reprobor et exultationē fidelijz.
S̄nia in specialividens ergo p̄pha supstitōes
mundi abūdare ante christi resurrectionē op-
ponit dicens. (Dñs) ille qui sp̄retus ⁊ occisus
fuit regnavit. i. denicta morte regnū sibi acq̄-
sivit vt rex esse innotuit qz in sua resurrectione ge-
nerale dñiūz sup omīs creaturas accepit. Qui
ante subiecti erant sub dño diabolo. nunc sub-
iecti sunt sub dño creatore ideo ⁊ inde (exultet
terra). i. boies habitantes in terra quibz ingres-
sum tribuit ad gloriā et (letent insule) nō omīs
sed (multe) scz ad fidem cōuerse. i. fideles in in-
sulis habitantes. q. d. vbiqz sit exultatio ⁊ leti-
cia. Vel (insule). i. totius mundi ecclie que in
medio tentationū sunt sicut insule inter fluctus
et addit (multe) nec dicit omīs ppter hereticorū
p̄uent⁹. Deinde ostendit qualis sit dñs in p̄-
mo aduentu dicens.

Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudiciū correctio sedis eius.

Nubes et caligo. .i. obscuritas sunt (in circuitu eius) his qui cum nō cognouerūt. .i. in p̄p̄s qui in eum nō crediderūt est ipse nubiloz suoz caliginosus qz eis nulla claritate resplendet sed ipse est (iusticia et iudiciū correctio sedis eius). .i. bonis qui in eum crediderūt est ipse iusticia qz ex fide sunt iustificati et iudiciū qz per eos iudicat et correctio qz eos regit et dirigit. sedem dicit eos ipos qui in eoz crediderūt. facti enim iusti facti sunt sedes dei sedet in ipis iudicat et ipis corrigit eos. **Vel** (nubes) sacram doctrinā pluentes (et caligo) pfundoz mysterioroz capaces (sunt in circuitu eius) et militant ei (iusticia). .i. approbatio boni (et iudiciū). .i. reprobatio mali sunt correctio sedis eius. .i. corrigitur eos qui sunt sedes eius.

Ignis ante ipsum precedet: et inflābit in circuitu inimicos eius.

Ignis spūscī quem venit mittere in terrā (ante ipm). .i. ante aduentū eius (pcedet) ante quam in eis sedeat hoc enī igne exarscrūt credentes in eum (et) hīc ignis (inflābit in circuitu) p totū orbē (inimicos eius) scz dei. Isto enim igne inflāmati apli ceperūt ire p mūdū et inflāmare in circuitu inimicos eius qui deo derelicto idola adorabant. Qui credere nolēbant incendebant ad cōsumptionē verbo dei facti peiores inuidia sua exusti et cōsumpti sed qui credere volebant incendebant ad repationem igne cbaritatis vt salubriter arderent. In super.

Alluxerūt fulgura eius orbi terre: vidit et cōmota est terra.

Alluxerūt fulgura eius. .i. miracula (orbi terre). .i. toti mundo cum enim nubes scz p̄dicatores missi in verbis et in factis mira dicerent et facerent verbis tonabant et splendore miraculoz choruscabant (vidit) hec miracula (et cōmota est terra). .i. terrena corda vel habitantes in terra alij ad fidem alij ad indignationē hec enim fulgura credentes illuminabant nō credentes cōburebant et inde.

Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi omnis terra

Montes. .i. supbi et alti (sicut cera) que fluit a facie ignis (fluxerūt) liquefacti et cōplanata est omnis altitudo que erat cōtra deū et hoc (a facie dñi) qui ignis fuit duris (et a facie dñi). .i. a p̄na dñi nō solū montes sed et (omnis terra). .i. duritia gentiū infidelium fluxit qz nō iudeorum tm̄ est deus sed et gentiū qui tam diu dur-

ri erant donec ille ignis admoneret. dñs ergo in iudea natus omni terre. .i. cūctis gentibz est cognitus. Quia.

Annunciauerūt celi iusticiā eius: et viderunt offis ppli gloriā eius.

Annunciauerūt prius (celi). .i. p̄dicatores quoz cor sursum est et de quibz dicit celi enarrant gloriā dei (iusticiā eius) scz christū qz enī fidelium tacet christū vel iusticiā fidei (et sic) viderunt corde (om̄s ppli gloriā eius). .i. cognouerūt diuinitatē christi qz etiā quibz nunciatur nō est de eo intellexerūt deū in carne venisse. **Vel** (gloriā eius) scz qz gloriose sibi restituerit terrā suam. Ergo qz dñs regnauit et qz viderunt om̄s ppli gloriā eius.

Confundant om̄s qui adorant sculptilia: et qui gloriānt in simulachris suis.

Confundant et erubescant exemplo p̄uoroz (om̄s qui) co relicto (adorant sculptilia) manu artificū facta que nullius p̄tatis sunt vt dum in spe vana pfundunt ad illā verā verā leant p̄curre (et qui gloriānt in simulachris suis) falsis q̄ spiritu carent et vana sunt vt iam gloriānt in deo vero. Et merito cōfundunt qz cultū debiū soli deo creatori attribuūt creaturę. Quilibz simulacrū suū dici p̄t cuius amore pre alijs occupat. Hostes autē deus est quoz et angeli adorant. Unde sequit.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est syon.

Adorate eum scz verū deū: omnes angeli eius laudando et glorificando ad confusionē idolatraz vt videant et cōfiscant errorem suū et discant adorare dñm q̄ ab angelis adorant (audiuit) de cōuersione gentiū (syon). .i. ecclia p̄mittua que erat in iudea et que gloriā eius speculabat et inde letata est benedicens dñm. iudea enī prius credebatur se solā p̄tinere et venire ad christū sed iam de socijs gentibz letat.

Et exultauerūt filie iude: p̄pter iudicia tua dñe.

Et exultauerūt et deū magnificauerūt (filie iude). .i. anime cōfessorū fideles et electe anime religiose. anime ecclie que iesum christū dñm cōfiterent et hoc (p̄pter iudicia tua dñe) que sunt qz nō est p̄sonarū acceptor deus sed in oī gentē et in omni p̄plo quicūqz ei fuerit acceptus est illi qz nō iudeoz tm̄ deus sed et gentiū. Bñ ergo sequit.

Quā tu dñs altissimus sup omnē terrā nimis exaltatus es sup om̄s teos.

Quā tu dñs es altissimus et sup̄rem^o acceptus tenuissimus (sup omnē terrā) nō sup solā iudea

et o christe (nimis) et plus q̄ dici possit exaltatus es) vsqz ad p̄ris equalitatē vel fm̄ opa et h̄ (sup oēs) non tm̄ sup minores scz et sup deos) et non tm̄ sup deos malos scz sup idola et demones qui dicunt dñm nūcupatiue scz et sup bonos scz sup hoīes iustos et angelos q̄ dicit dñm p̄cipatiue. vel p̄ terrā et deos significat cū in perare terrenis et celestibz. Et cū tantus sit et talis ergo vt ad eum veniat.

Qui diligitis dñm odite malū: custo dit dñs aīas sanctoz suozum de manu peccatoris liberabit eos:

Qui diligitis dñm qui solus bon^o est odite malū et qd̄cuqz deo aduersum. Amas deum debes odisse qd̄ odit: hinc enī apparet te diligere qd̄ bonū est si cepis odisse qd̄ malū est. sed iam subsequunt p̄secutores hoīm et tentatores vicioz. audi solatōz. (custodit dñs animas sanctoz suoz) ne eis aliquid noceat vn̄ de sequit (de manu peccatoris). .i. de p̄tate demonis vel iniqui hoīs (liberabit eos) scz sanctos suos saltem in aīa et qn̄qz etiā in corpore et ergo forte eto nō solū in diligēdo deū sed etiā in odiendo malum. Nam

Lux orta est iusto: et rectis corde leticia

Lux diuine gr̄e (orta est iusto). .i. tanq̄ nō viter orta apparet et resulget in corde eius (et rectis corde) quibz scz p̄ oīa placet deus orta est p̄ spem (leticia) vera et gaudiū in dño: non enī leticia q̄ est fm̄ seculum vera est. Nō ergo vere in misericordia sunt sancti spe iam salui. **Vel** (lux) p̄petua et leticia sine fine et ideo nō curret p̄de relucē istam nec timeat eos qui corpus occidunt qz vera lux aīe lucebit. Ergo

Letamini iusti in dño: et cōstemini memorie sanctificatiōis eius.

Letamini iusti in dño p̄gratulo bñficijs eius et v̄ris meritis q̄ est leticia deuotiōis et nō in seculo que est leticia vanitatis: qui enī dñm habēt leticiā semp possident (et letati) (cōstemini) p̄fessione laudis (memorie sanctificatiōis eius). .i. laudate eū gr̄as sibi agendo qz memor fuit sanctificare vos donis et gratijs suis. Bonū est ergo nō gaudere in hoc seculo scz in dño: ne cum hic gaudere volumus eterna gaudia amittamus. Oratio.

Custos aīaz sanctaz cuius regnū est p̄fecta pars iustoz xcede p̄pheticas euangelicas qz cōuiscatores peccatoribz n̄ris inseri vt si qd̄ obrectū velamine p̄isco regit spū sc̄to reuelante pandatur. Per do.

Exhortatio ad exultationē et dei laudem p̄pter christi aduentū in carnē et nō

stram redemptionē eiusqz aduentū ad iudiciū et nostrā glorificationē.

ps. cvij.

Antate domino

canticū nouū: qz mirabilia fecit.

Quator psalmi p̄pha dauid. Et est sensus psalmus iste sit ipi dauid. .i. christo qui forti manu diabolū supauit debet qz vnusquisqz fidelis spūaliter esse dauid vt forti a se tentatōes et vicia repellat et in omni ope bono fortis nō solum opando sed etiā p̄suerando et istat vt cū talis fuerit reuocatus in spū canticū nouū oī potenti deo cantare possit. **Matéria:** aduent^o christi in carnē et resurrectio eiusdē et aduent^o eius ad iudiciū. **Intentio:** monere fideles ad exultationē et dei laudē cum et eo qz p̄ cognitiōnē sui n̄re infidelitatis tenebras illuistrat et primo suo aduentu nos a morte anime redemit tū et eo qz venturus iudet quos hic iustificauit sine fine glorificabit. **Sinia in generalī p̄pha in isto psalmo agit de incarnatiōe n̄ri saluatoris et de resurrectiōe ipi et aduentu sui iudicij et de p̄uersione gentiū et qz et debemus iubilare et psallere nō solū cantando sed etiā bene opando. **Ant** post duos psalmos p̄cedētes bene hic psalm^o ponit nam quasi de eudē hic et ibi dicit. Eadez enim et si iterent septem semp noua sunt varia descriptiōe. **Sinia in speciali.** Inuitans ergo ad laudē ait vos q̄ nō ui estis in christo olim veteres in adam. (Cantate) vita et lingua (dño) scz deo p̄ canticū de christi incarnatiōe et hoīs redemptionē (nouū) qz nihil tale mundus audiuit. **Ant** qz mirabilia fecit) i liberatiōe mūdi seu generis humani **Mirabilia fecit in mūdi et hoīs creatiōe et ex euangelio multa mirabilia et miracula audiuimus que fecit iesus. Sed multo maiorā mirabilia sunt que fecit in recreatiōe qz totū orbē terrarū a morte eterna eripuit. **Ant** subiungit que mirabilia fecit qz nō solum que cōmunia sunt sed et hoc singulare scz qz.****

Saluauit sibi dexterā eius: et brachij sanctū eius.

Saluauit sibi scz deo patri orbē terre p̄ta genus humanū redimēdo (dexterā eius). .i. christus dei filius q̄ dicit dextera p̄ris ab operatione (et brachiū sanctū eius) scz ipse idem christus qui dicit brachiū a fortitudine. Et bñ dicit (sibi). .i. deo. .i. ad dei honore et gloriā qz ml̄ti saluans corporaliter sed sibi ipis nō deo qz accepta corporali sanitate lasciuia mala p̄petrat

qui egroti ab eis abstinebat de qua dextera et
brachio adhuc subiungit.
Notū fecit dñs salutare suū: in p̄spectu
gentium reuelauit iusticiā suam.

Notū fecit dñs sc̄z deus pater (salutare suū)
i. iesum christū filiū suū p̄ salute mun-
di incarnatū et sic visibilē factū qui dicit salu-
tare qz saluat et subdit quibz notū fecit qz non
hic vel illic sed (in cōspectu gentiū) oim. i. vni-
uerso orbe nō in iudea tm̄ (reuelauit). i. mani-
festauit nō sub yelamine ostendit (iusticiā suā)
id est christū qui dicit iusticiā qz iustificat et si-
ne hac iusticiā et nisi per ipm̄ nemo iustificari
potest. Et hoc nō ex meritis sed
Recordatus est misericordie sue: et ve-
ritatis sue domui israel.

Recordatus est misericordie sue) qua pm̄isit qz
vt pm̄itteret miseris est et misericordia fuit qz pro
misit (et veritatis sue) qua reddidit. misericordia er-
go fecit pm̄issionē patribz de christo nascitū
ro et veritas reddidit qd̄ pm̄isit et hoc (domui
israel). i. videntū deum. Qui modo videt deū
p̄ fidem postea videbit p̄ spec̄iē. debemus er-
go purgare oculum cordis vt nobis sapientie
sue spec̄iē dignetur dñs ostendere. Et ne ad lit-
teram putes isrl̄ vñā gentē tm̄ subdit. Et ita
Viderunt omnes termini terre saluta-
re dei nostri.

Viderūt. i. p̄ fidem et mentē aperte cogno-
uerunt ac si oculis vidissent (oēs termini) et fi-
nes (terre). i. a termino vsqz ad terminū nō iu-
dea tm̄: vñ dicit oīs qz oibz et nō quibusdā
tm̄ datus est christus (salutare dei nr̄i). i. dñm
iesum christū saluatōrē oim̄ a p̄re missus. iō
Jubilate dño o fms terra: cantate et ex-
ultate et psallite.

Jubilare dño. i. in tantū affectum laudis
assurgite vt non possit verbis dici nec tm̄ taceri
(omnis terra). i. oēs habitatores terre (canta-
te) verbis et voce p̄dicare (et exultate) corde nō
inim̄ sed iocundi et voluntarij (et psallite) ope-
re. Et quibus modis

Psallite dño in cythara: in cythara et
voce psalmi: in tubis ductilibz et voce
tube coeue.

Psallite dño in cythara). i. mortificatione
carnis opa diuina facite sc̄z pascendo paupe-
res et hm̄i. et celestia mandata implete. de in-
de eadem p̄posterata subiungit cantate (in cy-
thara et voce psalmi) ideo p̄posterat vt quod
vis coz prius fiat tonū ad deum p̄ineat (in tu-
bis ductilibz) sc̄z argētis vel ereis tundendo
p̄ductis p̄ quas significant illi qui iunioribz

id est tribulationibz p̄ducunt. i. p̄ficiūt et lau-
des dei sonāt. Talis tuba Job erat qui in tan-
tis tribulationibz dicebat: dñs dedit et dñs
tuba coeue). i. de cornu qd̄ carnē excedit et su-
perat facte p̄ quā significat illi q̄ carnales af-
fectus transcendūt et ita alijs p̄dicando sonāt
vt in seipis vicia carnis caligēt et supent. Ta-
lis tuba erat paulus q̄ dicebat si cōsurrexistis
cū christo q̄ sursum sunt querite nō que sup̄ ter-
ram. i. carnē excedite nolite carnalia cogitare.

Jubilare in p̄spectu regis dñi: moueaf
mare et plenitudo eius orbis terrarū et
qui habitant in eo.

Jubilare) intus vbi deus videt nō ad aspe-
ctum hoim̄ (sed in cōspectu regis dñi) sc̄z iesu
christi cui⁹ aures tubis p̄sonantibz delectant
et tubis sonantibz et veritate p̄dicantibz (mo-
ueat) ad dei reuerentiā et fidē (mare). i. seculū
(et plenitudo eius). i. oēs eius habitatores.
Vel (moueaf mare et plenitudo eius). i. p̄ciet
mūdus ad impugnandū euz toto tumultu fu-
roris sui et sic p̄dicat nō optat. Et quasi expo-
nendo subdit sc̄z (orbis terrarū) ecce mare (et
q̄ habitant in eo) sc̄z mūdi amatores illis autē
motis pariter siue in bono siue in malo.

Flumina plaudent manu simul: mōtes
exultabūt a p̄spectu dñi: qm̄ venit iudi-
care terram.

Flumina). i. sancti pleni aqua sc̄z spiritu dei
(plaudent manu simul). i. delectabiliter et cō-
corditer bonis opibz iusudabūt et gaudebunt
de opibz bonis in vnitāte charitat. opa sc̄z
laus dei est. christ⁹ nō voce laudat sed ope. nō
audit vocē sed opa (mōtes). i. boni alii celsitu-
dine sp̄iali (exultabūt a p̄spectu dñi). i. ab ad-
uentu et a p̄templatōe eius (qm̄ venit iudicare
terrā) p̄mo iudicio discretōis et post iudicio re-
tributōis. Vel (qm̄ venit). i. v̄tur⁹ est (iudicare
terrā). i. habitātes i tra reddēdo cuiqz fm̄ opa
sua. In gaudebūt boni sed mali p̄temiscēt.

Judicabit orbem terrarū in iusticia: et
p̄plos in equitate.

Judicabit eni (orbē terrarū). i. habitatores
orbis (in iusticia) aliquos vocando ad fidē et
grām alios nō qd̄ iudiciū deserētōis valde est
iustū licet sit nobis occultū (et) sc̄z oēs p̄plos oēs
(in equitate) reddens singulis fm̄ mirita suā vel
in futuro iudicio (iudicabit orbē terrarū). i. oēs
terrenos (in iusticia) sc̄z sola qz nō meruerunt
misericordiā sc̄z liberantē. Et nanqz qui nō fecit
misericordiā fiet iudiciū sine misericordia sc̄z sal-
uante nō relaxante. qz in omni ope dñi miseri-
cordia est et veritas et etiam in damnandis est

misericordia qz nō puniunt quantū meruerunt (et
populos). i. fideles de iudeis et gentibz iudica-
bit (in equitate) qz capient equa meritis suis.

Oratio.
Immitte dñe salutare tuū in mentibz nr̄is:
qui reuelasti iusticiā tuam gentibz vniuersis vt
qui quondā iudicari venisti p̄ perditis miseri-
cordiam cū adueneris pro quibz iudicatus es
largiaris. Qui viuīs.

Psalmus de potestate christi regia
et magnificentia eius in ecclesia ac lau-
de et veratōne sibi tanqz deo et regi ab
omnibz exhibenda. ps. cxvii.

Domine regna

uis irascantur p̄pli: qui sedet sup̄ che-
rubin moueatur terra.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Titulus est:
Psalmus dauid. et patet titulus. Post laudes
ergo multiplicē agit hic p̄pheta de potentia et
regno eius vt etiā in hoie adoratur et describit
christū esse regem et bona dante cui et antiqui
seruierūt. Materia reuocatio maloz ad chri-
stum cōfiteendum et puocatio bonoz ad ipm̄
exaltandū. Intentio: monere vt christū tanqz
deum adoremus et velut regē exaltem⁹. Sen-
tentia in generali p̄pheta in isto psalmo annū-
ciat christi p̄tatem regiam inuitatqz hoies di-
uersoz statū ad laudes diuinā. Sma in spe-
ciali ostendens ergo christū regē dicit (Do-
minus) sc̄z iesus christus et si homo et humi-
lis factus (regnauit) et in re ab eterno et in ma-
nifestatōne post eius resurrectōis et ascensionē
qz tunc rex esse innotuit et inde (irascant p̄pli)
id est irascant vt sit p̄dictio nō iustio. dñs inqz
(qui sedet sup̄ cherubin). i. sup̄ angelicas po-
testates. i. qui presidet angelicis spiritibz pleni-
tudinem scientie eius habentibz ille sc̄z regna-
uit et regnabit semp̄ et inde (moueatur terra)
id est mouebunt terreni. p̄ p̄plos irascentes ra-
tione vtentes et deū celi colentes iudei possunt
intelligi. per terrā vero terreni et insensati gen-
tiles idola sensu carentia adorantes qui vtri-
qz regnante christo irati sunt et cōmoti s; alij
fana ira vt sibi metipsis de peccatis irascen-
tes ad christū cōuerterent. alij vero insana et
furibunda vt christū et seruos eius p̄sequerē-
tur. Super cherubin vero dñs sedere dicit vt
qualis et quantus sit is qui regnauit demon-
straretur. Cherubin quippe interpretatur pleni-
tudo scientie. Dñs ergo sup̄ cherubin sedet qz
christus qui est dei virtus et dei sapientia ipos-
scientia eminentes sp̄s superat et implet. Et

ne putares illū ita sedere in principibz vt nō se-
deat etiā in hominibz adiungit.

Dñs in syon magnus: et excelsus super
omnes populos.

Dñs iste est (magnus in syon) qd̄ interpreta-
tur speculatio. i. in ecclesia deū speculante nūc
p̄ fidē postea p̄ spec̄iē. Qd̄ aut subdit et excelsus
sup̄ oīs p̄plos) designat eandē eccl̄iā per
vniuersū mūdū esse dilatātā vbi oīs ppli cō-
uersant vbi dñs qui prius hūilis appuit ma-
gnus et excelsus dicit qz a sc̄ta eccl̄iā quotidie
et magnificat et exaltat. Vel qz ip̄ eadē eccl̄iā
per suā grām magnificat et cor ip̄i⁹ a terrenis
ad celestia subleuat. Et qz est magnus et excelsus
iam ergo illi qui prius blasphemī erant et
humile p̄temebant.

Confiteant nomī tuo magno qm̄ ter-
ribile et sanctū est: et honor regis iudi-
cium diligit.

Confiteant) p̄fessione debite laudis (nomi-
ni tuo magno) vbiqz per famā et gl̄iā dilatā-
to (qm̄ est terribile) potentia qua punit vt time-
atur (et sanctū) bonitate qua parcit vt honoretur
et ametur (et honor regis). i. christi (iudiciū dili-
git) quo punit nō tm̄ misericordiā qua p̄ciet. Sic
vtrqz vult a nobis honorari dñs rex vt nō cre-
damus cum pctā nr̄a dimittere impunita dili-
git eni iudiciū vel in nobis vel in se. In nobis
vt mala que fecim⁹ accusem⁹ iudicem⁹ et dam-
nemus. Qd̄ iudiciū qui modo facere in se ne-
gligit cum p̄ semetipm̄ euz venerit distric⁹ iu-
dicabit. S; vt iusti simus ip̄e facit. Vñ seq̄r.

Tu parasti directōes: iudiciū et iusticiā
in iacob tu fecisti.

Tu parasti directōes). i. p̄cepta iusticie vt in
eis addiscam⁹ quō viuere debeam⁹ quas p̄ se-
metipm̄ nobis p̄auit. fecit eni qd̄ docuit et no-
bis ostendendo viam in se ip̄o omne iusticiā
impleuit. Vel (tu parasti directōes). i. tue gr̄e est
viam hoīs dirigere (iudiciū) vt discernam⁹ in-
ter bonū et malū (et iusticiā) vt bonū faciam⁹
et malū vitē. (in iacob) sp̄iali. i. in p̄plo lu-
ciantē cōtra vicia et supplantate ea (tu fecisti) q̄
alius facere nō posset. Ip̄e ei iustificat impiū
ipse opaf velle et operari. p̄ bona voluntate. Et
quia hoc facit in nobis ergo.

Exaltate dñm deū nr̄m: et adorare sca-
bellum pedū eius qm̄ sanctū est.

Exaltate). i. laudibz extollite non vosmeti-
psos sed dñm deum nostrū sc̄z christum dei
filium sc̄dm̄ quod ip̄e est deus a quo habetis
qz iuste viuūtis. Quem humiliavit iudaica p̄fi-

dia credite deū sup omnia (et adorare). i. reuerentia singulari honorate (scabellum pedum eius). i. venerabile corpus eius sed ppter ipm cuius est in quo diuinitas tanq̄ sup scabellū stetit quod ab ipa diuinitate valde inferius est q. d. sic exaltate diuinā potentia vt adoratis humanam naturā nō in diuisione sed in vnitāte p̄sone (qm̄ sanctū est) ipm scabellū. i. corpus quia nulla peccati macula inquinatū. Et merito exaltate et adorare qm̄

Moses et aaron in sacerdotibz eius: et samuel inter eos qui inuocāt nomē ei⁹.

Moses) legislator (et aaron) summus sacerdos fuerunt (in sacerdotibz eius) scz christi id est inter sacerdotes vel numero sacerdotum Moses quidē sacerdos dicit qz si nō hostias vota nī populi deo obtulit et p̄ p̄lo supplicauit (et samuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius) Samuel nō inter sacerdotes sed inter inuocātes nomē dñi numeratur qz et si esset sacerdos sicut alibi legitur nō tñ erat de tribu leui s; de tribu effraim de qua nō fit sacerdos scdm legem s; de leui. Ac si diceret hos imitami qz hi magni fuerunt qui cum adorauerunt. Illi enim iam tunc.

Inuocabāt dñm et ip̄e exaudiebat eos in columna nubis loquebat̄ ad eos.

Inuocabant dñm) christū cuius aduentū expectabāt (et ip̄e) idem deus qui post in hōmine locutus est (exaudiebat eos) ppter merita sua. nam p̄ p̄ces eoz sepe dimittebat deus populi peccata (et in columna nubis) et de nube obscura (loquebat̄ ad eos) qd̄ significabat verba sua adhuc esse obscura et occulta. Sed qui tunc p̄ figuras et enigmata figuraz̄ obscure loquebat̄ in nube postmodū manifeste locutus est in scabello. i. in assumpta carne. Et illi qui tantū erant

Custodiebant testimonia eius. et p̄ceptum quod dedit illis.

Custodiebant testimonia eius). i. carnalia instituta venturae gratie testimoniū phibentia. vel (testimonia eius). i. p̄cepta eius oia (et p̄ceptum) singulare (qd̄ dedit illis) scz seruande charitatis et ideo merebant̄ exaudiri nam tales deus exaudit quos custodire sua p̄cepta conspicit. Primo dicit testimonia in plurali et postea p̄ceptū in singulari qz fm̄ Greg. p̄cepta dñica multa sunt p̄ diuersitate opis et vnuz in radice charitatis et qz oia ad vnuz tendūt sine Quisq̄ q̄ vult testimonia dñi custodire debet et vnū p̄ceptū charitatis obſuare. Nō nisi fecerit si multa alia facit totū pdit. Et qz custo-

diebant ideo. D.

Dñe deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propicius fuisti eis: et vltiscens in omnis adiuuentōes eoz.

Dñe deus nī tu exaudiebas eos) i. iustis petitionibz te inuocātes qz audierūt te p̄cipiente et o (deus tu propicius fuisti eis) cōdonando eis p̄ctā et tñ (vltiscēs). i. vindicans se (in omnis adiuuentōes eoz) scz p̄ctā que sunt ab inuentione hūana et nō relinquēs ea impunita. In q̄ fetō magnū qd̄ et vltē cōmendat nobis deus. Illi enī irascit̄ que peccantē nō flagellat. Nam vere cui propicius est nō solū donat p̄ctā ne in futuro seculo nocēt s; etiā castigat ne semp̄ peccare et in peccatis morari delectet. qz peccata punire signū est miseratōis diuine Et quia propicius est ergo

Exaltate dñm deū nostrū: et adorare in monte sancto eius: qm̄ sanctus dominus deus noster.

Exaltate). i. laudibz extollite (dñm deū nostrum) scz christū qui blandit̄ et cedit vt pater nō solum enī exaltandus est et laudandus qz peccatores misericorditer iustificat s; etiā quos iustificat misericorditer flagellat (et adorare). i. singulariter honorate scz eundē dñm (in monte sc̄to eius). i. in sc̄ta ecclesia eius in cuius soliditate fidei et altitudine iusticie esse debemus si deū dñm vltē laudare volumus (qm̄ sanctus) q̄ nos sanctificat (dñs) qui nos regit (deus) q̄ nos erant (noster) qui sc̄p̄m nobis tradidit vnde ipm̄ adoramus et adorando pure ei seruamus cui⁹ possessio et hereditas sumus. Oratio.

Sublimis throni dñete adoram⁹ et quos sumus vt columna nubis lumine refulgente modum sacerdotalis ordinis te custode seruemus. Per dñm.

Inuitatio generaliter oīm hoīm ad cōfessionē peccatoz et ad deū cum exultatione et alacritate laudandum.

ps. xcix.

Uilate domino

omnis terra: seruite dño in leticia.

Auctor psalmi) p̄beta david. Titulus est: Psalmus in cōfessione. Et est sensus psalmus iste est in cōfessione. i. agit de p̄fessione. Et aut cōfessio gemina. vna est peccatoz que puenit incipientibz. alia est laudis que cōuenit p̄fessionis. et de vtraz̄ agit hic psalmus. q̄ bene hoc loco ponit qz dño tanto et tali prout

supra describit̄ merito vtraz̄ p̄dicta confessio exhibet. Materia: cōfessio gemina scz peccatorum et laudis quā hic indicit diuersis. Intentio: monere ad vtraz̄ cōfessionē nō vnū angulū terre sed totius terre habitatoz. Sententia in generali: p̄beta in isto psalmo docet et inducit oēs deū alacriter laudare et peccata incessanter plangere qz nec in malis est desperandū nec in bonis animus debet esse elatus. Sentia in speciali: Ad laudē ergo monens nō vnū angulū terre hortatur s; sicut vbiqz nō vltē semināta benedictōez ita vndiqz erigit iubilationē. dicens. (Uilate) .i. exultate et ineffabili leticia aggaudet (dño) redemptori nostro non alij (ois terra). i. omnes habitantes in terra qz vbiqz bñdictio est seminata. Jubilatio aut̄ vera fit voce et corde. Qui enī iubilat erumpit in quandā vocem exultatōis sine verbis ita vt appareat cum ipa voce gaudere s; qz si repletū nimio gaudio non posse hoc verbis explicare. Talis ergo laudatio dñm decet vt sicut ipse a nobis cōprehendit nō valet ita magnitudo laudis eius paruitatē nostri animi superet (seruite dño) qz p̄ christū estis liberati (in leticia) et hilaritate animi nō necessitate et iuri sed charitate et voluntarij aliter enī seruiri deo nō est acceptabilis qz hilarē datorē diligit et qz in dei seruitiū aliqd̄ moleste ppter deū patimur nō iō a leticia ani recedere debem⁹. vbi enī maior p̄sura ibi maior acquir̄ glia.

Introite in aspectu eius: in exultatōe.

Introite in aspectu eius in exultatōe). i. intrate ad p̄sentias vras et in p̄sentis exultate vbi deus videt quoz testimonio adfiscens in q̄ bus vobis sit exultatū. hinc de sancta electoꝝ ecclesia dicit̄ ois gloria eius filie regis abintus Et paulus. glia nra hec est. testimoniu⁹ p̄sentis nre. facile est exultare foris lingua in cōspectu dei et in p̄sentia exulta. Sunt enī nonnulli qui de seruitute dei nō inuis corā dño sed foris corāz hoībz gaudent et dum exteri⁹ de bono ope gloriant̄ intus a fructu et mercede boni opis vacuant. Et quicūqz seruitutē dño exhibetis.

Scitote qm̄ dñs ipse est deus: ip̄e fecit nos et nō ipsi nos.

Scitote) sine dubio (qm̄ dñs) iesus christ⁹ natus in carne ad cuius laudē vos inuocāte est de⁹). i. creator omnū nō homo tñ. hoc specialiter dicit̄ cōtra iudeos. q. d. nō vilesat nobis quē crucifixistis. Et patet ex effectu qz ip̄e sit deus (qz ip̄e fecit nos) creato et refecit recreando oia enī p̄ ipm̄ facta sunt et nō ip̄i fecim⁹ (nos) qz omne bonū nostrū ex eo est nō ex no-

bis et nihil habem⁹ qd̄ nō ab ipso accepim⁹ vñ pōt intelligi de opibz creatōis et nature vel de opibz recreatōis et gr̄e. ab eo enī sumus nō solū corpaliē facti s; etiā i nouū boiem recreati et hoc nō nro merito sed suo dono. Et iō.

Populus eius et oues pascue eius introite portas eius in p̄fessione: atria eius in hymnis p̄fitemini illi.

Populus eius) quē ip̄e rex sua bonitate regit et dirigit (et oues pascue eius) quas ip̄e pascit verbo vite pascit et ad pascua eterna pducit ad quoz introitum nos hortat̄ cum subdit (introite portas eius) et inuocāte bone p̄fessionis (in cōfessione) scz peccatoz. i. a p̄fessione peccatoz incipite intrare portas eius quas nemo p̄t ingredi nisi se peccata cōfessione purga uerit. porte quippe illoz pascuoꝝ. i. vite eterne sunt opa iusticie: ad quas portas p̄ cōfessionē intratur. Quisquis enī vult bene operari et bñ operando portas iusticie ingredi prius debet cōfiteri p̄ctā sua qz inuocāte bonoz cōfessio est p̄ctōz et adite et introite spe et desiderio (atria eius). i. amplitudinē celestis beatitudinis et cū vere intraueritis gr̄e plenitudine p̄cepta tunc (in hymnis). i. in laudibz (cōfitemini illi) gratias agentes liberatoꝝ. q. d. cum intratis vos resp̄endite cum intraueritis ipm̄ laudate. In introitu portaz̄ est confessio. in p̄fessione vero atrij laudatio. Et in his omnibz

Laudate nomē eius qm̄ suauis est dñs in eternū misericōdia eius: et vsqz in generationem et generatōz veritas eius.

Laudate. i. cū laudibz p̄dicare (nomē eius) scz dñi nunc et in futuro. et merito qz dum laudatur dulcescit vñ subdit (qm̄ suauis est dñs) et dulcis laudanti. laus dei est vita aie. cū enī deus tota deuotōne laudamus et toto cordis affectu eius amore accendimur tūc sentimus q̄ dulcis et suauis est dñs: Et illa suauitas et spiritalis dulcedo cibus aie est. Nihil q̄ vultis ut facere anima q̄ laudare eum a quo facta est. (in eternū) est (misericōdia eius) hic nobis parcendo et peccata dimittendo ac postmodū in eterna vita nos suscipiendo. hic liberat et in futuro coronat (et vsqz in generationē et generationem) est (veritas eius) implens p̄missa. i. in generatōne p̄nti et terrena que parit mortales: ac futura et celesti que parit immortales p̄seuerabit qd̄ p̄misit s; hic est in p̄missione ibi in donatōne: hic ad fidem ibi ad visionē. hic quasi per speculum et in enigmate ibi facie ad faciem.

Oratio.

83

Jubilamus tibi eterne dñe in leticia et exultatione poscentes vt dum porte pectorum nostrorum in tuis laudibus reserant semp ad misericordiam veritatis pandantur. Per. d.

Psalmus de forma recte viuendi et ad perfectionem sanctitatis pueniendi docens et monens bona appetere et mala respuere.

Misericordia et iudicium

dicium cantabo tibi dñe psallam et intelligam in via immaculata quando venies ad me.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus est. Psalmus ipsi dauid. Et est sensus: psalmus ille attribuitur ipsi dauid. i. christo. vt hoc totum quod hic docemur virtutibus christi applicetur quod omne bonum nostrum a deo est et christo attributum et copentur hec vox capit et corpi. Iste psalmus hoc centesimo loco ponitur sicut iste numerus est perfectus ita iste psalmus continet et docet formam perfecte sanctitatis. hic enim docemur bona appetere et mala renuere. Materia forma recte viuendi et perfectio sanctitatis. fidelis enim anima que in psalmo quinquagesimo per lamenta penitentiam suam corripit in hoc centesimo perfectio nem vite sue alijs formam bene viuendi pponit. Intentio monere bona appetere et mala renuere que est perfecta pueratio vite. **Sententia** in generali propheta in isto psalmo in persona christi vel ecclesie seu cuiuslibet perfecti docet formam recte viuendi et specialiter instruit maiores vt se deuote habeant erga deum mundum honeste ad se ipsos iuste ad subiectos et proximos. **Sententia** in speciali de misericordia et iudicio pponens autem christus in membris. **Misericordiam** que modo est et iudicium quod erit in futuro (cantabo). i. iocunde annuntiabo (tibi) o dñe. i. ad tuum honorem quod vultis et laudabiliter vteris. quod nisi per indebitam misericordiam nemo liberabitur et nisi per debitum iudicium nemo damnabit. Nemo ergo ad impunitatem de misericordia dei presumat et penam contemnat quod est ei et iudicium et nemo in melius commutat iudicium timeat quod est ei et misericordia. hic est autem tempus misericordie in futuro ipse iudicij et propter hec duo psallam. i. in hilaritate bene operabor (et intelligam). i. diligenter attendam (in via immaculata) ambulando et iuste agendo (quoniam venies ad me) modo per gratiam vel in obitu seu in seculo aduentu. deinde exponit que sit via immaculata.

Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus mee.

Perambulabam. i. perfecte ambulabam et dele-

ctabar (in innocentia cordis mei). i. in puritate conscientie vitando omnia facinorosa et hoc exponendo subdit scilicet (in medio domus mee). i. cordis mei. domus enim nostra est cor sine peccata ubi quiete habitat et ambulat quod bene sibi conscius est et conscientiam puram habet in corde etiam ambulando est interiora cordis sollicitate perscrutari. Sancti etenim viri quidam cor suum inquirunt et diligenter interiora sua discunt ne quid ibi forte lateat quod oculos diuine maiestatis offendat. deinde innocentiam per partes exponit.

Non ponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes pruaricationes odiui.

Non ponebam ante oculos meos rem iniustam. i. non diligebam rem malam. res enim que diligitur ante oculos frequenter habet. prius est ergo rem malam non diligere: deinde etiam odire unde sequitur (facientes pruaricationes). i. transgressiones a via legis et mandatorum dei (odiui) etiam amicos et proximos non quidem ex eo quod erant homines sed ex eo quod pruaricatores. non naturam sed culpam. non res sed vitia. aliud est enim amare quod facti sunt: aliud odire quod faciunt. deinde exponit quos dicat pruaricatores subdens.

Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebam.

Non adhesit mihi per amorem et amicitiam (cor prauum). i. homo prauo voluntatis qui pruaricatur corde discrepans a deo sicut rectum cor habens se format se deo. quod non consenti non recitatis sed sicut cor meum in omnibus rectum erat ita recitatis corde solimodo adhereret (declinantem a me). i. dissimilem mihi non me imitantem (malignum). i. malivolam et malo igne vitiorum ignitam (non cognoscebam). i. non approbaram non mihi placebat. d.

Detrahentes secreto primo suo: hunc persequabar.

Detrahentes secreto primo suo) et in absentia famam boni minuentes quod palam detrahere non audet qui falsa tenet (hunc persequabar) arguendo increpando ne hoc ageret. Ecce persecutor: bonus non homines sed peccati. Est sane hoc vitium quod in primis debeat extinguere et ab his qui se ipsos instituere volunt proorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animam. nihil est quod ita mobilis mentem ac leuem faciat quam facile totum credere et obirectorum verba temerario assensu mens sequi. hinc enim crebre dissensiones. hinc odia iniusta nascuntur. hinc est quod sepe de amicis inimicis etiam inimicos facit: dum concordans quidem sed credulas animas maliloqua lingua dissociat. Et contra magna quies animi magnas

est mori grauitas non temere de quodam sinistra audire. beatusque est qui ita se contra hoc vitium armavit vt apud eum audeat detrahere nemo puidens in vitioque vitiatate vt nec libenter audiat nec illum peccare permittat. Quod si est hec in nobis diligentia nec passim obirectorum crederemus iam omnes detrahere timerent ne non tam alios quam se ipsos vitios detrahendo faceret. **Supbo oculo et insatiabili corde: cum hoc non edebam.**

Supbo oculo. i. cum homine supbo et tumido. et dicit oculo quod supbia magis appetit in oculis quam in alijs partibus corporis. In oculis namque et supercilio facile cuiuslibet supbia deprehenditur (et insatiabili corde). i. notabiliter cupidus et avaro cuius auaricia expleti non poterat (cum hoc non edebam) propter correctionem tenendo me ab eis vt erubescerent et se corrigerent. Sed dominus noster iesus christus cum publicanis et peccatoribus quibus comedere vt eos emendaret. hic ergo videtur detestari duovicia principalia scilicet supbiam et auaritiam contrario.

Oculi mei ad fideles terre: vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.

Oculi mei scilicet cordis erant ad fideles terre. i. quod fide et veritate tenent in terra hoc est tales placuerunt mihi (vt sedeant) et habitent (mecum) in mea societate (ambulans in via immaculata) innocenter et irreprehensibiliter viuendo (hic) non alius (mihi ministrabat) hoc omnibus bonis pruenit et maxime sacerdotibus vt prauis non cobabiterent sed virtuosus. Sancti etenim viri sicut student vitare societatem malorum sic cupiunt adiungi societati bonorum. Exemplo ergo sanctorum vitanda est malorum societas ne prauis eorum exemplis corrumperemur et appetenda bonorum societas vt eorum bonis communiter proficiamus.

Non habitabit in medio domus mee qui facit supbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

Non habitabit in medio domus mee. i. in meo gubernio (qui facit supbiam). i. quilibet superbus. hoc dicit ne videatur approbare quos habet familiares si mali sint (qui loquitur iniqua) maliciose quecumque proferendo et quilibet male dicit (non direxit). i. non recte incessit nec placuit nec directionem gratam habuit. (in conspectu oculorum meorum) quod est si apud se et apud stultos apud me tamen non est gloriosus. hinc alibi dicitur vir linguosus non dirigetur in terra. Et non tamen homines malos vitari sed etiam vitia declinaui. **In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini officios operantes iniquitatem.**

In matutino. i. in initio suggestionis (interficiebam) ordine qua debent eici ne crescant: (omnes peccatores terre). i. demones qui omnes carne peccare faciunt. et quia peccatores terreni sunt. quod d. submissionem vel suggestionem diaboli eiciebam de corde meo et non suscipiebam. cogitationibus enim malis cecis demones occiduntur. Et ita interficiebam (vt disperderem de ciuitate domini). i. de anima mea (omnes operantes iniquitatem) id est omnes immisiones vel submissiones diaboli. Ciuitas enim dei est anima iusti unde dispergitur diabolus et remouetur. Et attende quia vitatur peccato impio scilicet interficiebam sicut supra pambulabam et cetera vt notet actum non esse omnino preteritum nec omnino futurum sed inchoatum et adhuc in existentia durantem.

Vel in persona christi predicti (Oculi mei) sunt (ad fideles terre). i. super iustos et peccatores uiuentes (vt sedeant mecum) super sedes duodecim et iudicent mecum (ambulans in via immaculata) hic mihi ministrabat) euangelizans mihi non sibi non querens que sua sunt sed que iesu christi. In via ergo immaculata debet ambulare quisquis deo digne cupit ministrare. (Non habitabit in medio domus mee qui facit supbiam). i. in corde meo ubi mihi et quietus habitat mihi placens. vel in celo habitare non poterit quisquis hic superbe uiuit (qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum) quod non solum superbe agentes sed etiam iniqua loquentes reprobat deus. (In matutino). i. cum dies iudicij venerit cum illuminabunt abscondita tenebrarum (interficiebam omnes peccatores terre). i. eterne mortis interitu perdam omnes amatores penitentis vite et mittam malos in ignem eternum (vt disperderem de ciuitate domini) scilicet de celesti hierusalem. i. vt separem a societate sanctorum (omnes operantes iniquitatem). i. omnes in iniquitate perscuerantes. Et tunc cessabit tempus misericordie quod modo est et erit tempus iudicij quod non dicitur esse. Et quod modo in tempore misericordie negligit gratiam in tempore iudicij sentiet iram.

Oratio.
Incomprehensibilis virtute omnipotens deus qui tuis famulis misericordiam et iudicium insinuas clementer concede nobis fideliter te diligere rectamque viam ingredi et auaritate execrabili superbie declinare. Per dominum.

Oratio christi nostro defectui compatientis vel vere penitentis veniam de peccatis et liberatores a miseris te uote implorantis.

Omne exaudio

ratione meaz: et clamor meus ad te
veniat.

Auctor psalmi ppha dauid. Titulus talis
est. oratio paupis. i. christi paupis in se et in me
bris in quibus sunt et penitentes qui etiā hic lo
quuntur habita cum anxiaret in miseris in q̄s
deiectus est ppter pctm̄ primi hoīs et n̄ro defe
ctui cōpatiēns et corā dño p̄ quē solus poterat
liberari effudit precē suā vt eas euaderet. Ha
teria oratio christi anxij et cōpatiēns n̄ro de
fectui vel vere penitēns et veniā deuote implo
rans. Intentio: inuitare pctōres ad p̄niam et
monere om̄s suā aduētere miserā et petere dei
miscōdiaz. S̄nia in generali ppha in isto psal
mo loquitur in p̄sona christi de rep̄tōe generis
humani orantis v̄l in p̄sona cuiuslibet vere pe
nitēns et ad deū clamantis p̄ sua liberatiōe a
pctis et multiplicibz miseris. Maxima debet
esse anxietas penitēns vt t̄pa voluptatū ama
ricatiōe p̄nie cōpenset. Iste ḡ psalmus licet pau
peri christo attribuat̄ n̄ p̄ueniēt̄ etiā in p̄so
na humilis penitēns accipit̄ v̄l post p̄ceden
tem psalmū qui docuit et mouit bona appete
re et mala respicere bene hic psalmus ordinat̄
q̄ agit de p̄nia p̄ quaz quis a malo declinat et
bonū facit ne in matutino cum pctōribz inter
ficiat̄. S̄nia in speciali ab orōne ḡ incipiens
loquit̄ christus in p̄sona membror̄ vel peni
tens in p̄sona sua. d. (Dñe exaudi). i. ad affectū
audi (orationē meā) quā ad te fundo p̄ mea mi
seria p̄fidens de tua miscōdia (et clamor meus)
cordis et oris. i. intensus affectus orandi q̄ so
let clamore exprimi (ad te veniat) et acceptus
sit corā te nec obstat mibi nubes pctōz q̄ in
quis obsistit. Tunc oratio n̄ra ad deū clamor
fit q̄n̄ id qd̄ petimus cum magno cordis affe
ctu et ingenti desiderio postulam̄. F̄rm̄ q̄ppe
desideriū clamor est ad deū. Et quanto plus
q̄sq̄ desiderat̄ tāto ampli⁹ i auribz dei clamat.
**Non auertas faciē tuā a me: in quacun
q̄ die tribulor̄ inclina ad me aurē tuā.**

Non auertas) quasi offensus ppter pctōz
meor̄ enormitatē (faciē tuā) sc̄z gr̄e (a me) pe
nitente tanquā indigno p̄tēnēdo p̄ces meas
sed auerte a pctis benigno ac sereno vultu re
spice in me respice quidē mun⁹ iniquorū sed
nō p̄niaz pctōz deuotoz. Et nō tm̄ semel sed
(in quacunq̄ die tribulor̄) p̄ verā p̄titionē (in
clina) qui es excelsus et sursum (ad me) humilē
qui tribulor̄ deorsus (aurē tuā). i. effectū mise
ricordie tue et p̄ miscōdiam flectaris ad me sicut

medicus ad egrotū.

**In quacunq̄ die inuocauero te: veloci
ter exaudi me.**

In quacunq̄ die) cōuersionis (inuocauero
te). i. intus in corde vocauero te inuitans te in
me (velociter) et indilate (exaudi me) ne morer
in culpa ne impatiens sim in pena. Inuocare
est deū intra se inuitare in intimo cordis ora
re. Talis enī debet esse oratio n̄ra sc̄z cum in
tentōne cordis plata. In p̄dictis tribz versibz
est crebra repetitio eiusdē snie in quo affectus
penitēns et petentis ostendit̄ et deus ad mise
rendū magis excitat̄. Ideo autē clamor necesse
est vt me exaudias.

**Quia defecerūt sicut fumus dies mei:
et ossa mea sicut cremiū aruerūt.**

Quia defecerūt). i. celeriter disparuerūt et
evanuerūt (sicut fumus) q̄ ascendendo cito de
ficit (dies mei). i. t̄pa vite mee. p̄ns enī vita ci
to labit̄ et euanescit. q. d. infructuose totā vitā
meā expendi (et ossa mea) que carnē portat (si
cut cremiū) in frictorio siccatū (aruerūt) et de
fecerunt. i. anime fortitudo quasi p̄frita p̄tra
bitur et infirmat̄ recordatiōe pctōz vel timore
iudicij iam enim frigit̄ homo dum timet se ar
est alla reuersionis aggei et zacharie. Aggeus et zacharias fuerunt longe post dauid qui uenerunt de captiuitate babilonia: prophetae autem de qua renouatione templi pertinere uidebant de qua renouatione materiali non agit hic sed de spirituali. templum enim dei nos sumus: hic igitur est alla. id est laus dei laus dico aggei et zacharie et huius rei scilicet reuersionis quia propheta illi per spiritum uali reuersione populi dei scilicet christiani quam prouiderunt laudes deo cantauerunt sicut dauid hic facit. sic christiani qui per eos significant post ab solutionem peccatorum dominum laudant tanquam a captiuitate liberati et bilares de bonis que habent. Ostendit enim hic psalmus post liberationem peccatorum quanta sint bona fidelium et que sit retributio per fidem. Nomina ergo aggei et zacharie in titulo ponunt non quia ipsi huius psalmum descripserint sed quia in actualis templi reedificatione ubi coadiutores fuerunt reformatione spiritualis templi quod nos sumus de qua hic agit intellexerunt et per magna hilaritate dominum laudauerunt. Materia: bona iustorum et remuneratio eorum ac retributio impiorum. Intentio: monere nos ad dei laudem et timorem allicere ad operum misericordie exercitacionem et ad habendum semper pro oculis bonorum et malorum retributionem secundum operum: operum per hoc declinamus mala et faciamus bona. Sententia in generali propheta in isto psalmo loquitur de bonis et felicitate iustorum ac de misericordia impiorum et instruit auditores suos quod conpendiosa uia ad amissam beatitudinem superne patrie queant de hac spirituali babilonia descendere redire per hoc intendens eos inducere ad dei laudem sicut supra induxit exemplo ad eandem. Sententia in speciali perfectio autem supradicti edificij est illa in etatibus patrum sapientie cuius initium est timor domini de quo incipit dicens. (Beatus) est (uir) in spe nunc in pium (qui) amore uali et caste formidans offensam timet non mundum sed dominum talis enim se deo et mandatis eius humiliat. Unde subdit (in amandatis eius implendis) uolet et affectum habebit (nimis). id est multum non dicit faciet sed uolet nam multi ex timore faciunt et mercedem non habent nec enim deo acceptabile est opus quod uoluntas non exhibet. Et sufficit uoluntas si perficiendi mandata desit facultas uel si non a deo perficiat homo in eis implendis uult bene autem addit nimis in omni enim actione supare debet possibilitate uoluntas ut facias quod poteris et quod non poteris facere impleas uoluntate: pensat enim deus et coronat non tam factum operis quam affectum cordis. Et inde.

Potens in terra erit semen eius: gene

ratio rectorum benedicetur.

Potens in terra erit semen eius. id est opera misericordie et alia bona facta que sunt semine misericordie future quia inde messis eterna colligitur. Quid enim potentius quam ut re minima etiam ut magna ita duobus minutis et calice aque frigide sicut digito bonorum regnum celorum ematur: potens ergo erit quia eterna uita prestare et hominem beatum facere poterit quod nullus de potentibus mundi facere poterit quia (generatio rectorum). id est opera eorum quibus bonus est israel deus quia recto sunt corde et quod non operantur uana gloria hominibus uolentes placere (benedicet) eterna retributione. **Uel (semen eius). id est merces boni operis (erit potens in terra) uiuentium ubi reddet sibi supra meritum (et generatio rectorum). id est imitatores (iustorum benedicet) eterna benedictione.**

Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculo seculi.

Gloria scilicet testimonium bone conscientie et diuitie sancte uirtutum sunt (in domo eius). id est in cordis secreto et conscientiarum ubi ipse cohabitante domino opulentiarius habitat cum spe uite eterne quam diuites seculi in marmoratis pallacijs cum timore mortis eterne (et iusticia eius). id est merces iusticie eius et huius est gloria eius. he sunt diuitie eius que habet a deo (manet in seculo seculi). id est eternum quia propter meritum sue iusticie eternaliter premiabitur. quod non est equaliter beatus tanto uerior est iusticia gloria quanto sempiterna tanto meliores sunt eius diuitie quanto semper mansure. Et hec omnia inde sunt quia.

Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus.

Exortum est et illuxit in tenebris huius mundi ut eas pellat (lumen) gratie et sol iusticie (rectis) corde. id est iuste et subiungit quod est illud lumen scilicet dominus (misericors) natura et quantum ad habitum misericordie domini expectat (et miserator) exhibitione et quantum ad actum miserandi dum iustificat (et iustus) reddendo secundum opera dum remunerat. Si peccator es noli diffidere ueni am quia misericors et miserator est. Si uero superbus es et confidis de clementia dei noli esse negligens quia et iustus est. Sed ne formides et ne terreat te iusticia beate uir qui times dominum sed fac quod sequitur et non nocebit tibi iusticia dei quia. **Jocundus homo qui miseret et comodat: disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebit.**

Jocundus. id est gratis est deo. **Uel (iocundus) id est bilans sit (homo) ille (qui miseret) in corde**

et animo condonando et ignoscendo alijs of-
fensas et pctā quo sibi veniā meret (et comodat)
in opere et facto erogando alijs pecunie vel la-
boris et huiusmodi beneficia vt ei in futuro de-
tur: hilarē enim datorē diligit dñs de his duo-
bus benignitatis officijs dicit in euangelio di-
mittite et dimitte vobis: date et dabit vobis et
talit (disponit sermones suos). i. rationes suas
faciendas (in iudicio) futuro qz hec facta sunt
quasi sermones quibz defendet in iudicio: hoc
enim nō erit ei sine misericordia qz ipse fecit mi-
sericordiā qz in eternū nō pmouebit. i. nunqz
a gloria dñi sepebabit qz.

**In memoria eterna erit iustus: ab audi-
tione mala nō timebit.**

In memoria dei (eterna erit iustus). i. pius
et misericors qz script⁹ est in libro vite et iusticia
eius corā deo nō transibit in obliuionē s; ma-
nebit in memoria vt remuneret semp eni in pre-
sentia dñi apparebit semp beata visione illius
fructur ideo (ab auditione mala) que fiet immi-
sericordiā quibus dicit ite maledicti in igne
eternū (nō time.) qz ē de misericordiā qz tūc
dicit venite bñdicti p̄ris mei possidete regnū.
Et qz hec i futuro erit iusto: iō interim nō sua-
querit sed que sunt christi labores patienter su-
stinet. pmissa fideliter expectat. Vñ subdit.

**Paratū cor eius sperare in dño: confite-
marum eū cor eius: non cōmouebit eo
nec respiciat inimicos suos.**

Paratū vt p̄mptū est (cor eius sperare in do-
mino) nō in mundo nō dicit simpliciter sperare
sed p̄ponitur paratū cor eius: frustra eni in
dño sperat qui prius p̄sciētiā nō parat et spes
est infructuosa cuius nō est munda cōscientia
Debemus igit cor nostrū parare et puerfas co-
gitationes: illicita desideria: p̄uas voluntates
abijcere si in dño volum⁹ vtiliter sperare. Nec
vllis tentationibz frangit qz (cōfirmatū est cor
eius) p̄ gratie et virtutis habitū ac in celestibus
positū et in amore christi fixū vt nulla re seculi
mollescat et nec extollat. p̄sp̄ris nec frangatur
aduersis (et non cōmouebit) a iusticia et spe sua
qz corde in terra nō figitur sed incōmutabilia
amat et ideo incōmutabiliter p̄seuerat (donec)
existens in terra viuentiū inde (despiciat inimi-
cos suos) quoscuqz scz visibiles et invisibiles q̄
rum transcendit p̄secutiones et tentatōes. Et p̄
hoc futurū.

**Dispersit dedit pauperibz: iusticia eius
manet in seculū seculi: cornu eius exal-
tabitur in gloria.**

Dispersit) sua tpalia bona p̄ multos seu mul-

tis qz plus est oratō multoz q̄ynius hominis
et (dedit) liberaliter et gratis nō sub obtentu be-
neficij sibi reddendi (pauperibz) et indigentibz
christū representantibz: nō diuitibz vel aduato-
ribz et similibz (iusticia eius). i. iusticie retribu-
tio et fructus (manet in seculū seculi) qz meriti
sue iusticie eternaliter p̄miabit (cornu eius). i.
potentia et sublimitas illius cuius humilitas
a sup̄bis p̄tinebat in terra (exaltabit in glo-
ria) eterna: qui enim hic hūilis fuit ibi p̄tatem
habebit. Gregorius notat qz melius dicit iusti-
cia q̄ misericordia. Iusticia enim est dare pau-
peribus qz eis debet. Unde cū pauperibz tri-
buimus nō nostra largimur sed sua eis reddi-
mus. Unde et aug⁹. Quere quantum tibi deus
dederit et ex eo tolle tibi qd sufficit. Cetera que
sup̄flua sunt pauperū sunt. Res aliene posside-
tur cū sup̄flua possident. Erogari sibi vult de⁹
ex illo qd dedit. Quid enim das qd ille nō de-
dit: Quid enim habes qd non accepisti: Unde
etiam Ambro. Esurientiū panis est que tu de-
tines: nudoz vestimentū qd tu recludis: capti-
uoz redemptio et absolutio pecunia quam
in terra defodis. Non sunt ergo sup̄flua rcinē-
da nec diuitibz et vnde viuunt hūilibz sed pau-
peribz eroganda alioquin et retinens et tam ero-
gans q̄ recipiens timeat sibi de rapina. Dein-
de post bona iustoz quibz hortatur enumerat
mala iniquoz quibus terret. dicens.

**Peccator videbit et irascetur: denti-
bus suis fremet et tabescet: deside-
rium peccatoris peribit.**

Peccator) et impius (videbit) hoc ad suā pe-
nam scz humilē exaltari seqz cōfundi (et irasce-
tur) sibi et cōtra se ipm eo qz nō fecit bona. sed se-
ra et infructuosa erit illius penitētia (denabis
suis fremet) p̄ penam exteriorē in eo loco posi-
tus vbi erit fletus et stridor dentū (et tabescet). i.
marcescet inuidia de felicitate aliena (desideriū
peccatorū) quod hic in presenti habuerūt vi-
ta circa delectatōes et solacia peribit et deficiet
nullo succedente solatio cum omnia velut vni-
bra transierit et feno arefescere flos decidet: qz de-
siderium eorum tñ detemporalibz et transito-
rijs fuit.

Oratio.

Lumen p̄petuū rector cordiū deus cōcede
nobis te diligere tua gloria iocundari: sic di-
sp̄gere in hoc seculo vt carcam⁹ auditu aspe-
ro in futuro. Per do.

**Psalmus de exhortatione fidelium ad
rei laudem p̄pter sui excellentiā et ad se-
ctandam humilitatē laudatoribz neces-
sariam.**

ps. cxvi.

Audate pueri do-

minum: laudate nomen dñi.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Ti-
tulus huius psalmi allia inscribit: qd laudate
dñm interpretat qz in eo ad laudandū dñm in-
uitamur. Sed in hoc distat a duobz p̄ceden-
tibus qz primus monuit exemplo: secundus de
beatitudine laudantiū sententiōse tractado. hic
vero tercius directo sermone auditores exhor-
tando. Et est ordo pulcherrim⁹ tanquā dicit.
Ego laudo et beatus qui laudat: ergo vos et ex-
emplo monitū et p̄mio puocati laudate dñm
Materia: laus dei et exaltatio humilitū. Inten-
tio: monere ad laudem diuine p̄conii. Sentē-
tia in generali: p̄pheta in isto psalmo monet de-
uotos vt deū iugiter laudent et vbiqz p̄dicent
ipseqz facit qd alios monet. i. deū laudat. Se-
ntētia in speciali: ad laudem ergo monēs ostēdit
qui et que et q̄d dñi vbiqz et quare laudent dices.
(Laudate) o vos (pueri). i. omnes deuoti sim-
plices et puri puritate cordis oris et opis et par-
uuli nō sensu sed malicia: maxime superbia. i.
humiles qz tales soli digne laudat (dñm) in ef-
sentia extollendo maiestatem eius. Nec solum
laudent deū in se sed etiā in suo nomine vnde
subdit (laudate nomē dñi) p̄dicando virtutes
et opa eius quibz nominatus est et famosus vel
ita opando vt alij videntes opa v̄ra bona glo-
rificent p̄rem vestrū qui in celis est et de bonis
seruis laudet bonus dñs. Nec ad horam pu-
tentis me impare laudem sed.

**Sit nomen domini benedictus: et hoc
nunc et vsqz in seculum.**

Sit nomen dñi benedictus). i. sicut est in se
ip̄o benedictū sic benedict⁹ a fidelibz et sic lau-
dibus predicatū non ad horā sed (et hoc). i. ex
quo ceperūt hoies credere et laudare et (nunc)
hoc est in p̄nti (vsqz in seculū). i. sine fine h̄ est
semp et omni tpe et in eternū namz antea semp
fuit benedictū. Semp eni laudāndus est q̄ semp
per est. Nec in vno loco tñ impo laudari sed.
**A solis ortu vsqz ad occasum: laudabile
nomen domini.**

A solis ortu vsqz ad occasum). i. in omni lo-
co vbiqz sit (laudabile nomē dñi) et laudibz ex-
tollendū vt qui vbiqz est vbiqz laudet. q. d. non
pauci sed om̄s partes mundi p̄ueniant in lau-
dibus dei: p̄ circuitū enim solis significat hic

mundus in quo toto laudand⁹ est deus. No-
men ergo dñi est laudandū et glorificandū sem-
per et vbiqz omni tpe et locoyt nunquā et nusqz
cesset ip̄ius laus et benedictio. Ideo autē semp
et vbiqz et ab omnibz dñs est laudand⁹ qz.

**Excelsus super omnes gentes dominus
et super celos gloria eius.**

Excelsus) est dñs scz celsitudine nature et po-
tentie (sup omnes gentes). i. homines qz om̄s
sibi sunt subiecti (et sup celos). i. angelos ciues
celestes est (gloria) et sublimitas (ei⁹) qz excedit
omne altitudinē angeloz vel p̄ gentes omnia
terrena p̄ celos oia celestia notat vt p̄ hec duo
om̄s creaturas scz celestes et terrestres indicet si-
bi subiectas. Et qz talis est et tantus ideo meri-
to est laudandus. deinde sicut docuit ita et facit
q. d. vere dñs est excelsus sup omnes.

**Quis sicut dominus deus noster qui in
altis habitat: et humilia respicit in celo
et in terra.**

Quis enim alius scz in hominibz vel cele-
stibus est sicut dñs deus noster. q. d. nullus q̄
p̄ se possit vt ip̄e. ipse est (qui in altis habitat). i.
in sanctis quo dono eius alti sunt qui in terris
positi in celis tñ cōuertant (et humilia) scz cos-
dem in quibus habitat (respicit) intuitu miseri-
cordie (in celo et in terra) existens. Sancti eni
qui hic in terra sunt humiles apud deū sunt al-
ti et hi sunt in celo p̄ libertatē spiritus et qñ ele-
uantur in p̄templatiua et in terra p̄ habitatiōnē
carnis et quando humilian⁹ in actiua. respicit
inquam humiles.

**Suscitans a terra inopem: et de sterco-
re erigens pauperem.**

Suscitans) p̄ solam grām (a terra). i. a labe-
corporis (in opem) pus et ad hoc q̄dū gemit
in corpore. Vel (a terra). i. ab amore terrenoz (in
opem). i. nihil hūtem et omnia possidentē (et de
stercore). i. viciouz putredine et sorditate vt ca-
tanqz stercoza reputet (erigens pauprē) spiritu
et abiectū vt ei sicut prius carnis vicia nō do-
minent: de terra enim et puluere erexit nos qui
bus dicit. Quid sup̄bis terra et cinis. Susci-
tat inqz et erigit ad hoc.

**Ut collocet eum cum principibz: cū p̄n-
cipibus populi sui.**

Ut collocet eum) et sedere faciat nō iam in
terra et stercore inter inopes et paupes sed in se-
de honoris et glorie (cum principibz). i. cum an-
gelis et cum principibz ppli sui. i. cum patriar-
chis p̄phetis et aplis qui spiritualiter p̄fuerunt
p̄lo dei. q. d. ad hoc suscitāt inopē et erigit pau-
perem vt ad tantā potentā et gloriā p̄ducatur qz

addat eū celi ordinibz q̄ sunt et angelis: homi-
nibus: deinde exponit ubi suscitatur erigit in ec-
clesia scz que ante sterilis erat nunc vero est fe-
cunda. Unde sequit̄.

**Qui habitare facit sterilem in domo ma-
trem filioꝝ letantem.**

Qui habitare facit sterilem scz eccliaꝝ de gen-
tibus (in domo). i. in ecclia iudeoꝝ inter ipos
iudeos vt in lapide angulari duo parietes con-
iungant̄ et fiat vñ ouile (m̄ fem). i. facta (filioꝝ)
spiritualiū et ideo (letante) de fecunditate sibi col-
lata quia iam sunt multi filij deserte hec nostra
mater ecclia p̄us scz ante aduentū sponsi steri-
lis erat a filioꝝ spiritualiū et bonoꝝ operū ge-
neratō: nūc vero est mater filioꝝ et operū fecū-
da et leta in vna domo habitans sup fundamē-
tum aploꝝ et p̄phetarū sita iam de filioꝝ mul-
titudine et virtutibz et pulchritudine letat̄.

Oratio.

Laudantes b̄ndictū nomen tuū op̄s deus
rogam⁹ vt nos in sinu m̄ris ecclesie collocatos
charitatis tue facias stabilitate p̄necti. P. d.

**Psalmus de laude p̄ mirabilibz et b̄n-
ficijs p̄lo isrl̄ in exitu de egypto et chri-
stianis in recessu spiritali ab hoc seculo
exhibitis.**

ps. cxiij.

**In exitu israel de
egyptō domus iacob de p̄lo baro.**

Auctor psalmi p̄pha dauid. Titu-
lus qui h̄c inscribit̄ allā inuitat nos ad laudē
dei et alterius p̄sideratōe negocij q̄ in p̄missis
psalmis tribz etiam ad laudē dei p̄tinēt. Si-
cut enī p̄lo hebreus fuit de egypto liberat⁹ sic
et quotidie p̄ christū p̄ctōres a pharaone dia-
bolo liberat̄ p̄pha q̄ p̄ magna miracula illi p̄lo
exhibita christū mūdo datū annūciat. Nam
illa miracula figure mysterioꝝ christi et ecclie
erant. Vñ nō tam p̄terita hic narrant q̄ futu-
ra p̄dicunt qz in illis gestis futura signabunt̄.
Materia: beneficia et miracula hebreis in si-
gura et christiāis in spiritu a deo exhibita. In-
tentio: inuitare ad dei veri cultū et laudē ob isto-
rum beneficioꝝ exhibitionē. S̄nia in genera-
li p̄pha in isto psalmo cōmemorans b̄nficia a
deo exhibita p̄lo hebreo in exitu de egypto q̄
spūaliter sumpta fuerit p̄lo christiano in exi-
tu a p̄ctō dicit et his gloriāz nomī diuino nō
alteri tribuendā et insup simulacra gentiū ina-
nia p̄bat et religionē dei cōmendat. Sentētia
in speciali. Incipiens q̄ p̄pha a mirabiliū nar-

ratione ait (In exitu) p̄lo isrl̄ de egypto et idē
sub alijs verbis repetens subiūgit (domus ia-
cob) qz totus isrl̄ descendit de iacob q̄ alio noīe
dictus est isrl̄ (de p̄lo barbaro). i. gentili et ex-
traneo qz om̄s p̄lo dicunt̄ barbari excepti he-
breis grecis et latinis. nō est enī vt dicit Aug⁹
lingua n̄ra sed barbara q̄ deū laudare nō no-
uit. q. d. cum p̄lo isrl̄ de egypto. i. de p̄lo bar-
baro exiret.

**Facta est iudea sanctificatio eius: israel
potestas eius.**

Facta est iudea sanctificatio eius. i. sanctifi-
catus est p̄lo ille in iudea. i. in terra p̄missiois
colendoy cruci deū q̄ terra erat ante p̄ idolatriā
polluta (et isrl̄) factus est (p̄tās eius) terre. i. po-
tens factus est in ea q̄ enī in egypto fuerant ser-
ui ubi facti sunt dñi.

**Mare vidit et fugit: iordanis cōuersus
est retrosum.**

Mare rubrū (vidit) p̄lo de egypto exire
tem. i. ad modū videntis et intelligentis volun-
tatē dñi se habuit (et fugit) se diuidendo et dan-
do p̄lo iter vt sicco pede transiret et (iordanis
cōuersus est retrosum) reuertēdo ad locū ori-
ginis et eleuando se ad modū collis.

**Montes exultauerunt vt arietes: et col-
les sicut agni ouium.**

Montes exultauerunt vt arietes et colles si-
cut agni ouium. Hec phorice loquit̄ qz causā
exultatōis dederūt ip̄s filijs isrl̄ inclinantes
se in aduentu eoz q̄ si applaudendo. Nam ma-
gister in historijs innuit hoc dictū de scopulis
torrensium arnon qui in transitu filioꝝ isrl̄ in-
clinati legunt̄. Hec aut̄ predictē figure sunt: p̄
isrl̄ ergo et iacob intelligit̄ christian⁹ p̄lo q̄ pri-
us est iacob. i. luctator post isrl̄. i. videns deū: p̄
egyptū vñ que interpretat̄ tenebre seu afflictio
intelligit̄ seculū a quo spiritaliter et mente est re-
cedendū. Sic enī quisq̄ hierl̄m celestis idone-
us cuius sit cum primo huic seculo renūciaue-
rit quē admodū ip̄e p̄lo in terrā p̄missiois du-
ci nō potuit nisi p̄us ab egypto recederet. S̄z
sicut ille nō inde discessit nisi diuino liberatis
auxilio sic nemo corde ab h̄ seculo auertit nisi
diuine misericordie munere adiuuet̄. Sicut q̄
p̄lo ille cum exiret de egypto sanctificat⁹ et po-
tens factus est in iudea ita christianū p̄lo ex-
euntē de p̄ctis et p̄sentē fide trinitatis sanctifi-
cat p̄fessio. Iudea enī p̄fessio interpretat̄ et p̄ eā
fact⁹ isrl̄ sit potēs ad resistendū p̄ctis et vt fili⁹
dei fiat. Et h̄ mare. i. gentilitas vel seculi p̄ctō-
res (vidit) et intellexit scz sc̄os p̄dicatores sup-

plantatores vicioꝝ et aias videntes deū (et fu-
git). i. nō potuerunt resistere apl̄s qz deus erat in
illis et sic cesserunt et siluerunt vt tibi sine cōtradi-
ctione ad libertatē spirituale via panderet (et
iordanis) qui interpretat̄ descensus. i. humiles
baptizati (puerius est retrosum). i. ad cum vñ
om̄i sunt redierunt. Et tunc (montes) scz apl̄ ce-
teris p̄minētēs (et culta uerē) et gaudij sūt qz pec-
catores p̄uersos viderūt vt arietes. i. vt totus
gregis dñi duces et p̄ncipes duobz testamētis
q̄li duobz cornibz muniti (et colles) dicti a co-
lendo. i. minores qui semen fidei receperunt ex-
ultauerunt (sicut agni ouium) h̄uiles et innocen-
tes lacte ad huc indigentes ab arietibz p̄ euan-
gelium in fide generati Sed.

**Quid est tibi mare q̄ fugisti: et tu iorda-
nis qz cōuersus es retrosum.**

Quid est tibi mare q̄ fugisti et tu (iorda-
nis) quid est tibi (quia cōuersus es retrosum)
Et o vos.

**Montes exultastis sicut arietes: et col-
les sicut agni ouium.**

Montes q̄d fuit vobis qz (exultastis) sicut
arietes et o vos (colles) quid fuit vobis qz exul-
tastis (sicut agni ouium). q. d. Venerunt ista mi-
rabilia in mari rubro in iordane in montibz et
collibz. Interrogat quare hec facta sint vt ad-
mirationez excitet. Et quasi r̄ndens questionī
sede de montibz et collibz subiungit.

**A facie domini mota est terra: a facie dei
iacob.**

A facie. i. a p̄ntia (dñi) descendētis (mota
est terra) et ex terre motu ad p̄ntiam dei factio h̄
puenit scz (a facie) et p̄ntia (dei iacob) qui nō est
deus recens. Et hoc etiam patet solutio prime
questionis de mari et iordane qz factū est ad p̄-
sentia dei qui hoc voluit fieri. q. d. a diuina vo-
luntate p̄cesserunt omnia cui etiā obediunt in
sensibilia.

**Qui cōuertit petram in stagna aquarū:
et rupem in fontes aquarum.**

Qui etiā (cōuertit petra in stagna aquarū)
scz faciendoy vt de petra fluere aque abundā-
ter. Nam moyses eleuāt manū et p̄cutit e virga
bis sicut egressē sunt aque largissime et rupem
in fontes aquarū repetitio est euidentis sub alijs
verbis. Hec etiam spiritaliter intelligunt̄ ac-
si dicret. Quid est tibi o seculū quia tua impe-
dimenta cesserunt et quid est vobis o tot milia
credentiū toto corde huic mundo renūcian-
tium qz ad restrū deū cōuertimini. Item quid
est qz gaudetis o duces et fideles dispensatores

verbi veritatis et quod est qz gaudetis o subdi-
ti et minores qui spalia non relinquitis sed be-
ne disponitis. Qui respondebūt. Ideo gaude-
mus quia (a facie dñi). i. a cognitione et presen-
tia dñi qz deus in suis p̄dicatoꝝ erat qui dis-
xit ecce ego vobiscū sum vsqz ad consumationē
seculi (mota est terra). i. homines terreni a sua
supstitione ad cultū dñi qui est deus iacob. i. lu-
ctantiū cricia supplantantiū. Ipse est etiā qui
cōuertit petra in stagna aquarū et rupē in fon-
tes aquarū. Ista petra et ista rupis est christus
qui seipm prius durū cuius ignozaret liquefecit
vt de eo manarent aque gratiarū et doctrinarū
de eo enim quatuor flumina hoc est quatuor
euangelia exierunt et totū mundū irrigauerunt
et ipse misit spiritū sanctū de quo dicebat si q̄
sūt veniat et bibat Sed iam gratia cōmenda-
tur cum subinfertur.

**Non nobis dñe non nobis: sed nomini
tuo da gloriā.**

Non nobis iudeis o dñe nō nobis gentibz
(sed nomini tuo da gloriā) de predictis mirabi-
libz et beneficijs. i. fac vt inde nomen tuū glo-
rificet et nō nostris meritis nō n̄ris viribz ascri-
batur. Gratia quidē ista nō quasi ex operibz et
meritis precedentibz data est sed miserante illo
qui iustificat impiū ne vllam suam homines
sed nominis dei quererent gloriā et nec nomen
eius glorificet in omnibz gentibz qz pro bonis
gratis vobis datus apparet gloriosus: gloria ei
est cum dat immeritis: da inqz gloriā nomi-
ni tuo.

**Super misericordia tua et veritate tua
nequando dicant gentes vbi est deus eo-
rum.**

Sup misericordia tua et veritate tua id est
de mirabilibz et beneficijs que fecisti misericor-
diter p̄ populo tuo vt impleres p̄missoy tuoy
veritatē nequando dicant gentes blasphemā-
do (vbi est deus eorum). Si enim non adim-
plessit p̄missa et nō fecisset ista videret gentibz
qz suauitudo defecisset et suos saluare nō potuis-
set: hoc sepe impij imputant bonis afflictis di-
centes vbi est deus eorum: hoc etiam solent no-
bis dicere gentes que habent deos visibiles qz
inuisibile deū colimus. Sed iam tot mirabi-
libz factis p̄ nobis respondemus cis.

**Deus autem noster in celo: omnia que
cunqz voluit fecit.**

Deus autē n̄r est (in celo) sursum qz omnia
corpora celestia et terrestria trāsgredit̄ et ibi ma-
gis relucet sua potestas et gloria q̄ tam potens

est in celo et in terra quod hic ibi (omnia quecumque voluit) vel in corporalibus vel in spiritualibus (scilicet per quod omnipotens apparet et ita ex factura poterunt comprobare factorum et operibus sentire dei presentiam. Desistant ergo homines contra eum loqui cogitare vel operari puerse quod suum facere et iudicare consistit in sola voluntate. Postquam qui dem deus talis est tam potens apparet ex operibus quod ipsi non possunt dicere de diis suis quod.

Simulacra gentium argentum et aurum opera manuum hominum.

Simulacra gentium. id est idola et imagines que tanquam deos colunt et dicuntur simulacra quod ad similitudinem alicuius hominis mortui fictum sunt (argentum et aurum) quo ad materiam de qua sunt quam fecit deus hoc est sunt creatura non creator: habent quidem gentes et lingua et crea et marmor et terra sed preciosiora ponit quorum materia charior habet et quibus maior reuerentia exhibetur qui erubescit in his facilius erubescat in ceteris et sunt opera manuum hominum quo ad formam stulticia hominum superaddita hoc est sunt factura non factor. Sunt ergo manu hominum formata sed non habent membrorum officia. Unde subdit.

Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.

Os habent scilicet secundum hominis similitudinem (et non loquentur) id est non habent loquendi potentiam: homo ergo illis melior est qui loquitur. hoc enim proprium est homini scilicet loqui cetera vero que sequuntur communia sunt homini cum beluis ut non solum homines sed etiam beluas scias simulacris esse anteposendas. Sequitur (oculos habent) scilicet in apparentia et non in veritate (et non videbunt) id est carent debita oculorum operatione.

Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.

Aures habent secundum apparentiam non secundum veritatem (et non audient) nec possunt in operatione auribus deputata (nares habent) in apparentia et non in veritate (et non odorabunt) nec gaudent narium operatione.

Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Manus habent secundum apparentiam non secundum veritatem (et non palpabunt) nec possunt in debita manu operatione hoc etiam symie present que manibus correctant et meliores illis sunt (pedes habent) similitudinarie et non vere (et non ambulabunt) exercendo pedum officium et similiter licet videantur habere guttur (non) tamen clamabunt in gut-

ture suo) nec habent eius usum. Unde melior est illis bestia que si non loquitur clamorem tamen habet in faucibus. Meliora ergo sunt animalia bruta que et vitam et sensum habent et si pudet adorare bruta animalia multo magis simulacra que et vitam et sensum carent. Et quod talia sunt simulacra. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.

Similes illis scilicet simulacris (fiant) carentes do vita spirituali sicut illa sensibili. In animo similes efficiunt dum non emendantur quod mente in sensibiles facti nec vident nec intelligunt nec discernunt. Non operantur hoc sed predicant. Uel (similes illis fiant) id est similes se eis esse intelligant ut dissimiles fieri laborent (qui faciunt ea) per sculpituram vel fusturam et omnes qui present in eis) et ea adorant non solum qui faciunt. Nihil eis precius esse potest quam diis suis filios scilicet muti: ceci: surdi: et oio insensibiles intus fiant. Moraliter vniuersaliter cuiusque hominis simulacrum et deus est quod veneratur et colitur sicut anari de pecunia: castrimargi de veritate et sic de similibus (Os habent et non loquentur) veritate et iusticia defendendo vel que ad eos pertinent ore non exercendo (oculos) scilicet corporis habent) ad percipiscendum temporalia (et non videbunt) oculis mentis ad contemplandum eterna (nares habent) corporis (et non audient) precepta dei auribus audiendi et cordis (non habent) corporis (et non odorabunt) intus christi bonum odorem de quo dicit apostolus bonus odor sumus deo. (Manus habent et non palpabunt) bene operando (pedes habent et non ambulabunt) in via domini et de virtute in virtutem (non clamabunt in gutture suo) Illi clamant in gutture quorum vox preceat ex corde garrulivero et blandiloqui in labiorum similitudine. Boni vero claustrales sensus suos cohibentes (os habent et non loquentur) inutilia vel nocua (oculos habent et non videbunt) vana ad percipiscendum vel delectandum (nares habent et non audient) detractores et qui edificat (nares habent et non odorabunt) illicita (Manus habent et non palpabunt) tangendo illicita vel operando mala aut inutilia (pedes habent et non ambulabunt) alicubi sine licentia vel ad mala (non clamabunt in gutture suo) silentium frangendo vel in corde murmurando. Ita gentes confidunt in simulacris qui iuuare non possunt. Sed.

Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

Domus israel. id est subdit in ecclesia (sperauit) quod non videtur (in domino) mundo abiecto et ideo ut periret versus in finem patientia eorum (adiutor eorum) in bonis agendis (et protector eorum) est contra mala iminentia. bene autem non solum adiutor sed et

protector domus dicitur nisi enim ipse adiuuerit nihil possumus facere et nisi protegendo custodierit ea etiam in quibus adiuuamur non possunt perdesse. Ne autem videatur maioribus iam esse res que minoribus ad huc est spes addit.

Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

Domus etiam (aaron) id est etiam ordo pontificum et sacerdotum qui ceteris sunt prelati (sperauit in domino) non in mundo et ideo dominus (adiutor eorum) ut et ipsi perseveranter extendant in ea que ante sunt et currant donec apprehendant (et protector eorum est) ne eis nocent. Ideo minorum et maiorum est dominus adiutor et protector quod vtrique timent dominum et vniuersaliter omnes in ecclesia.

Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

Qui timent dominum in omni gente (sperauerunt in domino) non in alio. Omnis multitudo fidelium et vniuersalis ecclesia in his verbis comprehenditur et dominus (adiutor et protector eorum est) modo predicto. Spes et timor beatorum faciunt et sunt due mole inter quas debet moliri omnis christianus. Ut si at panis coram deo reponendus. Si speras et non times presumis si times et non speras desperas. Spes ad alta proficientes et de virtutibus cogitantes peruenit timor vero ad inchoantes et peracta sua per penitentiam corrigendo ad misericordiam recurrentes. Et hos enim et illos pius et misericors dominus adiuuat et protegit. Et quod nullis nostris meritis preuenimus misericordiam dei sequitur.

Domus memor fuit nostri: et benedixit nobis.

Domus quasi oblitus videbatur (memor fuit nostri) ostendendo beniuolentiam suam ergo nos secundum modum loquendi hominum quoniam quis facit nunc bonum quod prius non faciebat (et benedixit nobis) omni benedictione spirituali bona spiritualia danda et multiplicando. Et exponens quibus benedixit declarat primo in minoribus de.

Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.

Benedixit domui israel id est subdit in ecclesia deo in maioribus scilicet prelatibus (benedixit domui aaron) id est pontificibus sacerdotibus suis. Tercio generaliter in omnibus deus colentibus hoc est in vniuersali ecclesia dicens.

Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.

Benedixit omnibus qui timent dominum timore casto et hoc sine personarum acceptatione. Ubi subdit pusillis cum maioribus id est indifferenter omnibus imperfectis et perfectis. Nullum genus et nullus gra-

das excludit hominem dum timent dominum. Sed quod benedictio domini semper crescit in eis qui in eius seruitute proficiunt bene psalmista imprecando illis bonorum augmentum subiungit dicens. Adhuciat dominus super vos super vos et super filios vestros.

Adhuciat id est apponat et addat dominus scilicet benedictionem et bona (super vos) presens et magistri (super vos) inquam (et super filios vestros) id est discipulos et imitatores. Et ita factum est. Accessit enim fides omnium gentium et creuit numerus non solum sapientium anastitum et magistrorum sed etiam obedientium preceptorum et discipulorum adiuuante domino non solum super patres sed etiam super filios eorum: pinde vtrisque pusillis et magnis dicit propheta quod sequitur. Benedixit vos a domino qui fecit celum et terram.

Benedixit estis (vos) vtrisque scilicet presens et filium (domino) id est honori domini et seruianis. Uel (a domino) per assecutionem gratie in presentia et glorie in futuro (quod fecit celum) scilicet apostolos et maiores de quibus dicitur celi enarrant gloriam dei (et terram) scilicet plebem et minores qui respectu maiorum sunt sicut terra ad celum. hoc autem.

Celum celi domino terram autem dedit filiis hominum.

Celum dedit (celi domino) quoniam apostolos et maiores subdidit filio suo quod celi et terre dominus est quod illi magnum soli dans dociles sunt et per ipsum vbertate sapientie capiunt (terram autem) scilicet subditos et minores (dedit filiis hominum) id est apostolis et maioribus vtroumque predicatois et doctrine excolant ad fructificationem et quod alia est multitudo reproba que ad istos non peruenit que a domino non benedicitur sed maledicatur subiungit de ea et conuersa sermone ad dominum dicit.

Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.

Non mortui in peccatis ac tibi et a te qui es vera vita prauitatis suis sepeati (laudabunt te domine) quod non est speciosa laus in ore peccatoris neque omnes id est aliqui omnium (qui descendunt in infernum) id est in profundum vicioz. laudabunt te quod impius cum venerit in profundum malorum pretemnet. Illi inquam non laudabunt.

Sed nos qui viuimus benedicimus domino ex hoc nunc et versus in seculum.

Sed nos qui viuimus (vita gratie in ea present) do et reuera vitam sequendo id est quos viuificabit diuina gratia in bonis operibus qui fidem et opera habemus (benedicimus domino) id est laudamus dominum. tales enim dominum digne laudare possunt sicut scriptum est rectos decet laudatio (ex hoc) id est ex quo incepimus (et nunc) scilicet modo et per gratiam

diendo (et vltz in seculū) .i. sine fine qz ex h' tem-
pore vsqz in eternū laudandus est dñs.

O ratio.
Esto nobis dñe adiutor et p'tector in te spes
ranabo et memor nos fecisse de terra da vt scm
per viuamus in laude supna. Per. do.

**Psalmus de gratiarū actione p' exau-
ditione orationis liberati a multis peri-
culis et de oratione p' requie inuemen-
da post huiusmodi beneficiū liberatōis.**

ps. cxiij.

**Gleri quoniā ex-
audiet dñs vocem oratōis mee.**

Auctor psalmi ppheta dauid. Ti-
tulus est alkā. i. laudate dñm: hic titū? sepe ite-
ratur qz laudatio dei et dignitas est operū et pre-
cium est labor. i. et meriti est et premiū. Mater-
na gratiarū actio de exauditiōe orōnis p' libe-
ratione a malis et oratio p' reqz post huiusmodi
gratiā liberatōis. Intentio: monere ad dei lau-
dem et in omni afflictōe recurrere ad deū p' ora-
tionē. Sententia in generali ppha in isto psal-
mo in psona cuiuslibet fidel' ad magnā et instā-
tem penitōz suā de pfunda pctō: ū fouca vel de
afflictōe spiritali siue corpali se diuini? libe-
ratum esse recognoscens grās agit et iterū orat
vt liberatus ad requie veniat. Et est iste psalm?
psolatio fidelīū cōtra dolores seculi: in hoc eti-
am psalmo et tribus sequentibz ipm: sunt alie et
alie ratōes laudandi deū. Sententia in specia-
li ppheta ergo in psona liberati grās agēs deo
ait: **Dilexi scz dñm nō ppter spalia bona mihi
data vt infideles sed (qm exaudiuī) ipse (dñs)
sicut certitudinaliter spero (vocē oratōis mee)
in angustijs. Quia dilectionē spes boni futuri
solet accendere inde dilexisse se dicit qm spera-
uit exaudiri deū vocē oratōis sue. Tria no-
bis cōmendant in h' versu scz fides spes et cha-
ritas: fides enim orat: spes futura p'solat: cha-
ritas corroborat fidem et spem sed fides et spes
nutriunt charitatē: maxime enī deū diligimus
ppter inuisibilia et eterna que speram? et credi-
mus. Inde aut spero qm exaudiet.**
**Quia inclinauit aurē suā mihi: et in die
bus meis inuocabo.**

Quia iam (inclinauit aurē suā mihi) dicit
per similitudinē auris dei misericordia ipsius
quam videt inclinare cū nos clementer digna-
tur audire: aurē singulariter suā: inclinauit qm
filiū suū nobis misit et p nobis in mortē dedit.
Inclinatio ergo sue auris pbatio est future ex-
auditiōis et idcirco in hoc ego et plus miseri-

cordiam (inuocabo) cum et eius auxiliū (in die
bus meis) .i. in diebus meo miserie quos mihi se-
ci peccando qui sunt pleni laboris et doloris.
Vel (in diebus meis) presentibz .i. in diebus sa-
luis mee tpe scz acceptabili. Modo enim et in
hac vita tñ sunt dies nostri ad inuocandū Et
necessitate aut magna cōpellor inuocare qz.

**Circūdederūt me dolores mortis: et pe-
ricula inferni inuenerunt me.**

Circūdederunt me dolores mortis .i. vehe-
mentissime tentatōes peccati que pariunt do-
lorem mortis vt ipa etiā pctā que sūt causa do-
loris et mortis eterne qz mors erit in inferno. vñ
sequit (et picula inferni) .i. debita et reatus pe-
narum inferni (inuenerūt me) aberrantē absqz
te et expositū malis ita vt in inferno puniar ni-
si adiuuer in tentatōnibz istis et liberer a pecca-
tis. Ego vero ea nō inueniebā qz p'speris secu-
li gaudebā in quibz plus fallunt inferni peri-
cula et suffusus carnali voluptate nō animad-
uertī mala me circūdantia. Illa ergo mala pri-
us inuenerunt me nescientē sed post etiam ego
tandem.

**Tribulationē et dolorē inueni: et nomē
dñi inuocaui.**

Tribulationē .i. afflictionē et timorē (et) per-
sequēs (dolorē) interiorē de piculis (inueni)
qz p illā afflictionē ex timore inueni et cognoui
meā miserā interiorē quam nesciens habebas
scz dolores mortis et picula inferni: pus enim
vana me seducebant et vtilitas tribulatōis me-
latabat quam tribulationē deus infert hōi ad
vtilitatem qz p flagella exteriora cognoscit ho-
mo suam miserā interiorē et ideo cognita mea
miseria (nomen dñi inuocaui) in his tribula-
tionibus et piculis satagendo vt p eum libera-
rer ab ipis. Inuocaui inqz. d.

**Dñe libera animā meā: misericors do-
minus et iustus: et deus noster miseret.**

Dñe qui potes omnia (libera animā meā)
ab his miserijs ne tantis pplexitatibz inuolu-
ta pereat in eis et nullus dubitet liberari si de-
uote clamauerit qz (misericors) est (dñs) parē-
do delictis et tñ iustus qz flagellat p eis ne mi-
sericordia remissio credat inutilis (et deus nos-
ter) iust. (miseret) qz recipit ad beatitudinē que
flagellat nec tam amaruz debet esse qz flagellat
qz dulce qz recipit. Erige aures pctōz miseri-
cors est dñs sed noli esse negligens sequit enī
(et iustus et deus) inquit (noster miseretur) nō
dicit de preterito sed presenti vt semper cum mi-
sericordem ostendat. Semel etiam iustum po-
suit et bis misericordem quia nō tanta habeo

bona quanta mala. Incipiunt grauare pecca-
ta mea et vincit in sua mia. **Miseret inqz qz.
Custodiens paruulos dñs: humiliatus
sum et liberauit me.**

Custodiens est vt pastor (paruulos) .i. humi-
les (dñs) vt grandes faciat heredes si quis se
hūiliat huius miseret dñs et eū custodit et quan-
to minor quis est apud homines tāto maior est
apud deū. Et expro credite qz ego (humiliatus
sum) veraciter corā ipō (et) ideo (liberauit me)
ab angustijs meis sua grā et virtute. Deinde hor-
tatur animā suā vt conuertat ad deū. Unde re-
quies est. q. d. Et qz dñs est misericors et custo-
diens paruulos ergo.

**Conuertere animā meā in requie tuam
quia dñs bene fecit tibi.**

Conuertere) o (anima mea) affectōe et desi-
derio (in requie tuā) .i. ad deū in q solo est tibi
mentis reqz non tñ desidia vt opari cesses. Et
merito cōuertere (qz dñs bene fecit tibi) et mul-
tis piculis te liberando et custodiendo ac varia
dona tibi dando. Talis actio debet esse anime
que tendat ad quietaz securitatē nō que auget
inquietū laborē. **Requies nra christus est de-
noster. Si qñ fuerim? in angustia et cepit nos
cogitare captiuare in pctm dicamus cōuerte
re anima mea in requie tuā. Ita bene fecit.**

**Quia eripuit animā meā de morte:
oculos meos a lachrymis: pedes meos
a lapsu.**

Quia eripuit animā meā de morte (infideli-
tatis: peccati: et eterna (oculos meos a lachry-
mis) p lapsu et peccatis (pedes meos) et affect?
(a lapsu) et piculo peccandi de morte infideli-
tatis: potest intelligere homo fidelis iam ereptaz
esse animā suā eo ipō quo ex infideli fidelis ef-
fectus est. Eripuit etiaz in pñti a morte peccati
sed in futuro eripiet a morte eterna. **Letera pō
duo spe cōpleta sunt in eis que nōdum ex hac
vita emigrauerūt sed nō in re. Nunc enī cum
lapsus nros piculosos cogitamus nō cessant
oculi a lachrymis: tunc aut eripiet oculos no-
stros a lachrymis qñ et pedes a lapsu. Tñ sub-
iungens nō ait placeo sed.**

Placebo dño in regione viuoz.

Placebo dño pfecte in futuro qñ null? erit
lapsus nullū infirme carnis lubricū et hoc (in
regione viuoz) .i. eternaliter viuentiū scz in ce-
lesti regno et gloria bñoz vbi nemo morit. Ibi
enī anima semp viuūt ibi cū corpe de immor-
talitate letat vbi satis ostendit ab ea gre nōdūz
se placere deo que est in regione morientū .i. in
carne mortali qñ in pñti seculo pfectus iustus

nemo esse potest nec enim mūdus a pctō nec si
vnius diei fuerit vita eius. **O ratio.**

Abluto: peccaminū dñe qui animā te fide-
liter inuocantē velociter psolaris rogamus vt
nos a piculis inferni erutos in regione viuoz
ablata peccati morte restituas. Per dñm.

**Psalmus de constantia fidelīū et san-
ctorum martyrū in fide et cōfessione p-
pter christū alios ad hoc ipm suis ver-
bis et exemplis puocantium.**

ps. cxx.

Redidi propter

quod locutus sum: ego aut humili-
atus sum nimis.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus est al-
leluia: voce laudis pgrue pñtulat iste psalmus
qz in h' psalmo pba sunt martyz qui p fessione
vigerunt et premia dei psecuti sunt. **Materia:
pstantia fidelīū ac pctōz martyrū in fide et p fessione.
Intentio: monere ad dei laudē: p donis
istis fidelibz collocatis. Sententia in generali
ppheta in isto psalmo loquit in psona martyrū
inuictorū quāta p fide pulest alijs referentiū vt
sui ex p'plo pstanter in passionibz se habeat et cō-
memorat dei bñficia scz fide et p fessione qz cre-
diderunt in fidē christi nō obstantibz multis et
magnis tribulationibz publice cōfessi sunt ac
gloriosam mortē p christi noiez catholica fide
pstanter susceperunt. Sñia in speciali ppha qz
in psona martyz cōmemorans dei bñficia ait
(Redidi) se vere et pfecte ppter qd locut? suz)
.i. cōfessus siue pstanter ea que credidi nō nega-
ui cibaria pseruis: non tacui corā spiculate. **Credenti
necesse est loqui nō enī pfecte credit
qui qd credit vel pignitia vel timore non loquit
debet enī loquendo alios lucrari vt mereat au-
dire intra in gaudiū dñi tui. Si martyres qui
dam moriendo tñ: quidā etiam loquendo sub
discrimine gladij p fessi sunt quātomagis nos
p fiteri debem? in securitate (ego aut humiliat?
sum nimis) ab eis qui veritātē p tradicūt. i. pas-
sus sum multa ppter verbū dei qd fideliter tene-
bam. Et ne vera confessio viribz hominis des-
tur subiungit.****

**Ego dixi in excessu meo: omnis homo
mendax.**

Ego aut nō attribuens mihi cōfessionē (di-
xi in excessu meo) .i. in extasi scz mēte rapta ad
supna et ad pure pñtatis cognitōz vel in pauore
passionū seu infirmitatis mee dixi inqz hoc scz
(ois homo) de se psumens (mendax) ait et se et
fragilitate sue nature et nō audeat p fiteri deum

sicut petrus qz cōfidit de se negauit. Sed gra-
tia dei verax efficit vt p̄suis nō cedens qd cre-
dit libere et publice p̄fiteat. Natura enī huma-
na horret penas et ideo tuū p̄fiteri deū sed gra-
tia excludit timorē vt audacter loquat veritatē
qd videns iste gratia dei factū in se subdit.
**Quid retribuā domino: p̄ omnibz que
retribuit mihi.**

Quid ergo (retribuā dño) scz cōdignū (p̄d
omnibz) scz bonis suis (q̄ retribuit mihi) p̄ ma-
lis meis. Retribuit enī dñs hoibz bona p̄ ma-
lis: passus p̄ p̄cedētibz eoz peccatis: cui hoies
retribuūt mala p̄ bonis p̄ ingratitudinē et of-
fensam frequentē. q. d. Quid habeo dignū qd
illi p̄ suis bñficijs retribuā: nihil condignum
reddere possum. quod cūqz illi dederō ipius est
et magis illi reddo q̄ dono. vnde nō inueniēs
iste quid retribuere nisi ex his que ipse dñs pri-
or retribuit subiungit.

**Calicem salutaris accipiā: et nomen do-
mini inuocabo.**

Calicē. i. passionē que dicit calix. qz sub mē-
sura bibi: fidelis enī deus nō p̄mittit nos ten-
tari supra id qd possumus (salutaris). i. salutis
qz in eternā salutē p̄pinat. Vel (salutaris). i. ie-
su qui prior passus est docens nos suas pas-
siones tanqz exemplar imitari (accipiā) amore
et desiderio ad mortē me p̄parando. q. d. pocu-
lum passionis bibā p̄ illo qz prior bibit p̄ me
et ista sola digna est cōpensatio passionis eius.
Et hoc ipm̄ martyriū non est mee virtutis sed
gratię dei qz nō sum verax nisi eius dono p̄pter
rea nō possum cum bibere nisi deū innocauerō
et ideo nō in me sed in dño p̄fusus (nomen dñi
inuocabo) in auxiliū. Et tandem.

**Vota mea dño reddā coraz omni p̄lo
eius preciosa in cōspectu domini mors
sanctorum eius.**

Vota mea. i. desideria mea moriēdi p̄ chri-
sto (dño reddā) ip̄o actu et hoc (corā omni p̄lo
eius) nō erubescens mori p̄ ip̄o vt exinde laus
dei crescatur alij exemplū capiant. Reuera q̄scz
seipm̄ vouere debet seipm̄ reddere imago sua
reddat cesari: imago sua reddat deo. Nec mir-
qz ita facio qz (preciosa). i. chara grata et acce-
pta est (in cōspectu dñi) cuiusqz videat vilis et
abiecta (mors sanctorum eius) qz p̄ ipsa morte tē-
porali reddidit eternā. Vel (preciosa). i. p̄cio
mors eius empta emit enī eam sanguine suo
quem p̄ eis prior fudit ne p̄ eo mori dubitaret
Confiteat itaqz p̄dionē suā mancipiū tanto
p̄cio comparatū et dicat.
Q dñe qz ego seruus tuus: ego seruus

tuus et filius ancille tue.

Q dñe qz p̄cio nos compasti p̄fiteor: p̄di-
tionem meā (qz ego) sum (seruus tuus) qz redē-
p̄tus: emptus p̄cio magno scz sanguine pre-
cioso (ego seruus tuus) obediens in omnibz: re-
p̄tio sermonis iudiciū videt esse affectōis si-
ue deuotiōis (et filius ancille tue). i. eccie que est
ancilla in p̄nti dñi seruit et militat: libera in pa-
tria dum triūphat et regat: vel eadē ancilla hic
et libera: ancilla quantum ad carnē: libera quan-
tum ad sp̄itū qz in libertate sp̄itus seruim̄.
Et merito p̄ te debeo mori et libenter immoloz
tibi qd totū p̄ te est qz nō mecirca nō mea me-
rita sed tu.

**Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo
hostiā laudis: et nomē dñi inuocabo**

Dirupisti vincula mea. i. vincula p̄ctōrum
meoz vincula malaz p̄suetudinū: impedimē-
ta huius seculi vt a fuga rediēs religaret tibi: vt
(dirupisti) virtute martyrii (vincula) peccatoz
omniū p̄nalitatū omniū satisfactoriū: qz mar-
tyriū omnia p̄ctā absumit omnia sanguine ab-
luuntur. Iste versus vt ait Cassiodorus tante
virtutis a quibusdā credit vt p̄ctā homi dimit-
tantur si in fine vite trina p̄fessioe dicat. Et qz
dirupisti ideo (tibi sacrificabo) vt grat (hostiā
laudis). i. sacrificiū laudis tibi debeo. s. me ip̄m
ad te iugiter laudandū vel ip̄am laudē tanquā
hostiā (et nomen dñi inuocabo) nō fretus meis
virtibz. dicit hic Hiero. qz sicut martyres lau-
dant dñm pure in regione viuoz ita et mona-
chi qui die ac nocte p̄sallunt dño debent can-
dem puritatē habere martyriū. Si quidē et ip̄i
martyres sunt. Qd enim faciūt angeli in celis
hoc monachi faciūt in terris. Sacrificabo in
quam hostiā sic qz.

**Vota mea dño reddā in conspectu ois
populi eius: in atrijs domus dñi in me-
dio tui hierlm.**

Vota mea) scz sacrificiū laudis (dño reddā)
et offerā: hoc et sup̄ius dicit sed nō est frustra qz
idem sp̄itus sanctus replicauit. Cum enī su-
perius dixisset vota mea dño reddā corā omni
p̄lo eius p̄missum est calicē salutaris accipias
vt hoc sit votū deo reddere passionē martyriū
p̄ amore eius suscipere. Hunc vero dicens (vo-
ta mea dño reddā in cōspectu omni p̄li eius)
qz p̄missum est tibi sacrificabo hostiā laudis
huius voti redditionē possum? intelligere sa-
crificij et laudis immolationē. Neqz enim dñi
dño deo votum reddidit cum p̄ eius amore cor-
pus hominis occidit sed hoc est ei magnū vo-
tum reddere cū interior homo sp̄ital' amoris

gladio se immolans seipm̄ nō cessat deo in sa-
crificiū laudis offerre. Adorabo et laudabo in
quit dñm nō in occulto sed (in cōspectu omni
p̄li eius). i. corā omni cetu sc̄toz: et hic et in su-
turo: publice enī laudari debet qz p̄ omnibz pa-
trivoluit h̄ (in atrijs dom' dñi) quantum ad ecclīā
militantē p̄ quam tanquā p̄ atriū intrat ad do-
mum dñi eternā nō manufactā scz ad ecclīam
triumphantē atriū enī est quasi porticus ad in-
grediendū mediū dom' (i medio tui hierlm)
ecclēstis ciuitatis quantum ad ecclīam trium-
phantē vbi pat' est et sancti uisione dei letant.

Oratio.
Talis sit quesumus dñe vita supplicij sicut
est in cōspectu tuo mors p̄ciosa sanctorum vt a vi-
culis p̄cti liberi mercamur future hierlm gau-
dia p̄clibare. Per do.

**Inductio ad laudem dei p̄pter imple-
tionem p̄missi de incarnatione christi p̄
quam facta est reparatio totius generis
humani.**

Audate dominū

om̄s gentes: laudate eū om̄s p̄li.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Titulus est
titulus est alla qd est laudate dñm. Unde et psal-
mus incipit: beatus est ille psalmus et modicus
sed om̄s compendio sue locutiōis superat et est
quasi punctus psalmozū vñ diuerse sp̄es for-
mauit: p̄inet enī om̄ne laudis materiā et sub
cōpendio ea que ceteri psalmi diffusim et est mi-
rauariatio cōtra tediū salutaris dicere mō pau-
sem (odiui omnē viam iniquitatis) necesse est enī
ut oderit omnē iniquitatē amor iusticie et dulce
do sapiētiē. **Plum.**

Discerna pedibus

meis verbum tuum et lumen semi-
nis meis.

In hac littera decimaquarta qui supra sedi-
xit seruasse mādata lumen verbi pedibus suis ra-
diare gaudet et inuiz boni et pfectionē christo
tribuit et ideo premitit littera (Plum) que inter-
pretatur vnicus vel pascua eorum. i. qui est sin-
gularis adiutor et pascua animarū: ipse enim
nos adiuuat pascit et reficit: bona ē hec pascua
qz carnis illic nouū florem resurrectionis libit
eternitatis et rosam dñici corporis et sanguinis.
docet autem hic ppheta humilitatē quam chri-
stus in se docuit et. q. d. q. sic mihi pfecti et alijs
non est a me ecce humilitas. Sed. (Lucerna
pedibus meis) scz pedibus mentis lucens in nocte
huius seculi vbi sunt foue et laquei est (verbum
tuum) scz christus qui est verbum in principio
apud ad patrem. Vel (verbum tuum) scz sacra scri-
ptura quod a pphetis et apostolis seminatur et
idem verbum est lumen seminis meis) scz semi-
nis bonoz operū dirigit enim gressum mentis
mee et premonstrat mihi in operibus semitā vite
vnde prius dixit pedibus deinde seminis ut nos
prius clarificati corde post rectis gressibus am-
bulemus. Et ideo pte hanc luce quasi in lu-
mine ambulans.

**Iuravi: et statui custodire iudicia iusti-
cie tue.**

Iuravi et) pro. i. (statui) firmiter apud me et
quasi p iuramentū sine mutatiōe in corde di-
spositi qz ita debet mens fixa esse in custodiē-
dis iudicijs iusticie dei ut sit omnino p iuratio-
ne quod statuit custodire inter quelibet puen-
la (iudicia iusticie tue) .i. mandata et precepta le-
gis tue iustissime et que scdm iusticiā tuam ser-
uari voluisti ut a nullo inde mouear sed p his
etiam grauiā sustineā. Unde subditur. Et ideo
quia custodiu.

**Humiliatus sum vsquequaqz: dñe viui-
fica me scdm verbum tuum.**

Humiliatus) id est afflictus (sum vsquequa-
qz) id est valde ac vehementi psecutiōe et tribu-
lacione et ideo nō deficiā o (dñe viuifica me) xō
fortando me grā tua et dando paciētiā scdm
verbum tuum) id est scdm pmissum tuum quo
pmisisti p tribulatis adesse ut iudicia iusticie

me valeam custodire aliter et anima nisi viuifi-
ces moriatur in tribulatiōe ac mundi ac diabo-
li et carnis impugnatione. Et.

**Voluntaria oris mei bñplacita fac dñe
et iudicia tua doce me.**

Voluntaria oris mei) interioris et exterioris
id est sacrificia orationis et laudis charitate nō
timore oblata que inter angustias inuitus sed
voluntarie et ex corde p os meū pfero et ad te di-
rigo (beneplacita) tibi (fac) o (dñe) id est placita
sint tibi et accepta (et) hac oblatione placatus
(iudicia tua) id est tua mandata (doce me) am-
plius scz nō solū intelligere sed etiam opere ad-
implere. Et sunt bec verba pscientis et addi si-
bi ad id quod acceperat postulantis. ideo doce
Quia.

**Anima mea in manibus meis semper: et le-
gem tuam non sum oblitus.**

Anima mea) est (in manibus meis semper) id
est quotidie picitor et sum in piculo continuo
ratione vehementis impugnationis et quasi in
manibus meis sanguinē meū et animā meā por-
to quam etiam tanqz viuificandam tibi offero
(et) tamen p hoc (legem tuam) nō sum oblitus
immo iugi meditatiōe illam teneo in mente et
pficio in opere. Ille enim legem dei memoriz-
ter tenet qui hoc qd legit operibus exercet. Quaz
sic oportet custodiri ut eam malozum prauitas
non possit corrumpere. Unde nunc subdit.

**Posuerunt pedes laqueum mihi: et de
mandatis tuis non erravi.**

Posuerunt peccatores) scz homines mali et de-
mones (laqueum) scz tentationis (mihi) id est ad
me capiendū: laqueus sunt diuicie delicie ho-
mōnes et vniuersaliter omnia vicia et pctā (et) gra-
men (de mandatis tuis non erravi) quia p gra-
tiam tuam me conseruantē ab illis non recessi
sed in operatione custodiui et sic laqueos euasi
Mandata ergo dei sunt auxiliū celeste et anti-
dotum contra laqueos et venena seculi et dia-
boli quibus capi nō valet qui a mandatis nō
declinat et ideo.

**Hereditate acquisiui testimonia tua in
eternum: qz exultatio cordis mei sunt.**

Hereditate) id est firma possessione (acquisi-
ui) omnibus alijs derelictis (testimonia tua) id est
precepta tua per testificatiōem tuam in lege cō-
firmata (in eternū) hie et in futurū. quasi dice-
ret immobiliter ea teneo sicut hereditas est im-
mobilis possessio: sunt: hereditas mea in eternū
(quia exultatio cordis mei sunt) dum mihi vi-
tam eternam pmittunt. Quia ecclesia in man-
datis dei delectatur et exultat et si afflictio cor-

poris exultatio tamen cordis sunt. Et ergo le-
tus.

**Inclinaui cor meum ad faciendas iusti-
ficationes tuas in eternum: propter re-
tributionem.**

Inclinaui) per humilitatē (cor meum) id est
voluntatē et affectū non tñ corpus meum (ad
faciendas iustificationes tuas) id est precepta
tua non ad cogitandū vel audiendū vel docen-
dum tñ (in eternū) id est qz diuixerō nō ad tē-
pus sicut multi vel iustificatiōes dicit opera bo-
na que sunt respectu mercedis eterne que et si
eterna nō sunt dilectio tamen qua facim? eter-
na est (ppter retributionē) vite eterne illā me-
rear accipere quam desidero et summo affectu de-
siderare debeo. **Samech.**

Iniquos odio ha-

bui et legem tuam dilexi.

Qui supra dixit lumen dei pedi-
bus suis radiare in hac decimaquinta littera
agit de odio inimicorum quo legi dei aduersant
et quia diligens cautela est habēda in odio in-
imicorum et dilectione amicorum ideo huic octo-
nario pponitur littera (Samech) que interpre-
tatur audi vel firmamentū quod cōcurrit quia
nemo firmatur qui non audit intus spirituali-
ter auribus cordis quid sequi debeat Et qua-
si dicat inclinaui cor meum ad faciendas iusti-
ficationes tuas. (Iniquos) autem et ex leges
(odio habui) inquantū iniquos scz non natu-
ram sed peccatū quia quod sunt per naturā di-
ligo quod autem sunt per culpam odio et expo-
nit quare. dicens (et) id est quia (legem tuam di-
lexi) ut scdm eam viuerē et me regularē p quod
indicat non se in eis odisse naturā qua homi-
nes sunt sed iniquitatem qua legi quam diligit
inimici et contrarij sunt. Qui enim legem dili-
git legis aduersarios quicunqz sint odit qz nec
amici cōtra deum sunt audiendū si mala sua-
dent sunt vitandi. Et qz legem dilexi ideo.

**Adiutor et susceptor meus es tu: et in
bum tuum supersperaui.**

Adiutor) ad bona faciēda (et susceptor me-
us) ad mala euadēda. Vel (adiutor) in psen-
ti et (susceptor) in futuro (es tu) qui in te speran-
tes nunqz derelinquis (et in verbum tuum) id
est in pmissionē tuam de futuris (superspera-
ui) tanquaz filius pmissionis semper addens
spei qz scio qz reddes que pmisisti. Quis enim
speraui in te et confusus est. et quia in deū spe-
rans a perfidōz consortio separare se debet re-
cte subiungit ergo.

Declinate a me maligni: et scrutabor mā data dei mei.

Declinate id est recedite a me maligni qui me a lege dei retrahere nitimini et tunc libere et sine impedimento (scrutabor mā data dei mei) a quibus scrutandis mali nos auocant modo psequendo vel litigando modo nos honorando ut ipsa que legi dei debemus terrenis eorum negotijs iuuādis impendamus. Et nota qd ab illo versu primi octonarij. Tu mādisti vsq; in finem totius psalmi continue psalmista sermonem dirigit ad deum preter qd in versu isto dicitur enim ex deuotione deum alloqueret subripuit ei cogitatio de malignis qui cum a mandatis dei retrahere videbant quos vt deuotionē in sequentibus continet hic alloquēdo quasi multas irruentes ab oculis abigit et fugat. Quibus fugatis ab adiutore suscipi precatur.

Suscipe me scdm eloquiū tuum et vi uam: et non confundas me ab expecta tione mea.

Suscipe me) filium pdigum ad te reuerten tem (scdm eloquiū tuum) id est pmissum quod est de venia ingemiscētis et ad deum se cōuer tentis (et vi uam) in anima et hic vita gratie et in futuro vita glorie euadendo mortem quam mi hi conantur hostes inferre et (non confundas me) id est confundi permittas (ab expecta tione mea) frustrando me a colla tione gratie quam a te spero et expecto. Et quasi responsum sit ei in silentio si non vis cōfundi ab expecta tione tua non intermittas meditari iustifica tiones meas sentiens iste medita tione quādoq; languoribus anime impediri dicit.

Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.

Adiuua me) quia per me et a me nihil pos sum (et saluus ero) ab omni tenta tione tuo ad iutorio munit et accepta salute (meditabor in iustifica tione tuis) id est in tuis mā datis: hoc (semper) id est omni tpe ne adiuuus in aduer sis postea negligens sim in secundis. Vel (me ditabor in iustifica tione tuis) credens te solū iustifica torem et firmiter tenens qd nemo iustus est nisi a te et hoc semper id est quamdiu vi uam nunquā me iustificans sed semper humiliter peccata confitens. Et necesse est mihi qd.

Spreuisti omnes discedētes a iudicijs tuis: qd iniusta cogitatio eorū:

Spreuisti) id est despectisti et a te abieisti sōms discedētes a iudicijs tuis) i pceptis tuis eas non meditanes non amantes nec curan

tes vel eos qui non consentunt peccata. Ideo autem discedunt qd iniusta est (cogitatio eorū) id est re torta a rectitudine iusticie versatur cir ca malum vel iniusta cogitatio est velle peccare et iudici nolle satisfacere sufficientes causam discedendi posuit cogitationē: hac enim acceditur ad deum vel discedit ab eo a qua omnia bona vel mala peccant. Et ideo spreuisti qd.

Preuaricantes reputauit omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.

Preuaricantes) id est legem transgredientes (reputauit omnes peccatores terre) qui a iusticijs tuis discedunt quia vel transgrediunt legem in paradiso datam ad cuius transgressio nem pertinent paruuli ppter originales vincula peccati vel legem scriptā in codice vel natura lem insitam in corde dicentes quod tibi non vis fieri alij ne feceris: quā nullus finitur igno rare dum id quod facit non vult pati et sic omnes peccatores sunt preuaricatores id est a lege dei variantes seu declinantes (ideo) vt non essent preuaricator et peccator: (dilexi testimonia tua) id est precepta voluntati tue testificantia. Et ne mouear ab illis.

Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.

Confige) id est comprime (timore tuo) casto (carnes meas) id est carnalia desideria illa scz reprimendo et mortificando quia inde puenire solet puaricatio (a iudicijs enim tuis timui) quibus grauius punis delinquentes et in hoc seculo et in futuro iam timui timore seruili quā si diceret da mihi timorem casti quo comprimanur carnalia vicia ad quem petendum timor seruilis me pduxit quo tua timui iudicia. Timor enim ille quo nō amatur iusticia sed nō metur pena seruilis est quia carnalis est et ideo carnem non crucifigit non viuit peccando voluntas et sequeretur opus si speraretur impunitas mallet enim licere et dolet non licere quod lex vetat. quia non spiritualiter eius bono deletatur sed carnaliter malū metuit quod minatur. Timore autē casto peccare timet et abans etiam si sequatur impunitas.

Ayn.

Eci iudicium 7 u

sticiam non tradas me calumniā tibus me.

Qui supra dixit odio se habere ini quos in hac decima sexta littera petit aduentum christi quia tempus est superbos destruere et quia tunc vigilandū est contra christiane fidei aduersas

ros ideo huic octonario sponit littera (Ayn) que interpretat oculus et intelligitur spiritalis quo preuidet quid tenendū sit et quid non. Vel (Ayn) interpretatur fons quod conuenit quia videre est fons vel origo iusticie vel peccati. Si enim videns pulchram mulierem laudasti opus dei oculū tuū fuit fons iusticie. Si autem concupisti fons peccati. Si enī videns possessiones pupilloz inuafores eorum reputasti oculus tuus fons fuit iusticie. Si autē inuidisti et inuafisti fons peccati. Iste ergo preuidens iudiciū dei bona fretus conscientia dicit confisus autem carnalibus concupiscentijs que rectum impediunt iudiciū. (Feci iudiciū) intenter diligenter quod bonum est discutendo et in iudicijs discernendo (et iusticia) exterius qd iustum est eequendo et operibus adimplendo et ideo (non tradas me) id est tradi permittas me deserendo scdm animā et si scdm corpus (calumniā tibus me) id est crimina mihi false imponētibz et ppter iusticia me perseque ntbz qd non permittas me incidere in potestate eorū sic vt timendo mala perpeti eis cedam vt mala faciam a quo accepit victoria et concupiscentie ne voluptate pertrahatur ab illo etiam petit robur patientie ne dolore frangatur. Ne in quā tradas me sed potius.

Suscipe seruum tuum in bonis: nō calumnientur me superbi.

Suscipe) id est suscipere vt patronus (seruum tuum) quasi diceret pro sit mihi qd seruus tuus sum non alterius (in bonis) gratie et virtutis. Illi impellunt vt cadam in malum tu ex cipe in bonum (non calumnient me) id est nō me superent capiant calumniando (superbi) scz spiritus maligni et homines iniqui eorū mi nistri a quibus hūilitas christiana despicit. Sz borum omniū calumnie vincuntur cum diligen tissima pietate christus et eius eloquia at tē duntur. Unde iste dicit.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium iusticie tue.

Oculi mei) interiores scz intellectuales et intuitus mentis (defecerunt) a se sitienter et arden ter intiendo (in salutare tuum) id est in christū eius aduentum prestolando. Isti oculi anime tota mentis intēde in christo sunt defixi. In illo enim quem diligimus totis oculis occupa mur nec quicq; aliud videre delectat. Non potest hoc dicere nisi qui a mundanis sollicitudinibus et voluptatibus intēde omne sue mentis auertit (et in eloquium iusticie tue) eloquiū iu

sticie dicit verba euangelica que christus dictus erat vt nos iustificaret. iustificanti enī opere perficientem ac continent iusticiam et veritatem. Unde.

Fac cum seruo tuo scdm misericordias tuas: et iustificationes tuas doce me.

Fac cum seruo tuo) non alterius id est meum (scdm misericordias tuas) et non scdm iusticiam meam vel merita suppledo defectum meum per tuam gratias. Infinita petit qui fm misericordias fieri sibi querit et subiungit quid fieri velit dicens: (et iustificationes tuas) id est mandata tua. Vel (iustificationes tuas) in lege cōtētas quibus tu iustos facis non homo se (doce me) vt possim eas intelligere earumq; virtutē sicut sepius optaui aduertere et eas opere adimplere. Et ideo doce me qd.

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.

Seruus tuus sum ego) et non alterius quia nullum alium deum vel dominū profiteor nisi te. ppter quod teneor mandata tua adimplere quod non possum nisi intelligas et sciam et ideo (da mihi intellectum) instruendo me (vt sciam testimonia tua) id est precepta et mandata tua et sic valeā adimplere ea. Nunq; est intermittenda ista petitio non enim sufficit accepisse intellectum et dei testimonia didicisse nisi semper accipiat et quodāmodo semper bibatur de fonte lucis eterne. Ad testimonia quippe dei quanto fit quis intelligentior tanto magis ac magis firmitur. Et ideo da intellectum qd modo.

Tempus faciendi dñe: dissipauerunt legem tuam.

Tempus) est hoc (faciendi) o (dñe) et adiuuandi nō differendi scz vt des mihi intellectus et instruas me seruum tuum quia iniqui (dissipauerunt legem tuam) preuaricando aliter qd preceptum foret agentes et preuaricatis iniquitate eius integritatē nō custodientes. Cum enim ab iniquis dissipat lex dei tunc adest tempus intellectū dandi docendi loquendi et predicandi hec possumus referre ad mores quorū dianos nunc enim ppter fidei defectū opus esset factū vt viri iusti opponerent se hostibus ecclesie in martyrio. Et.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum et thopazion.

Ideo) scz quia ego seruus tuus sum et tu dominus meus es et quia iniqui dissipauerunt legem tuam. ego cōtra tanto magis dilexi man

data tua) vt ex dilectione implem ea sane et vere
raciter intellecta (super aurum et thopazion) id
est plusquam quicquam preciosas super omnia mun-
dana: ponit enim rem determinatam per indeter-
minata. Cum ipsa mandata super aurum et la-
pidem preciosum amantur omnis per ipsis man-
datis terrena merces vilis reputat nec vlla ex
te comparant quecumque alia bona hominis his
bonis quibus ipse homo fit bonus.
Propterea ad omnia mandata tua diri-
gebar: omnem viam iniquam odio ha-
bui.

Propterea id est propter hoc quod ita dilexi (ad
omnia mandata tua) quibus dilectione cohe-
rebam (dirigebar) in cogitationibus verbis et
operibus illa recta intentione faciendo et in omni-
bus secundum ea me regulando vt ad dexteram vel
ad sinistram non declinarem et ex rectis rectus
fierem. Unde (omnem viam iniquam) scilicet a re-
cta via ad peccata ducentem (odio habui) vt vt
omnia mala cuitarem Qui enim amat rectam
viam necessario odit iniquam quia aliter ad omnia
non potest dirigi mandata. bonum enim se se di-
ligit asperraturque contraria.

Grabilia testimo-

nia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
In hac decima septima littera di-
cit se os aperuisse et spiritum attraxisse vt eius
audiat oratio et plorasse quia non est lex a iu-
deis custodita vnde congrue huic octonario pre-
mittitur littera (Phe) que interpretatur errauit
quia hic condolet his qui errando a via veri-
tatis calumniant quibus proponit quomodo
scrutatur legem et qualem intellectum in ea ha-
beat. Iste ergo dolens de errore populi sed non
desperans dicit (Mirabilia) scilicet sunt (testimo-
nia tua) id est mandata cum testificatione in le-
ge data que etiam sunt testimonia bonitatis dei
(Uel testimonia tua) id est sacra scriptura que
attestatur dei opera et facta. Et sunt mirabilia
quia per ea virtus misericordie iusticie et potentie
dei in parcendo alijs alios puniendo et insoli-
ta faciendo hominibus innotuit (et ideo) diligen-
ti indagine querendo (scrutata est ea anima mea)
vt me ad intelligendum: et credendum illumina-
rent et in operibus dirigerentque.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: et
intellectum dat paruulis.

Declaratio id est manifestatio (sermonum tuo-
rum) id est mandatorum tuorum vel sacre scripture

(illumina) animam dirigendo vt sciat quid agen-
dum sit et quid obmittendum ideo sequitur (et in-
tellectum) scilicet interioris et intelligentiam (dat paru-
ulis) id est vere humilibus soli enim paruuli il-
luminantur. Unde dominus in euangelio. Confi-
tebor tibi pater domine celi et terre quia abscon-
disti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea
paruulis. Noli ergo presumere de te et de tua
que nulla est virtute et intelliges. et cum deside-
rare complere mandata.

Os meum aperui et attraxi spiritum: quia
mandata tua desiderabam.

Os meum aperui petendo querendo pul-
sando confitendo. Uel (os meum) scilicet anime id
est mentis introitum et cordis aueritatem (aperui)
sicut sitiens in estu aperit os suum hoc est in-
tellectum per conatum extendi ad discendum
et capiendum verbum dei et sitiens (attraxi) et hau-
si (spiritum) bonum vnde facerem quod per me
non poteram (quia mandata tua desiderabam) per
omnibus scire et facere. Hodum ipsorum qui
ex vehementia desiderij alicuius suspirant ex-
primunt et cum multis suspirijs desiderium man-
datorum implendorum ostendit et quia desidera-
bam mandata ergo.

Aspice in me et miserere mei secundum iudi-
cium diligentium nomen tuum.

Aspice in me) radios gratie ad me dirigen-
do et vide conatum meum dando gratiam quam
peto. Unde quia aliquando aspicit iratus vt per-
dat addit (et miserere mei) auxiliium misericordie
mibi impendendo et hec (secundum iudicium dili-
gentium nomen tuum) id est secundum iudicium quod
fecisti in eos qui te diligunt quia vt te diligerent
tu prius eos ex misericordia dilexisti vel iudi-
cium dei est vt diligentibus det auxiliium misero-
die ne sui decipi valeant vel deficere. quasi dice-
ret ita fac mihi sicut soles facere eis qui diligunt
te. Et.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum
et non domine mei omnis iniusticia.

Gressus meos id est motus anime et affectus
vel opera mea quibus velut gressibus progredi-
or invita (dirige) non secundum corporeas meas vo-
luntates sed (secundum eloquium tuum) id est secundum
tua precepta et iussa ne seducantur per uicia. vnde
de subdit (et sic) non domine mei) id est non pre-
ualeat mihi dominando licet pulset tentando
(omnis iniusticia). i. quodcumque peccatum. et dicit
omnis quia in alijs legem seruasse non sufficit
si in vno offendit: orat hic vt precepta que deus
imposuit iubendo implere faciat adiuuando et

Redime me a calumnijs hominum: vt
custodiam mandata tua.

Redime mea calumnijs id est falsis cri-
minationibus et criminibus impositionibus (homi-
num) scilicet impugnantibus me et controuersijs vias
meas impediunt hoc est dato spiritu tuo san-
cto in age et fac ne criminationes eorum falsas
pertimescam ne me calumnie eorum terroribus vin-
cant et a tuis mandatis ad sua mala traducant
ita vt data mihi patientia etiam inter ipsas cal-
umnias (custodiam) quietius et deuotius man-
data tua viuendo secundum ea. qui enim opprimit
calumnijs non facile seruat mandata. Et.

Faciem tuam illumina super seruum tu-
um: et doce me iustificationes tuas.

Faciem tuam) vel gratie vel spiritualis in-
scripturis intelligentie (illumina super seruum tuum)
id est presentie gratie tue manifesta sub-
ueniendo et opitulando vel fac me clare cogno-
scere scripture sacre veritatem per quam tan-
quam per faciem et speculum cognosceris (et) sic
illuminando (doce me iustificationes tuas) in le-
ge et scripture contentas vt facias eas scilicet precepta
quibus iustificas. Non enim sufficit scire si non
deatur et facere. Ex operibus enim probatur quan-
tum quis in scripture sacra profecerit ita fac si-
cut deprecatus sum et debesque.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei
quia non custodierunt legem tuam.

Exitus aquarum) id est effusiones lachry-
marum per recordatione peccatorum (deduxerunt
oculi mei) copiose lachrymando (quia non cu-
stodierunt legem tuam) idem ipsi oculi mei per
quos tanquam per fenestras moris intravit. Ut
(quia non custodierunt legem tuam) ipsi calu-
niantes et vtrique de causa plorandi est et per pec-
catis proprijs et per alienis. Ideo autem ita flet nec
tedio vincitur nec labore lassatur quia sic fletus
do impetratur gratia dei delens iniquitatem et
adiuuans voluntatem.

Sade.

Iustus es domine

et rectum iudicium tuum.

Uicta carne clavisque confixa et pec-
catis per lachrymas deletis in hac decima octa-
ua littera iudicia dei laudat et eloquia ignota ve-
neratur petens intellectum vnde uiuat et se conso-
letur. Unde huic octonario premittitur littera
(Sade) que interpretatur consolatio. Ubi pre-
cedit pura confessio ibi sequitur salubris con-
solatio qui ergo supra iniusticiam suam deflen-

do accusabat et tristis de errore calumniantis
lachrymas fundebat hic se consolatur per ius-
ticiam dei quam confitetur et laudat. quasi di-
ceret ideo sic ploro peccata que scio que. (Iustus
es) in tempore o (domine) tu qui punis peccata (et
rectum) est (iudicium tuum) quo alios secundum ius-
ticiam tuam iudicas hec itaque iusticia dei recta
que iudicium omni est metuenda peccanti. hac
enim damnant diuinitus quicquam damnant.
nec omnino est qui de sua damnatione contra deum
iustum conqueri possit. Propterea attende istum
versiculum et desine facere malum quia iustus est dei
iusti iudicij reddidit enim vnicuique iuxta suum
meritum et demeritum. Et vere iustus que.

Mandasti iusticiam testimonia tua: et veri-
tatem tuam nimis.

Mandasti) id est precepisti scilicet tu qui sic ius-
tus es et alios iuste iudicas (iusticia) id est man-
data tua iusta scilicet testimonia tua) que probant te
iustum (et veritatem tuam) que probant verum (nimis)
id est valde custodiri. precepta diuina pro-
pter diuersas significaciones diuersis nominibus
nuncupant. Iusticia dicuntur eo quod iuste viuere
nos docent. Testimonia appellantur quia dei volun-
tati ac bona bonis mala malis attestant. veri-
tas nuncupantur que veritatem continent et vera sunt
que dicuntur et que mandasti ideo.

Tabescere me fecit zelus meus: quia obli-
ti sunt verba tua inimici mei.

Tabescere) i. pene merore deficere (me fecit
zelus meus). i. charitas et seruus amor circa le-
gem quo feruebat vt custodiret legem tua ab alijs
(quia inimici mei) qui me odiant propter legem tuam
quam tenco (obliti sunt). i. sic agunt ac si obliti
essent verba tua et precepta. facientes contra ea ac
si nihil reputarent illa. Iste non ingratus gratie
dei per quam fuerat ex inimico reconciliatus deo
etiam suos inimicos diligebat et eos deo zela-
bat tabescere et dolens per eis. Iohannes autem sic zelo que.
Ignitum eloquium tuum vehementer: et ser-
uus tuus dilexit illud.

Ignitum) est spiritu sancto (vehementer). i. val-
de (eloquium tuum) a te in lege datus. i. verba sacri
eloquij tui que purgat corda vt fornat aurum ac-
cendit et inflamat ad dilectionem illumina ad co-
gnitionem hunc ignem venit dominus mittere
in terram (et ideo seruus tuus) scilicet ego et quicquam
que tibi obediens (dilexit illud) zelando per ipso.
Qui enim eloquia dei diligit id in opere cum
feruore perficit et oblitus ad hoc adducere fla-
grat quod ipse ardenter amat. Et cum hoc ita sit et si.
Adolescentulus sum ego et contempus

Justificationes tuas non sum oblitus.

Adolescentulus et iunior (sum ego) id est re-
putatus insipiens et sine scientia ad modum ado-
lescentis (et contemptus) id est despectus ab in-
imicis tamen (iustificationes tuas) id est man-
data tua (non sum oblitus) ut illi maiores scilicet
inimici mei sed frequenter habeo in corde ad me-
ditandum in ore ad docendum: in manu ad faci-
endum: Ubi nota. Quoniam hec dauid ex perso-
na sua dicit qui adolescens ceteris fratribus
quasi contemptus ad oues pascendas directus
de hinc regno electus est: tamen hec ad popu-
lum christianum referenda sunt qui prius contem-
ptus recolens iustificationes dei et accipiens po-
ris primogenita hoc effectus est. Et merito non
sum oblitus quia.

**Iusticia tua iusticia in eternum: et lex tua
veritas.**

Iusticia tua) o deus qua iuste reddis vnicui-
que iuxta opera sua est (iusticia in eternum) duratu-
ra. quia eterna bona bonis: et eterna supplicia ma-
lis promittit et a nullo unquam calumniari poterit.
Vel iusticia dei est eterna quia quisquis eam sequi-
tur in eternum gaudebit. sed iusticia hominis id
est ab homine instituta est temporalis et quan-
doque patitur calumnia (et lex tua est veritas) in
se et vera per omnia quia nullam continet fal-
situdinem. Vel (Lex tua) noua est (veritas) et res
non umbra et figura ut lex veteris. Et per hac les-
ge tua.

**Tribulatio et angustia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea est.**

Tribulatio) exterior (et angustia) interior que
immituntur iustis tanquam munera ad pondera
peccatorum deponenda et merita augmentanda
inuenerunt me expectantem et paratum id est
venerunt super me et quantumcumque seuiant ta-
men his non obstantibus (mandata tua) non vin-
dicte (meditatio mea est) quod est remedium con-
tra tribulationes. quasi diceret nulla tribulatio
a lege tua diuellere me poterit. Seuiant ergo
inimici et persequantur dum tamen mandata dei
non relinquunt et ex ipsis mandatis etiam qui
seuiunt diligant. Quia.

**Equitas testimonia tua in eternum: intel-
lectum da mihi et viam.**

Equitas) et iusticia in se et etiam equitatis in
dicatiua sunt (testimonia tua) scilicet precepta legis
cum testificatione tua data vel ipsa scripturarum
verba (in eternum) et omni tempore quia nunquam
in aliquo iniqua vel falsa reperiuntur et ideo in
tribulationibus et necessitatibus intellectum da mihi)

ad ea cognoscenda et opere implenda et sci-
am quod nihil est quod persequentes tollunt (et viam)
vita gratie in presenti et glorie in futuro perfe-
cta quidem virtus est intellectus si quis quod
sensu capit factis exequitur.

Loph.

Clamavi in toto corde

de exaudi me domine: iustificationes tuas
requiram.

In hac dectima nona littera promittit se iusti-
ficationes dei exquirere et quia quanto magis vult
bonis insistere tanto magis diabolus conatur
seducere et in malis ne respiret concludere opus
est ad deum clamare ideo post errorem accepta
superius consolatione iste conclusus asperius
clamat hic studiosius. Ubi huic octonario pre-
mittitur littera (Loph) que interpretatur conclu-
sio vel aspice quod idem est in sensu quia con-
clusus debet circumspicere et causam periculi
non dissimulare. Conclusio vero est in angus-
tijs mentis contra quam adhibenda est medi-
cina orationis. Clama ergo ad medicum qui ver-
bo non ferro sanare consuevit. Unde et iste ait.
(Clamavi) ad te preces fundendo (in toto cor-
de) attende quo ad intellectum. deuote quo ad ef-
fectum non aliunde cogitando non aliud que-
rendo. Clamor cordis etiam silente voce a deo
auditur et ille clamor est magna intentio cogi-
tationis. ille enim clamor fit sublimitate cogi-
tationum contentus virtutum et ideo (exaudi
me) o domine ad hoc scilicet (iustificationes tuas re-
quiram) utique faciendas non tamen sciendas quia
non est satis ad deum clamare sed et iusticias ac
mandata eius oportet exquirere et tenere. Et qui
si repetit.

**Clamavi ad te et saluum me fac: ut custo-
diam mandata tua.**

Clamavi ad te) orando deuote. quia enim
vndique sunt hostes vocandus est qui sit auxi-
lio (et) tu (saluum me fac) scilicet in anima a pecca-
to et omni periculo (ut) melius (custodiam man-
data tua) ea opere adimplendo. Ac si diceret da
vires ut possim implere quod iubes ut non ne-
gem per infirmitatem ubi enim est salus et vigor
anime efficit ut facienda fiant et usque ad mortem
si opus est certetur pro veritate ubi non est ista sa-
lus et virtus succumbit infirmitas.

**Preueni in maturitate et clamavi: quia in
verba tua supersperavi.**

Preueni in maturitate) hic subauditur in id
est in immaturitate per immaturitatem intelligi-

tur non tempesta id est importuna actionibus
tempestiuus enim dicit oportunitatem (et clamavi)
orando ad te domine hoc est in tempe nocturno
et immaturo magno orandi affectu quasi quo-
dam clamore mentis preueni horarum humanis
actionibus oportuna quia (in verba tua) quibus
preuenientibus et vigilantibus promittis bona eter-
na (supersperavi) id est valde et super merita spe-
raui semper crescens in spe etiam in aduersis.
Et.

**Preuenierunt oculi mei ad te diluculo:
ut meditarer eloquia tua.**

Preuenierunt) lucem (oculi mei) interiores
(ad te) directi in (diluculo) id est mane et tempe-
stive ante diem a simili strenui operarij qui an-
te lucem surgit ad bene operandum ut meditarer
eloquia tua) suavia id est legem eloquia tua con-
tinentem. Non cum lux soporatus reperit sed
strenue vigilantem et circa diuina eloquia ocu-
lorum spiritualium intentione meditante. pudor
est enim si radius solis in strato ociosum te in-
ueniat. Et quia ita studiosus ad te vigilo ideo.

**Vocem meam audi secundum misericordiam
tuam domine: et secundum iudicium tuum vi-
uifica me.**

Vocem meam) qua clamo ad te (audi) auge-
rendo penam peccati et hoc (secundum misericordiam
tuam) o domine de qua confido non secundum me-
rita mea que non habeo et (secundum iudicium tuum)
quo supplicibus parcis et se damnantes absoluis
(vivifica me) per gratiam tuam ne moriar per
culpam sed viam per gratiam. Congruus or-
do quod premititur misericordia et sequitur iudi-
cium prius enim deus secundum misericordiam au-
fert a peccatoribus penam et postea iustis se-
cundum iudicium dat vitam. Et necesse est ut vi-
uifices quia.

**Appropinquauerunt persequentes me
iniquitati: a lege autem tua longe facti
sunt.**

Appropinquauerunt) id est appropinquando se con-
tulerunt (persequentes me) iniuste verbis et
factis (iniquitati) et sceleri scilicet me persequendo (a
lege autem tua) que precipit diligi proximum et
prohibet persecutionem innocentium et omne pecca-
tum (longe facti sunt) ex hoc ipso. Quo magis
iniquitati appropiant eo magis a iusticia lon-
gantur qui enim appropinquat vni extremo es-
logat se ab opposito hoc ideo dicit ut causa sua
melior quam illorum esse videatur. Illi appropin-
quauerunt sed mihi non nocuerunt quia.

**Prope es tu domine: et omnes vias tue veri-
tas.**

Prope es tu) o domine mihi qui in lege tua
maneo ad me saluandum et eos repellendum et
omnes vias tue sunt (veritas) et iusticia quasi di-
ceret dominus mihi assistas siue dimittas in
tribulatione siue liberes totum iuste facis qui
nullum immeriti damnas sed multos imme-
ritos saluas. Unde etiam in tribulationibus que
eas non immerito patiuntur tribuere veritates
deo sanctorum est visitata confessio. quicquid enim
patiuntur totum merito se pati fatentur. Et.

**In initio cognoui te testimonium tuum: quia
in eternum fundasti ea.**

In initio) id est ab initio vel a principio scilicet quo
primo intelligere cepi ea (cognoui te testimonium
tuum) id est verbis legis quibus testatus es
et promissisti daturum te esse regnum tuum filiis sem-
pernum (quia in eternum fundasti ea) mansura
quia id quod per ea promissisti est eternum. Nam
per se ipsa testimonia non erunt necessaria quan-
do res ipsa videbitur propter quam credenda testi-
monia requirunt. Vel testimonia dicitur prece-
pta que dicuntur in eternum fundata quia pro eis
neglectis vel seruatis pena vel merces reddi-
tur eterna.

Res.

De humilitatem

meam et eripe me: quia legem tuam non
sum oblitus.

Qui supra se dixit se clamasse in hac vicesi-
ma littera petit viuificari quia precepta dei sunt
studio que sunt et quia nemo iustificatur nisi
per humilitatem que est caput omnium virtutum
ideo huic octonario premititur littera (Res) que
interpretatur caput vel primatus. Moraliter ca-
put est humilitas sed inflatus non tenet hoc ca-
put. Mystice caput nostrum christus est sine quo
viuendi usus haberi non potest et ideo seruari
debet primatus etiam est dominus christus qui ab-
latus maiori datus est minori iacob id est po-
pulo christiano dixerat ille prope es tu domi-
ne ergo (Aide) oculo misericordie (humilita-
tem meam) id est placeat tibi humilitas mea que
est in operibus et tentationibus que omni christia-
no necessaria est (et eripe me) a diabolo man-
do et carnis tentamento (quia legem tuam) que
dicit qui se humiliat exaltabitur (non sum ob-
litus) sed memoriter tenui. Vel (vide humilita-
tem) id est afflictionem quam in nomine tuo pa-
tior (et eripe me) ab iniquis (quia legem tuam
non sum oblitus) quia nos non fierendo sed pa-
tendo pugnare iussisti. Vinus dicit scilicet (non
sum oblitus) et plus intelligit scilicet quod valde
memini. Et.

Judica iudicium meum et redime: propter eloquium tuum uiuifica me.

Judica iudicium meum id est discerne causam meam quam habeo contra diabolum et homines iniquos trahentes me frequenter ad malum et redime me id est tanquam precio redemptum libera me a periculis et malis propter eloquium tuum et humilitatis obseruatum. Vel propter eloquium tuum scilicet legis tue que permittit vitam et dirigit ad eam (uiuifica me) modo uita gracie et tandem uita glorie. uerecunde hoc dicitur qui de meritis diffidit propter uerbum dei speret clementiam me uiuifica. Sed.

Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Longe scilicet est a peccatoribus et impijs superbis (salus) qua longe se fecerunt (quia iustificationes tuas) id est legem et mandata tua que iustificauerunt (non exquisierunt) scilicet ut facerent et secundum ea uiuerent. Vel iustificationes tuas non exquisierunt sed de sua iusticia presumpserunt. Sed non est longe a me salus quia iustificationes tuas exquisiui. In hoc omnes deuotos animat et perfidos terret. Iste ergo a deo se accepisse uident hoc beneficium ut custodiret iustificationes eius subiungit. Vel. Et si longe sit a peccatoribus salus tamen nemo desperet quia.

Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum uiuifica me.

Misericordie tue quibus benefacis sine meritis et peccatoribus penitentibus (multe) sunt o domine qui nos de tot et tantis cruciatibus et periculis quia multipliciter miseris miseris et ideo confidenter peto (secundum iudicium tuum) quo humiles exaltas uel quo nunc discernis pios ab impijs (uiuifica me) per augmentum gratie tue. Et bene post misericordiam subdit de iudicio quia non est misericordia sine iudicio. Ideo autem uiuifica me. Quia.

Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui.

Multi scilicet sunt (qui persequuntur me) mortifera suadendo (et tribulant me) flagella inferendo scilicet demones et mali homines tyranni heretici et falsi fratres et tamen propter hoc (a testimonijs tuis) id est preceptis te testificantibus seu per te in lege testificantibus (non declinaui) sustulisti robore tui auxiliij. ubi Ambrosius. Non est magna sit tunc a dei testimonijs non declines cum te nullus affligit: nullus persequitur. Sed non unus persecutor est. Multos ministros habet sed non te terreat. per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Tibi proficit quod

multi persecutores sunt ut inter multas persecutiones facilius inuenias quomodo coroneris. Sed quod peius est non hi solum persecutores sunt qui uidentur sed etiam qui non uidentur et multo plures persecutores. diabolus enim multos ministros suos dirigit qui non foris tantum sed etiam intus faciant persecutiones in animis singulorum persequitur auaricia: persequitur ambitio: persequitur luxuria. Est enim malus spiritus fornicationis: est malus spiritus auaricie: malus spiritus superbie. uerum ut multe persecutiones ista martyria multa. Quotidie testis es christi. Tentatus es spiritu fornicationis: sed uirtus christi futurum iudicium. temeranda mentis et corporis castimoniam non putasti martyr es christi. Tentatus es spiritu auaricie ut possessione minoris inuaderes et tamen contemplatione celestium preceptorum operam magis ferendas quam in ferendis iniuriam iudicasti testis es christi. Tentatus es spiritu superbie sed uidentem inopem atque egenum pia mente compassus es humilitatem magis quam arrogantiam dilexisti testis es christi. Quis enim locupletior testis est quam qui confitetur dominum iesum in carne uenisse cum euangelij precepta custodit. Nam qui audit et non facit negat christum et si uerbo fatetur operibus negat. Ille ergo testis est qui a stipulantibus factis dominum iesum precepta testatur. Quanti ergo in occultis quotidie martyres christi sunt et iesus dominum confitentur: ergo in persecutionibus in terrioribus esto fidelis et fortis ut in forensibus persecutionibus approberis. Et in intimis persecutionibus sunt reges et presides terribiles iudices et potestates. Si culpa regnat quot peccata quot uicia tot reges. Et ante hos adducimur ante hos stamus habent etiam isti reges tribunal in mentibus plurimorum. Sed si quis christum fateatur statim regem illum facit esse captiuum deicit de solio sue mentis. Quomodo enim poterit diaboli tribunal manere in eo cui christi tribunal assurgit. Si declinas persequentes christum abijcis. Ubi illum uiderit diabolus ibi tentationum machinas admonet ut illum si possit et eludat. Ergo qui persequitur et fugit reijcit etiam defensores. Sed cum audis multi persequentes et tribulantes me noli timere qui potes dicere. Si deus pro nobis quis contra nos. Uerum hoc dicit qui a testimonijs domini nullo uiciorum declinat am fractu. hec Ambrosius. Ego inquam non declinaui.

Uidi preuaricantes et tabescebas: quia eloquia tua non custodierunt.

Uidi autem (preuaricantes) id est impios

legem tuam transgredientes et a testimonijs tuis declinantes cedentes persecutoribus et tribulationibus non ferentes pro quibus amissis socijs dolent sancti. unde subdit hic et (tabescebas) id est seculo dei et charitatis accensus dolebas et merebam. deinde exponit in quo sunt preuaricantes dicens (quia eloquia tua) et precepta tam dulcia tam uilia (non custodierunt) sed in tribulatione negauerunt. Commendans autem se et differens ab eis subiungit. Et ideo.

Uide quoniam mandata tua dilexi: domine in misericordia tua uiuifica me.

Uide hoc scilicet (quoniam mandata tua dilexi) non tantum in me quando sed etiam in me et in alijs zelando quod plus est quam seruire quia hoc est charitatis illud necessitas. In dilectione quidem fructus est omnium passionum et actionum. quod dicitur placet tibi et remanet a te dilectio mea. Ubi peto o domine in misericordia tua non in meis meritis et iusticia (uiuifica me) uita gratie tua enim misericordia et gratia sola uiuificat nos et saluat. Et uere uiuificabis me quia hoc dixisti in scripturis ueris qui semper uera dicis. Nam.

Principium uerborum tuorum ueritas: in eternum omnia iudicia iusticie tue.

Principium uerborum tuorum est (ueritas) id est a ueritate uerba tua procedunt et ideo ueracia sunt ut impleant quod promittunt quibus pronuntiauit uita iusto pena impio. Unde sequitur (in eternum) scilicet sunt et durabunt quantum ad effectum (omnia iudicia iusticie tue) quibus reddis premia tibi obediens penas inobediens et hec iudicia nunquam mutabunt quia finiam de bonis uel malis lataui nec tempus nec uilla res subuertet sed iudicia dei de omnibus scilicet premia iustorum et pene impiorum in eternum manebunt.

Principes persequuntur me gratis: et a uerbis tuis formidauit cor meum.

Qui supra humilitate deo obtulit in hac uisione prima littera gratas sibi dicit persecutiones quibus tanquam emplastris uulnera peccatorum curant. Unde dicit da nobis auxilijs de tribulatione. Ideo huic octonario premittitur littera (Syn) que interpretatur super uulnera quasi emplastrum. dicit enim quod tribulatio curat peccatorum uulnera et dat salutem. uulnerum ergo est peccatum emplastrum est tribulatio uel uulnerum est tribulatio super uulnerum est consolatio eloquiorum dei. Ad hanc ergo diuine gratie medicinam iste exultans uero samaritano uulnera sua curanda detegit. quod dicit. uiuifica me et necesse est quia.

(Principes) huius mundi scilicet demones rectores tenebrarum harum uel mali homines potentes scilicet tyranni heretici et falsi fratres (persecuti sunt me) et hoc (gratis) id est sine causa et meis meritis uel frustra quia non habuerunt intentum et licet persequerentur tamen (a uerbis tuis) quibus comminans transgressoribus legis tue penas et quibus ais qui me negauerit coram hominibus negabo et ego cum coram patre meo qui est in celis. et iterum nolite timere eos qui occidunt corpus sed cum timete qui potest et corpus et animam occidere in gehennam magis quam a ministris uobis persecutoribus (formidauit) et timuit (cor meum) id est ego in hac persecutione quia timor tuus excludit timorem eorum et sic uinco. Et ideo.

Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Letabor ego quasi uictor (super eloquia tua) meditando ipsa quod uilia et salubria. Quisquis enim in uerbis dei ne in certamine uincat formidat super eadem uictor exultat: bona ergo trepidatio uerbi dei que exultationem generat quia eloquia dei uulnera curantur. letabor dico (sicut) ille (qui) post bellum inuenit (spolia multa) que possidere possit sine calumnia immo ualde amplius quia omnis thesaurus in comparatione illorum arena est exigua.

Iniquitatem odio habui et abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Iniquitatem non hominem (odio habui et abominatus sum) propterea exhorrescens et longe a me faciens (legem autem tuam) et si aliquando corripit tamen dilexi in affectu mentis tanquam quid uile et honorabile prohibens iniquitatem et ex dilectione non ex timore impleui. amor quippe bonorum odio malorum probatur. Timore ergo casto non perit amor et illa formido non facit odium uerborum dei sed integram charitatem ut deus ametur cuius uerba timent. Et.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iusticie tue.

Septies in die id est in hac uita que septem diebus agit. Numerus quippe ille uniuersitates indicat quia septem diebus uniuersa tempora uoluntur sic et illud septies in die cadit iustus scilicet tribulationibus et modis omnibus humiliatus et resurgit id est non perit sed proficit. Vel (septies) id est septem vicibus scilicet in septem horis canonicis (in die) scilicet naturali (laudem dixi tibi) id est laudam te (super iudicia) id est flagella (iusticie tue) id est quibus corrigis et iustificas filios quos recipis. uel (super iudicia iusticie tue) considerando omnia opera tua iusta que sunt

excutiones me iusticie. Et merito legem tuam dilexi. Quia.

Par multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum.

Par multa est et si non semper tuis saltē peccatoris et tandem eternitatis (diligentibus legem tuam) qua flagellas omnē filiū quem recipis quod charitas pellit omnes perturbationes et tribulationes. Etenim qui deum perfecte diligit tranquillius apud se manet et si est pugna foris non intus (et non est illis scandalum) nec calcitrant contra sibi mulum quod non sunt pusilli quorum est scandalum lo eragitari. Vel (par multa diligentibus legem tuam) et sacram scripturam quod in ea inueniunt remediū contra omnē desolationē (et non est illis scandalum) hoc enim non patientur finaliter ita ut offendat et in penam incidant: dilexi inquam legem et.

Expectabā salutare tuū dñe: et mandata tua dilexi.

Expectabā scilicet in spe (salutare tuū) o (dñe) id est effectū salutarē scilicet in tribulatione mea multiplicem consolationē (et) ideo (mandata tua dilexi) per que habeo salutare et consolationē. ut expectabā salutare tuū) o (dñe). scilicet christū qui est salutare. Antiqui iusti primū aduentū expectauerūt nos scōm p quo et illi et nos mādāta diligimus dilexerūt antiqui mādāta et christus eos liberauit. diligamus et nos mandata ut cum apparuerit christus vita nra tunc nos appareamus cum illo in gloria. Et.

Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.

Custodiuit anima mea) i. voluntas mea (testimonia tua) et mandata diligenter ea in opere perficiendo et exercendo sed quod hoc non sufficit sine charitate addit (et dilexit ea vehementer) id est valde intente quod plus est quod tantū custodire. Qui enim diligit ipse veraciter libenterque custodit. Et hoc non meritis suis sed deo attribuit dicens. Ideo.

Seruauī mādāta tua et testimonia tua: quod omnes vię mee in conspectu tuo.

Seruauī) diligenter opere implendo (mandata tua) noua (et testimonia tua) vetera (quia omnes vię mee). i. cogitationes ac dicta et facta mea quibus velut quibusdā vijs p̄gredior et p̄ficio in conuersatione vite mee sunt (in conspectu tuo) id est in presentia tua et tibi placent. quod per hec potui custodire quia deus dignatus est intendere qui illuminat et errores fugat quod si faciē auertisset fuisset turbatus nec ea custodissem. Ad hoc ergo sunt in conspectu domini vię

iustorum ut dirigat gressus eorum quod nullavia bona est nisi quam deus illuminat.

Zbau.

Propinquet de

peccatio mea in conspectu tuo dñe iuxta eloquiū tuū da mihi intellectū.

Qui supra gratas sibi fore tribulationes dicebat in hac vltima littera christo primare desiderat precans ut veniat et ouem perditam reuocet. Et quod christus veniens consumationē eterne beatitudinis contulit et ab errore ad patriam reduxit id huic octonario p̄mittit littera (Zbau) que interpretatur errauit et consumauit quod hic dicit se habere consumationē et vitam eternā. Jam olim se errauisse dicit non modo nunc autem dicit se reportandū ad patriam a pio pastore. Non est enim viciū sed perfectus renunciaisse errori. Est etiam in hoc consumatio. i. discipline perfectio quod plus est a vicio se reuocasse quod prope vicia ipsa nescisse. Imbutos enim vicijs animos exuere atque emendare non solum perfectę virtutis sed celestis est gratia. Et quasi dicat. quod sic et sic ego (Propinquet) tibi (de peccatio mea) que est de adhibendis bonis facta (in conspectu tuo) o (dñe) ut eam a te non repellas sed benigne audias. et que sit ille de peccato subdit (iuxta eloquiū tuū) scilicet legis mee da mihi intellectū ut sapias id quod edificationis est. iuxta eloquiū dei petit ut sapiat ne per humanā prudentiā euanescat. Vel (iuxta eloquiū tuū da mihi intellectū) id est scōm altitudinē eloquiū tuū que transcendit facultatem humani ingenij eleua intellectū meum ad ipsum intelligendū.

Intra postulatio mea in conspectu tuo: scōm eloquiū tuū eripe me.

Intra) etiam ad te (postulatio mea) que est de remouendis malis facta (in conspectu tuo) ut eam gratanter suscipias et clementer exaudias. Gradatim ascendit quia plus est intrare quod appropinquare. et subdit postulatiōne dicens (scōm eloquiū tuū) id est p̄missum (eripe me) ab hostibus visibilibus et inuisibilibus. graue est enim tam diu luctari cum eis. Vel (scōm eloquiū tuū) id est scōm altitudinē eloquiū tuū (eripe me) a labe concupiscentie et a meditatiōne terrenorum ad que meditanda et cogitanda natura est prona. da in quod intellectū quod tunc.

Eructabūt labia mea hymnū: cum docueris me iustificatiōnes tuas.

Eructabūt labia mea) quasi de pleno id est ex cordis abundantia cum magna plenitudine extra pronunciabūt et dicent (hymnū). i. lau-

dem dei (cum docueris me iustificatiōnes tuas) id est mandata et eloquia tua per que iustificas ut non solum memoria retinendo sed etiam faciēdo custodiā aliter enim non eructabūt nisi tu doceras. Sic enim qui gloriatur non in se ipso sed in dño gloriatur hymnūque eructat sed iam quod didicit et doctore suū deū laudauit. Deinde vult docere. unde subdit.

Pronunciabit lingua mea eloquiū tuū quod omnia mandata tua equitas.

Pronunciabit) etiam (lingua mea). i. pulchre et prope nunciabit laudando et alijs predicando ut sim minister verbi (eloquiū tuū). i. legis tue vñ est salus non ociosum verbū unde reddenda est ratio et decet ac iustum est id pronunciari quod equitate fulget unde subdit (quod omnia mādāta tua sunt equitas). i. equitate plena. talia autē mandata sunt amāda faciēda et vbiq; diuulgāda. Sciens autē iste que picula sequat docentē a cōtra dicentibus addit.

Fiat manus tua ut saluet me: quoniam mandata tua elegi.

Fiat manus tua). i. potentia et opatio adiutrix (ut saluet me) ab inimicis et ab omni malo ne timeat et deficiat et det pseuerantiā ut sufficiat ad hoc faciendū et audacter pronunciet quod hac fiducia peto (quoniam mandata tua) de omnibus alijs et pro omnibus temporalibus (elegi) et timore et timore cōpressi ad ea meditanda opanda et docenda quod sunt omnibus ad salutē vñlia ideo iustum est te iuuare me sperantē in te. Et.

Concupiui salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea est.

Concupiui salutare tuum) o (dñe). i. effectū virtutis tue saluatiōnis. Vel salutē eternā que est in te obiectiue. Alij alia querūt ego autē non nisi tuā saluatiōne. i. salutē quod omnium finis est spes salutis non felicitas huius temporis (et) id (lex tua meditatio mea est) eo quod dirigat ad cōsecutionem huius salutis. Qui enim cupit salutē meditatā iugiter in lege dei nec inde auertat aliqua cura huius seculi fiat in quā manus tua sic.

Cluet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.

Cluet anima mea) vita gr̄e in p̄nti et glorie in futuro licet corp⁹ affligat (et laudabit te) nūc etiā in flagellis que fiunt ad purgationē et semper in eternitate cum beatis (et iudicia tua) que modo incipiunt a domo dei (adiuuabunt me) quod sanguine creuit ecclesia. iudicia dei scōs adiuant dum tribulationibus p̄bant: peccatores ad iudicia tua) futura (adiuuabunt me) ad laudandū

deotius. Quis enim videns equitatē dei in damnatione malorum et premiatiōe bonorum non peripit in laudē eius mirabilē. dico adiuuabunt et viuam. Sed quandoque.

Erraui sicut ouis quod perijt: quere seruū tuū quod mandata tua non sum oblitus.

Erraui) piculose sepius bene declinando a via veritatis ad vicia (sicut ouis que perijt). i. per dita fuit ideo (quere seruū tuū) scilicet me sicut pastor querit ouem perditā ut reducat eam: quod et si erraui in mandata tua non sum oblitus finaliter et ex toto unde quere me et miserere mei et p̄fice ut cepisti. mādāta obliuiscit qui non surgit post casum qui erraui et non obliuiscitur surgit fortior cauior et humilior. Nouissime hic agit se et ostendit que persona per totū psalmū loquebatur scilicet generalis iustus. Qui et hac pre qua dicit (quod mandata tua non sum oblitus) est ouis inuenta sed adhuc ex alia parte querit et per sui pastoris sanguinē fusum et dispersum in omnibus gentibus inuenitur.

Oratio.

Palma totius beatitudinis deus quod fideles tuos ut in lege tua ambulēt testimonia tua scrutentur mandata custodiant: salubris puistor in formas: cōcede nobis iustificatiōnes tuas toto corde querere: eloquia intelligere: mirabilia predicare: ut qui hactenus ceteri oues perditę erramus tuis pijs humeris restituamur paradiso gloriamur. Per do.

Psalmus de clamore penitentis ascendere et proficere cupientis ac dolore sue longe in hac vita peregrinationis.

ps. cxix.

De dominū cū tribularer clamaui et exaudiuit me.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus canticū graduū. Et est sensus hic est canticū graduū. i. mentis exultatio de ascensu spiritali quod spiritalia gradus sunt isti. Canticū enim designat iocunditatē. gradus vero ascensionem et p̄fectum. magna autē debet esse iocunditas anime p̄ficiēti ad deum. Materia clamor penitentis ascendere et proficere cupientis.

Intentio: monere hominē ad ascendendū et p̄ficiendū exemplis seruorum dei quos de mortuis viuos deus ipse fecit tanquam carbonēs vastatores. Sententia in generali. propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis educti de vanitate et malis huius seculi incipientis iam ascēdere volentis p̄ficere ac soli deo inherere patētis ligas aduersantiū clamat ad dñm ut a linguis istoz libere et vehementer cōquerit quod in

hacrista diuinus cōmorans maloz cōmixtiōe tantū p̄grauat. Ascendens ergo hic loquit̄ et de eius p̄fectu hic agit licet enī gradus vel de ascendentiū vel ascendentiū sint gradus tñ qui modo in his q̄ndecim psalmis positi sunt ascēdentes tñ significant. Est aut̄ ascensus hic spiritalis qui fit nō passibz pedū sed p̄motōe affectuū vt de virtute in virtute et de minore ascēdatur ad maiores vbi charitas mouet pedem. Ideoq̄ quanto quis plus diligit tanto magis ascendit. Et nota q̄ quindē gradus erant quibz ascendebat in templū seu domū dñi quā rex salomon edificauerat vbi sūmus pontifex semel in anno sc̄z in festo p̄ciatōis nō sine sanguine in sancta sanctorū ascendebat et ascensurus singulos psalmos tñ singulis gradibz sc̄z in quolibet gradu vnum decantabat ita q̄ in vltimo gradu q̄ erat iam in atrio domus dñi canebat. Ecce nunc b̄ndicite dño etc. Vñ eldras p̄pheta repletus codē spiritu quo dauid intellegens istos gradus templi his q̄ndecim psalmis et numero et significatiōe cōcordare voluit hos de nomine graduū intulit. Quindē enim numerus ex septenario et octonario p̄stat et septenariū vetus testamētū intelligit q̄ septimus dies in eo celebrari p̄cipit die enī septimo requieuit deus ab omni ope qd̄ patrat p̄ octonariū vero nouū testamētū designatur q̄ in octauo die quo christus resurrexit sūpsit et ordiū et q̄ idem dies in magna celebrata te haberi auctoritate noui testamēti iubet. Qui decim ergo graduū sit distinctio vt p̄ hoc expli cetur sacramētū veteris et noui testamēti et si gnificet vtriusq̄ testamēti doctrina in his gradibus cōtineri. Et sic p̄ quindē gradus in sancta sanctorū ascendebat ita quindē gradibus virtutū que in nouo et veteri testamento intelligunt om̄s electi in sancta sc̄toz. i. in eternam beatitudinē ascendendo p̄ficiunt: potest etiam quindē numerus in denariū et quinarium diuidi et p̄ denariū decem p̄cepta p̄ quinarium p̄o quinq̄ sensus corpis intelligi. Quia sicut p̄ quindē gradus ascendebat in sancta sanctorū ita q̄nq̄ sensibz corpis edomit̄ et decem p̄ceptis cōplet̄ itur in sancta sanctorū. i. ad gaudia celestū p̄miorū. Sunt ergo hic q̄ndecim gradus sicut in templo quindē gradus erant quibz in illud ascendebat qd̄ templū est figura celestis templi ad qd̄ his gradibz ascēditur. Beatitudinē ergo quam supior pars alphabeticus cantauit isti sequētes psalmi ordianans quindē gradibz tam psalmoz q̄ meritorum in sacramētū tam noui q̄ veteris testamēti explicant. Primus autē gradus est a

malis seculi exire et vniuersę vanitati renunciare. Initium enim p̄fectus est carnalia vicia relinquere et dño inherere. Et tñ cum homo incipit ascendere. i. cogitat p̄ficere cōtempso se solo deo berens incipit pati linguas aduersantium et detrahentū et qd̄ grauius est quasi consulendo a salute auertentū. Sententia in speciali. Istus ergo volens exire de malis seculi q̄bus p̄mebat dicit se clamasse ad dñm sic. (Ad dñm) q̄ p̄riuuare et facere facilius (cū tribularer) ac tētarōibz et deceptōibz ab ascēsu retraheret (clamaui) intētiōe cordis orādo feruent vt me educeret de malis seculi p̄menibz me grauius. valde vtilis est fideli tribulatiōe sic vñ enim tribulatiōe compellit deum orare et in eius adiutorio cōfidere. Tñ enim p̄esto est diuinum adiutorium quādo deficit humanū et exaudiuit me) misericorditer liberando et ad gradus ascendendi p̄stituendo vbi erat cōtra linguas detrahentū dicens. **Dñe libera animam meam a labijs inimicis: et a lingua dolosa.**

Dñe q̄ me in gradu cōstituiti iam ergo (libera animā meā a labijs inimicis). i. illoz qui p̄hibendo et terredō me detineret impedire conantur ne mundū et secularia negocia derelinq̄ et familiaris tibi adherēa (et a lingua dolosa) cor videlicet qui verbis suauioribz et palliatōe p̄silio me impediret a bono retrahere nituntur. Labia enī iniqua sunt que ap̄te loquūt̄ malum que palā minant et terrent. lingua vero dolosa est habens imaginē cōsulendi et p̄niciem nocendi. Sed dominus quasi exercens iustū dicit ei.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Quid detur tibi in arma (aut quid apponatur tibi) quasi in cōsolatiōe quo te munias (ad) .i. p̄tra (linguā dolosam) q̄ mala suadet et plus nocet. q. d. Quale remediū p̄tra huiusmodi re tractiua habere poteris. de lingua dolosa tñ fa cit mentōne q̄ magis nocet et sub ea satis intelligitur alia. Magis enī timenda est lingua dolosa et adulatoris q̄ iniqua et detractoris. duo dicit sc̄z dari et apponi q̄ sagitte dant in arma et carbones apponunt quasi in p̄solatiōe vñ de ip̄e dñs qui exercens interrogat respondē sue interrogatiōis subiungit.

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoris.

Sagitte potentis. i. verba dei omnipotentis sc̄z verba sacre scripture (acute) ad vulnerandum et nāstigendū cor vulnere amoris dabitur

tibi p̄ remedio (cum carbonibus et desolatoris). i. cum exemplis peccatorū ad deum conuersorum. Qui bene dicunt carbonē q̄ conuersi ad deum igne charitatis calefacti de mortuis reuiuiscunt et alijs mortuis adhibiti suo exemplo eos vt viuant accendunt. dicunt etiam carbonē desolatorij seu vastatorij q̄ vastando ad desolatiōem p̄ducunt carnales affectōes et seculares amores. Ip̄os enim attendendo si male lingue volunt nos impedire vt a bono retrahere attendimus nos ad carbonē illos cogitando vel dicendo talis fuit aliquando fornicator. modo est castus. talis gulosus modo est sobrius. et sic de singulis et omnes isti modo ardent deo scriunt non potero ego quod iste et ille possunt hi bene post sagittas apponunt q̄ post exhortatiōem verbōzū exemplis est agendum vt quod verbis quis accepit credat se posse eū multū delicatū iam illud noscunt implese et si multū peccauerūt eo amplius amauerunt. Deinde ascendens de incolatu suo et p̄mitione maloz conquerit dicens.

Dñe mihi q̄ incolatus meus plongatus est: habitauit cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Deu mihi) In scripturis vt indicat gebene supplicij: sed huius p̄sentis exiliū. Unde sequitur (q̄ incolatus meus). i. pegrinatio huius seculi (plongatus est) q̄ et si breue sit tempus tñ desiderio nimis longū mihi videtur qd̄ enim suscepi p̄ spem non cōtemplo: p̄ speciem et nō dum veni ad patriā vbi cum nullo malo victurus sum. et inde gemo q̄ ad tumultū miseriarū (habitauit) non cum bonis sed (cum habitantibus cedar) id est in tenebris p̄torū: cedar enī tenebre interpretat et doleo cum illis esse q̄ (multū incola). i. pegrina a deo in regione dissimilitudinis puta vagando discurrendo per multa vana et inutilia (fuit anima mea) que debebat solis diuinis esse intenta. Sicut enim corpus pegrinat locis ita anima affectibz. Si deum amat anima ascendit ad eum si terrā pegrinatur a deo. Et q̄s patiens in sua pegrinatiōe sit ostendit cum subdit.

Cum his qui oderūt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Cum his qui oderūt pacem). i. qui scindunt catholicā vnitatem (eram pacificus) nō turbulenti nō irati eorum molestias patienter tollerando et vnitatē seruando vt eis pacem liberius predicarē sic debes habitare inter malos vt pacifice tolere inq̄tos. Tunc enim bonus

eris cum te aliena malicia mutare non poteris (cum loquebar illis) p̄hibendo a malis et hortando ad bona ip̄i obstinati (impugnabāt me gratis). i. sine meo merito et causa: nolentes me audire loquentē vtilia. Et ideo si audire p̄temunt mali nequa q̄ tñ a verbo p̄dicatiōis cessare debēt boni: ne sicut illi peccant ex facto ita isti peccent ex silentio.

Oratio.
Tribulatiōnū nostrarū optime mitigator deus libera animas fidelium a labijs detrahentium iniquoz vt adiutorijs spiritualibz p̄munitate nullis impugnationibz aggrauent. p. d.

Psalmus de recurso ad deū et ciues celestes in tribulatiōe et tentatiōe ac diuini auxiliij postulatiōe. p̄s. cxx.

Euai oculos meos in montes: vnde veniet auxiliū mihi.

Auctor psalmi p̄pheta dauid. Idem titulus qui supra et idem sensus et similiter in sequentibus. Materia: postulatio diuini auxiliij in tribulatione et tentatiōe. Intentio monere fideles vt in tribulatiōe et tentatiōe p̄ oratiōem ad deū recurrant ac de eius p̄cedentiōe et auxilio omnino confidant. Sententia in generali p̄pheta in isto psalmo in p̄sona tribulati in tribulationibus et piculis constituti ad deum et ad ciues celestes leuat oculos mentis petiq̄ eoz adiunari precibus et meritis ne mens eius alicui tentationi succumbat et impugnationi. Sc̄os gradus est petere diuināz defensionē cui nū posse obuiare monstrat cui enim de mundo exenti pericula occurrūt exposcere debet diuinū auxiliū. Sententia in speciali. Qui ergo supra quasi inclinatus clamauit iam respirans oculos ad intercessores sanctos leuat dicens (Leuauit oculos meos) sc̄z mētis et corpis (in montes) spirituales sc̄z ad sc̄tos et ciues celestes dignitate eleuatos. A mōte christo qui est mons in vertice montūz dicuntur sancti montes qui prius illuminati sunt sole iusticie et p̄ eos aperte sunt scripture (vnde). i. ex quibus veniet auxiliū mihi) q̄ ab eis tripliciter ad nos venit auxiliū sc̄z per eorum scripturas et doctrinā. p̄ exemplū et imitationē. ac p̄ merita et intercessionem apud deum sed non est presumendū de illis immo de dño. Unde et subdit.

Auxiliū meum a dño: qui fecit celum et terram.
Auxiliū meū) tamen principaliter est a domino licet per eos q̄ hi de plenitudine eius accipiunt. diuina enim adiutoria hominibz p̄-

stia et per angelos et sanctos ministrata principi-
paliter sunt a deo. Illi ergo ministri sed deus est
auctor: qui fecit celum et terram et ergo potest auti-
liari. Ideo hic dominus celi et terre factor describitur
ut quantum precellat ceteros sanctos attendat.
Illi creature sunt et iste creator. Illi illuminati
sunt iste illuminator. Deinde iste de tali auxilio
letus sibi ipsi tanquam alteri loquitur. Quia
auxilium est a domino ut ergo firmus sis in gradibus.
Non det in commotione pedem tuum: neque
dormitet qui custodit te.

Non det dominus (in commotione qua ab ascen-
su mouearis (pedem tuum). i. non permittat affec-
tionem tuam mutari de bono in malum nec pa-
tatur moueri stabilitate qua in eo es firmatus.
Sicut autem charitas pedem mouet adambu-
landum et deficientem sic superbia mouet ad ceden-
dum et deficientem (neque) etiam (dormitet). i. tepe-
scat et ad modum dormitantis custodia tua negli-
gat (qui custodit te) sed deus custos principalis
deus enim in se manente pugili custodia pre-
sit actuetur et neminem deserit nisi prius ab ipso
deserat ut autem tibi non dormiat esto israel quia.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui
custodit israel.

Ecce non dormitabit neque dormiet. i. non erit
negligens in custodia sua tanquam dormitaret
sempiternus vel dormitaret plene (qui custodit israel)
id est sanctos videntes et contemplantes deum
quia sine ulla intermissione custodit qui cum spi-
ritualium oculorum intentione contemplat. Quia ille qui
custodit israel custodit te in gratia sua si fueris
israel. i. videns deum per fidem operantem. Esto er-
go israel ut merearis ipsum habere custodes et
tunc non sinet moueri pedem tuum. Et quasi quis
quereret quis est iste custos subdit.

**Domine custodit te dominus protectio tua: super
manum dexteram tuam.**

Domine custodit te in bono (dominus) est (protectio
tua) contra malum (super manum dexteram tuam). i. plus
et fortius quam manus tua dextera que precipue pro-
tegit et defendit. hoc est plus quam tota virtus tua
posset te protegere etiam omnis potestas huma-
na. Vel est (protectio super manum dexteram tuam). i. pro-
tegit bonam operationem tuam que per dexteram si-
gnificatur ne deficiat vel detrimentum patiatur.
Et sic proteget te quia.

**Per diem sol non uret te: neque luna per
noctem.**

Per diem sol non uret te. i. non uretis et eleua-
beris elatione prosperitatis (neque luna per noctem)
id est non succubes et deiciaris depressione ad-
uersitatis. per diem enim accipiunt prospera. per so-

lem elatio que venit ex prosperis: per noctem vero
aduersa: per lunam depressio que puenit ex aduer-
sis. Et dicitur luna urere quia non solum ex calore
sed etiam ex frigore urunt et desiccant fructus
terre. quia dicitur nec fulgor prosperitatis nec defectio ad-
uersitatis turbabunt propositum tue mentis domino te
custodiente et protegente et ut breuiter omnia com-
plectar.

**Domine custodit te ab omni malo: custodi-
at animam tuam dominus.**

Domine custodit te ab omni malo) non quidem
a malo tribulationis et pene sed a malo peccati
et culpe et hoc discernit cum subiungit custodi-
at animam tuam dominus) ut intelligas te a domino custo-
diri ab illo malo quod potest esse in anima. i. a pec-
cato non ab illo quod potest esse in corpore sed infirmita-
te vel tribulatione. Custodit etiam quando dicitur a
malo culpe et pene quia utraque salus est in manu
sua et potestate. Deinde cuncta concludit d.
**Domine custodiat introitum tuum et exitum
tuum: ex hoc nunc et usque in seculum.**

Domine custodiat introitum tuum et exitum tuum
ex hoc nunc et usque in seculum. i. dirigat te in omni-
bus operibus et tentationibus tuis a principio usque
ad finem et nunc et semper ac bonis initiis bonos
exitus adiungat. Quando tentamur intramus
quando tentationem vincimus eximus. Et cus-
todit dominus introitum dum non sinit tentari supra
vires et ne vincamur tentationis tempore. Exitum vero
custodit cum facit cum tentatione exitum et pro-
uentum et ne vincamur in fine. secundum Gregorium introi-
tus vocatur ingressus ad fidem per baptismum ex-
itus vero transitus de ista vita ad gloriam.

Oratio.

Protege plebem tuam non dormitans nec
obdormiens domine protectio israel et ne vramur per
diem tu nos ab scandalis huius mundi defende.
De. Per do.

**Psalmus de gaudio et leticia electo-
rum adhuc peregrinantium ex spe et desi-
derio veniendi ad hierusalem civitatem cele-
stem:**

ps. cxxi.

Etatus sum in his

que dicta sunt mihi: in domum domini
in ibimus.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus ut su-
pra. Materia spes et desiderium veniendi ad hie-
rusalem civitatem supernam. Intentio: monere et
incitare fideles ad habendum huiusmodi spem
et desiderium. Sententia in generali propheta in isto
psalmo in persona cuiuslibet electi gaudet se ad
supernam civitatem scilicet hierusalem esse venturum. De

qua multa a multis audiuit ubi iam omnes coeci
ues nostri angeli et sancti secunda prosperitate con-
sistunt et cum domino in iudicio iudicabunt loqui-
turus ad ipsos civis hierusalem celestis ut fidelibus
ecclesie militantis illuc ascensurus optent et pe-
tant abundantiam pacis. Tertius gradus est ma-
gnum gaudium quod habet vir sanctus eo quod se et
alios videt in ecclesia pura mente versari atque
digne deo in hac peregrinatione militare unde
ad celestem hierusalem suspiramus ad quam duabus
alio dilectionis levamur. Sententia in specia-
li. Iste ergo in persona electi supernam patriam sus-
pirantis ex multis de ea auditis ad modum le-
tatis ait (Etatus sum) id est spem habui et gau-
dium (in his que dicta sunt mihi) per revelationem
nec a spiritu sancto nec non a prophetis et aposto-
lis ac sanctis scripturam sanctam omnibus bonis chri-
stianis quod scilicet (in domum domini in ibimus) non manu fa-
ctam in celis. i. in celestem hierusalem ut civis efficia-
mur sanctorum et domestici dei. Curramus ergo
et non deficiamus quia illuc peruenimus et puenies-
mus ubi non lassabimur. Et cum hec dicerent.

**Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis
hierusalem.**

Stantes erant pedes nostri. i. affectus seu
affectiones animi. sicut enim corpus vchit pe-
dibus ita quodammodo vchitur et perficit anima
suis affectibus (in atrijs tuis) scilicet interioribus id est
in penetralibus et accipit a parte totum. Atria
enim sunt introitus sed hic etiam accipiuntur per
penetralibus (hierusalem) supernam et celestem. Logi-
ta qualis ibi sis futurus et quis ad huc in via
sis hoc tibi pone ante oculos quasi iam ibi stes
quasi intra angelos indeficiens gaudeas. Sz
ne istam terrenam hierusalem putares subiecit.

**Hierusalem que edificatur ut civitas: cuius
participatio eius in idipsum.**

Hierusalem dico (que edificatur) ex vivis lapidi-
bus puta angelis et sanctis hominibus (ut civi-
tas) id est ad similitudinem civitatis materialis
que edificatur ex diversis lapidibus et lignis. Non
enim est civitas corporalis sed ei similis (cuius parti-
cipatio eius) est (in idipsum) id est in id vel illi quod
semper eodem modo est et immutabiliter in se ipso
permanet. i. eternum et hoc est deus qui ait ego sum
qui sum. stabilitatis ergo participatio est illa civi-
tas quod de nulla carnali dici potest. Vel (cuius
participatio) id est fructio eius est (in idipsum). i. vni-
us et eisdem quod enim unus participat omnem et singuli
participat et eodem bono quod unus singulariter frui-
tur et gaudet omnes generaliter fruuntur et gaudet
deus enim est obiectum beatitudinis omnibus ictis plus
tamen et minus participat secundum diuersitatem gra-

duum meritorum. Inde autem scio quia ibimus.
**Illuc enim ascendentur tribus tribus domini:
testimonium israel: ad confitendum nomini
domini.**

Illuc enim ascendentur quasi preparantes
nobis viam (tribus) non omnes et quicunque sed
(tribus domini) id est iuste et sancte coram domino scilicet
sancti patres noviter ceteris testamenti que sunt
vel in quibus est testimonium israel id est qui se
testantur israel per bona opera vel in quibus co-
gnoscitur quia vere sunt israel id est videntes deum
per fidem formatam vel testimonium dantes ipsi
israel de bonitate dei. ascendentur inquam ad con-
fitendum confessione laudis (nomini domini) id est
ad laudandum dominum illius civitatis hoc enim vni-
cum officium erit eis. Inde etiam est certitudo quod
ibimus.

**Quia illic sederunt sedes in iudicio: se-
des super domum dauid.**

Quia illic scilicet in illa hierusalem (sederunt) id est
sederunt (in iudicio) faciendo tanquam cum chri-
sto iudicantes (sedes) id est sancti maiores in quibus
deus sedet et inde iudicat (sedes) inquam
existentes (super domum dauid) id est super fa-
miliam christi cui dederunt cibum in tempore
scilicet sanctos minores ut iudicet eos. dauid enim
interpreta manu fortis et significat christum qui
diabolum vicit et portas inferi fregit. Iudicabit
autem illi qui omnia reliquerunt et christum secu-
ti sunt sed iudicabunt illi qui de rebus quas res-
tinuerunt opera misericordie fecerunt. Et quia ad super-
nam hierusalem peruenimus convertit verba ad ius-
dices dicens. Ergo o sancti qui in superna hie-
rusalem estis.

**Rogate que ad pacem sunt hierusalem et
abundantiam diligentibus te.**

Rogate et petite a domino et precibus vestris im-
petrate ea (que ad pacem) obtinenda (sunt) id
est peruenit et ducit huius (hierusalem) celestis que
dicta est visio pacis. Et ad ipsam hierusalem conver-
tens vocem subdit et abundantiam pacis ac bo-
norum spiritualium scilicet nunc merito et tunc pre-
miorum detur (diligentibus te) et deum appeten-
tibus esse tecum o hierusalem superna. Et quia ad co-
vulsum et delectabilem super omnia est pax ergo
ego ipse rogo dicens. o hierusalem.

**Fiat pax in virtute tua: et abundantia in
turribus tuis.**

Fiat) ut et detur nobis (pax) et in presenti et
in futuro (in virtute tua) scilicet charitate. charitas
enim pax generat et virtus hierusalem dicitur quia
hic incipiens ibi perficitur et est virtus fortis ut

moris cui nil resistit quia occidit quod fuimus
ut aliud simus quod non eramus (et abundan-
tia) pacis et charitatis ceterorumque bonorum spiri-
tualium tanta fiat (in turribus tuis) id est maiori-
bus et excelsis ut influat alijs minoribus quod per
charitatem regunt infirmi a firmis. Sed quia
charitas est non nostra sed que aliorum sunt que
re ideo cum de charitate diceret subdit.
Propter fratres meos et primos meos loquebar pacem de te.

Propter fratres meos) fide (et primos meos)
charitate convertendos et lucrandos loque-
bar alijs predicando et per eis orando (pacem de
te) hierusalem scilicet ad illam pacem eos predican-
do allicerem et orando attrahere ut et ipsi ad con-
summationem huius edificij se perfectos exhibe-
rent. Sancti etenim viri non propter se non pro-
pter gloriam vel honorem nec propter aliquod tempora-
le commodum sed propter animas deo lucrandas
predicant pacem et gloriam celestis hierusalem
ut alij cum eis perpetua pace et beatitudine profua-
tur. Unde et adiungit.

Propter domum domini dei nostri: quesivi bona tibi.

Propter domum domini dei nostri) edificanda
hoc est non propter me tamen sed propter ecclesiam propter
sanctos et peregrinos et inopes ut et ipsi ascendat
(quesivi) rogando et predicando (bona) non vti-
que temporalia et caduca sed vera atque perpetua (ti-
bi) id est ad honorem tui o celestis hierusalem ad te
congregando civium multitudinem hoc feci quia
domus es dei et ita in hoc quod te diligo deum di-
ligo. O quare felices et beati qui in te meruerint
habitare quia deum videbunt facie ad faciem
et laudabunt sine fine.

Oratio.

Ambulantibus in atrijs domus tue omnipo-
tens pacis abundantiam largiri dignare ut duz
te tota aviditate cordium confitemur bona tua in
celestibus capiamus. Per deo.

**Psalmus de recursu ad deum per ora-
tionem in obprobrijs et despectione a vi-
uitibus et superbis ac quibuscumque tribu-
lationibus.** ps. cxlii.

De leuavi oculos

meos: qui habitas in celis.

Auctor psalmi) propheta dauid. Ti-
tulus ut supra. Materia: recursus ad deum per
orationem in tribulatione scilicet in obprobrijs et de-
spectione. Intentio: monere fideles ut ascendat
et inter quilibet angustias de domino presumant
quod tandem misertus exaudiat. Sententia in ge-

nerali: propheta in isto psalmo in persona tribulati
in tentationibus et periculis constituti ad ipsum
deum leuat oculos mentis implorans eius mise-
ricordiam et suffragium quod ab insultantibus cor-
pus affligit passionibus et anima despectu et ob-
probrijs multis. Quartus gradus est inter quasi
bet angustias constanter de domino presumere do-
nec misertus exaudiat. Sententia in speciali.
Qui ergo supra ad montes nunc quasi ascen-
dendo ad ipsum deum quod maius est oculos
leuat dicens (Ad te) o deus tanquam ad solam
eternam spem meam quasi omnia terrena de-
spiciens (leuavi) ego affectu et desiderio ascen-
dens (oculos meos) scilicet cordis et etiam corpo-
ris. Quo enim oculos leuaret nisi illuc quo ten-
debat et ascendere desiderabat (qui habitat in
celis) id est in angelis et sanctis in quibus tan-
quam in celis quiescis. Vel (in celis) superioribus
licet enim deus sit ubique per essentiam et potentiam
tamen speciali modo dicit habitare in celis ubi fa-
cie ad faciem videtur a sanctis. Et subdit per si-
mile quomodo leuauit. d.

**Ecce sicut oculi seruatorum in manibus domini
nostrorum suorum.**

Ecce sicut oculi seruatorum in manibus domini
nostrorum suorum) scilicet respiciunt desiderantes aliquod
subsidium et premium laboris vel ut parant eis
delinquentibus quod virumque est in domino) pote-
stater ubi dicit Gregorius quod in omnibus agendis
nostris debemus oculos leuare ad deum et os
domini interrogare id est sacram scripturam ut ad
ipsam tanquam ad regulam diuinam dirigamur
alioquin nec praua corrigimus nec torta dirigi-
mus. et

**Sicut oculi ancille in manibus domine sue:
ita oculi nostri ad dominum deum nostrum dicitur
nec misereatur nostri.**

Sicut oculi ancille) scilicet respiciunt (in mani-
bus domine sue) expectando ab ea auxilium et bene-
ficiam (ita oculi nostri) interiores et exteriores
(ad dominum deum nostrum) intenti sunt et respiciunt
(donec) id est ut misereatur nostri) scilicet liberando
ab omnibus malis et miserijs. Quia tota vita su-
per terram tentatio est tota persecutio et plaga. oportet
nos semper in dei auxilio intentione sine villo
defectu continere ut nobis misericordia suam
dignetur impendere. plange ergo o homo qui
diu viuus in terris et leua oculos tuos ad cum
qui habitat in celis clamans et dicens quod se-
quitur.

**Miserere nostri domine miserere nostri: quod multi-
tum repleti sumus despectione.**

Miserere nostri domine) mala relaxando (miser-

ere nostri) bona augendo. Vel ingeminat ex
intensione affectus et etiam quod corpus laborat
passionibus et anima obprobrijs et necesse est ut
misereris (quod multum repleti sumus despectione
ne) et contemptu quod speramus quod non vide-
mus et abundant passiones in nobis in quibus
vix ad plenum despecti sumus. Sed quanto ma-
gis sancti apud homines despiciunt tanto ma-
iorem apud deum gloriam consequuntur. et exag-
gerando subdit.

**Quia multum repleta est anima nostra
obprobrijs abundantibus et despectione
superbis.**

Quia multum repleta est) scilicet despectione (ani-
ma nostra) id est vita nostra et subdit a quibus
et quare despiciatur dicens anima inquam seu
vita facta (obprobrijs) quod pauper sumus (abun-
dantibus) felicitate seculi scilicet diuitibus) et despe-
ctio) quod humiles sumus (superbis) de se presu-
mentibus et ideo sicut multiplicata est in nobis
despectio sic multiplicata est in nobis
Ecce quod sancti christo famulantur a malis in ob-
probrium eis vertitur videlicet quod sunt pauperes
et quod humiles.

Oratio.

Celorum habitator deus ad te leuamus oculos
nostros precantes ut consutatis obprobrijs
superborum misericordia nobis solitam clemen-
ter indulges. Per deo.

**Psalmus de liberatione a magnis hu-
ius seculi periculis et erumnis per gra-
tiam et auxilium domini miserentis.**

ps. cxlii.

Ubi quod dominus

erat in nobis dicat nunc israel: nisi quod
dominus erat in nobis

Auctor psalmi) propheta dauid. Ti-
tulus ut supra. Materia: liberatio a periculis per
auxilium domini miserentis. Intentio: monere fide-
les liberationem nostram non nobis sed deo ascri-
bere et ei gratias agere. Sententia in generali
propheta in isto psalmo loquitur in persona illorum
qui a magnis periculis et erumnis huius seculi li-
berati sunt qui suam liberationem soli diuine mi-
sericordie ascribunt et gratias agunt quod non sunt
a suis persecutoribus decepti sed eorum insidijs
contritis misericorditer liberati. Quintus gra-
dus est ut liberati a periculis non sibi sed domino
tribuant. Sententia in speciali: sancti ergo ex
nimia exultatione antequam exponant pericula
unde euaserunt dicunt se liberatos et per quem
dicentes (Nisi) hoc esset quod dominus erat in nobis
per gratiam preuenientem dans nobis pacem re-

sistendi (dicat nunc) nihil late post liberationem
gratias agendo quod euasit (israel). i. populus fidelis
videns deum perfidem et reuehementi affectu idem
repetens dicit (nisi quod dominus erat in nobis) per gra-
tiam subsequente dans nobis virtute sugandi
quod d. fideles pericula euadentes siue qui iam sunt
in re beatitudinis eterne siue qui adhuc sunt in
spe dicant gratias agentes nisi dominus fuisset in no-
bis scilicet nos protegens et liberans.

**Cum exurgerent homines in nos: forte
te viuos deglutissent nos.**

Cum exurgerent) persequendo (homines) po-
tentes vel demones secundum illud malus homo su-
pereminavit sioniam (in nos). i. contra nos in
quibus deus erat (forte) conglutisset quod (viuos) id
est scienter peccantes scilicet scientes malum esse et tamen
facientes seu consentientes quod maius peccatum est
peccare scienter licet periculosius sit peccare igno-
rante (degutissent nos) id est in cor passent si-
bi animas nostras per instigationem scelerum ut per
secutionem supati in societate transiremus impio-
rum et dicit (forte) propter fiduciam quam habet de
dei misericordia.

**Cum irasceretur furor eorum in nos: forte
sitan aqua absorbuisset nos.**

Cum irasceretur furor eorum) irrationabilis (in
nos) et nos ex ira quasi furiosi exequerentur (for-
sitan aqua) tribulationis vehementis et im-
petus persecutorum transitorius (absorbisset nos)
includendo nos vndique sicut absorptus aqua
vndique circumdata ea et non potuissimus aliqua
liter euadere. Sed crepti sumus ab his per quem
qui erat in nobis cui ob hoc gratias referre sunt.
quod gratia eius saluati sumus ne deo huius vite
dulcedine preferremus. Nam per dominum et diu-
no adiutorio.

**Torrentem pertransiuit anima nostra forte
sitan pertransisset anima nostra aquam in
tolerabilem.**

Torrentem) i. tribulationem validam et impetuo-
sam cito tamen ad modum torrentis transeuntem
ac multas tentationum turbines (pertransiuit ani-
ma nostra) quod non hesit sed euasit et nisi dominus fuisset
in nobis (forsitan pertransisset). i. pertransire ha-
buisset (anima nostra aquam). i. persecutionem (in
tolerabilem) vixitibus nostris. i. difficile tolerari et
pericula maiora predictis quod tanta persecutionum im-
manitate ferre non potuissimus nisi adiutorium
a deo suscepissimus. Et quod transimus ergo.

**Benedictus dominus: qui non dedit nos in
captionem dentibus eorum.**

Benedictus) sit (dominus) et laudatus (qui non
dedit nos). i. dari permittit (in captionem) dentibus

eorum) id est in eorum partem crudeliter quasi
more ferarum sanguine nostrum sitientium ut nos
sua potestate et vi hanc vitam deo preferre et in
suam societatem malam transire compellerent et
sic animas nostras occidendo crudeliter lace-
rarent dentes enim eorum numerositas est vis-
ciorum quibus eos in captione non tribuit quod et
si corpora occidi sinit nequaquam animas perire
re permittit. Unde et subdit. Nam.
Anima nostra sicut passer erepta est: de
laqueo venantium.

Anima nostra) et si corpus passum sit sicut
passer iudaeus (erepta est) id est liberata per deum
(de laqueo venantium) id est de insidiis et deceptio-
nibus persecutorum ac dolis et a studiis demonum
Tradunt nobis laquei in diuitiis delictis in-
sidiis persecutionibus ac concupiscentiis et ten-
tationibus diuersis sed contrito sathana sub pes-
dibus nostris sicut passer sapiens euolam ab
illis unde subiungitur.

Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.

Laqueus contritus) id est diruptus est per
domini potentiam (et nos liberati sumus) non virtute
propria sed diuina laqueus conteritur quando ad-
uersitas et prosperitas huius mundi mentis for-
titudine superat. laqueus ergo virtute domini con-
teritur atque animam liberat quisquis dulcedine vi-
te huius despiciendo calcat et tribulationem pa-
tendo superat. atque alio virtutum ad celestia ro-
gat. Sed quod hoc non suis viribus sed diuine lar-
gitati sancti tribuit recte subiungendo dicitur.
Adiuutorium nostrum in nomine domini: qui fe-
cit celum et terram.

Adiuutorium enim (nostrum) non a nobis nec in
nobis sed in nomine domini) est id est in inuocatio-
ne et parte nominis domini contra quem nullus
potest omnino preualere (qui fecit celum et ter-
ram) et omnia que in eis sunt. Vel (celum et ter-
ram) id est celestia et terrestria. Alij querant hu-
manum adiuutorium nos queramus diuinum. recla-
ment nomina principum nos nomen domini dei nos-
tri inuocemus super nos. Ipse sit noster adiu-
tor qui creator. Ipse fecit nos et non ipsi nos. ipse
regat nos et non ipsi nos. Dicat ergo ecclesia di-
camus et nos siue in tribulatione positi siue a tri-
bulatione liberati. Adiuutorium nostrum in nomi-
ne domini qui fecit celum et terram.

Oratio.

Conclude domine hiantia ora malorum qui nos
seuis obtreccationum dentibus vorare nituntur ut qui
de nostra virtute diffidimus nominis tui ad-
torio muniamur. Per do.

Psalmus de firma spe et confidentia
in domino solo non in aliquo terreno vel hu-
ius seculi bono semper habenda.

ps. cxxiiij.

Qui confident in

domino sicut mons syon non commouetur
bitur in eternum qui habitat in hiero-

salem.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus ut su-
pra. Materiam firmam spem et confidentiam in domino.
Intentio monere fideles firmiter sperare in do-
mino et confidere. Sententia in generali propheta
ta in isto psalmo docet et clamat nobis in domino
solum esse confidentium non in aliud huius seculi
quod sic confidentes propter dei et angelorum assistentiam
et custodiam non permittunt in aduersis vite
presentis a stabilitate fidei et virtutis moueri nec
vix quocumque succumbere. peccata in super quod bo-
nis bona et malis mala veniant prout meruerunt.
Sextus gradus est confidentia fidelissimi
christiani solidissimis montibus compa-
rata quam habet in domino ne sceler felices in hoc
seculo. hic namque psalmus docet non intende-
re in prosperantes in hoc seculo de qua prosperitate
superbia solet puenire. Sententia in speciali.
Ostendens ergo confidentem in domino non posse
moueri ait (Qui confident) et spem suam po-
nunt (in domino) non in mundo non in rebus mun-
danis nec in hominibus vanis sunt (sicut mons)
firmi et fortes stabiles et immobiles ne terrena
prosperitate fluctuent mons inquam (syon) id est spe-
culationis ut etiam deum contemplari valeant
et (non commouebitur in eternum) a stabilitate fidei
et virtutis (qui habitat in hierosolymis) spirituali id
est in ecclesia christi per fidem charitate forma-
tam vel in hierosolymis supra per contemplationem
cuius conuersatio in celis est. Et causam huius
ius stabilitatis subiungit describens qualis est
ista hierosolymis et dicit.

Montes in circuitu eius: et dominus in cir-
cuitu populi sui ex hoc nunc et usque in seculum.

Montes) id est angeli propheta apostoli et ecce-
tri sancti ac predicatorum a terra subleuati sunt
(in circuitu eius) quasi murus et muniunt eam
vel bo et exemplo sed ne in montibus remaneas
et spem ponas addit (et dominus) qui habitat in mon-
tibus et vertex montium est (in circuitu populi sui)
ut fortis defensio (ex hoc nunc et usque in seculum)
sicut ipse dignatus est polliceri dicens. ecce ego
vobiscum sum usque in consumationem seculi. Ita
quidem sanctorum munio atque diuine charita-
tis coniunctio in presentia seculo inchoat sed et

hoc nunc usque in eternum seculum perdurat. Est
igitur dominus in circuitu ut defensor et in medio vi-
ret et dominus. Et vere non commouebunt.

Quia non relinquet dominus virgam
peccatorum super sortem iustorum: ut non
extendant iusti ad iniquitatem manus
suas.

Quia non relinquet dominus) ut semper duret (vir-
gam peccatorum) id est flagellum malorum (super iusto-
rum sortem) id est super iustos sorte ex omnibus
electos vel qui sunt sorte et hereditas dei vel de
sorte eius licet ad tempus fieri permittat propter di-
sciplinam populi sui aliquando ad correctionem
morum aliquando ad augmentum meritorum (ut
non extendant iusti ad iniquitatem) iustorum in ten-
tatione sed teneant ab iniquitate (manus suas)
intelligentes hoc pondus tribulationum ad tem-
pus esse et deo patienter ferant et non deficient
expectantes domini aduentum et retributionem. Et quod
boni merentur premiari et mali puniri subiun-
git.

Benefac domine: bonis et rectis corde.

Benefac) o domine) id est benefacis conferen-
do bona gratie in presenti et glorie in futuro (bo-
nis) opere (et rectis corde) scilicet qui bona agunt et
recta cogitant. rectum cor habet qui florem mun-
di respicit nec propter hoc inclinatur qui omnes
affectus suos dirigit ad dei voluntatem ut totum
illud velit quod scit eum velle et voluntatem dei
sequatur non suam faciatque illum precedentem
et se sequentem non se precedentem et illum sequen-
tem qui in omnibus eum bonum inuenit siue emen-
dantem siue consolantem siue purgantem siue illu-
minantem quod diligentibus deum omnia coope-
rantur in bonum.

Declinantes autem in obligationes ad
ducat dominus cum operantibus iniqui-
tatem: par super israel.

Declinantes autem) a rectitudine fidei et vir-
tutis ac dei iustis (in obligationes) id est ad pec-
cata que obligant ad penam. Vel (in obligatio-
nes) culpe in presenti scilicet permissione et pene in fu-
turo scilicet immisssione (adducet dominus) ad penam
eternam (cum operantibus iniquitatem) quorum
facta sunt imitati quod eos qui declinant a bono
cum eis qui perseverant in malo simili senten-
tia ferit et perpetua damnatione punit sed econ-
trario (par) interna et eterna erit (super israel)
id est super bonos et rectos corde deum videns
formata fide. israel enim videns deum inter-
pretatur. Flos ergo sumus israel ut amplectamur
pacem quod hierosolymis visio pacis est.

Oratio.

Repelle domine nequicias insurgentium a sorte
iustorum et qui in te toto corde confidentes nullis
tentationum imbribus quatiant. Per do.

Psalmus de gaudio et consolatioe ac
gratiarum actione spiritualiter liberatorum
scilicet a captiuitate et vinculis peccatorum.

ps. cxxv.

Qui conuertendo

dominus captiuitatem syon: facti sumus
sicut consolati.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus ut su-
pra. Materiam gaudium et consolatio per liberationem
spirituali scilicet a vinculis viciozum et peccati. In-
tentio monere fideles ad gaudium et huiusmodi
spirituali liberatione: et opera misericordie licet
sint ardua et difficilia libenter perficere propter gau-
dium beatitudinis eterne. Sententia in gene-
rali propheta in isto psalmo loquitur in persona illo-
rum qui diuina misericordie de captiuitate peccatorum
sunt liberati aguntque gratias quod in tantam gratiam
sunt recepti ut eorum captiuitas commutata sit in
gaudium necnon ex spiritu sancti gratia et effusio
sione lacrymarum veram penitentiam sint conse-
cuti. Septimus iste gradus in figura veteris te-
stamenti quod per septenarium significat per christum
venturum reuersionem fidelium de captiuitate
viciozum quasi redeuntium de babilonia propheta-
ta. Sententia in speciali in persona ergo libe-
ratorum quasi redeuntium de babilonia ait.

(In conuertendo) id est postquam conuertit (dominus ca-
ptiuitatem syon) id est ecclesie et populi christiani re-
dimendo nos a vinculis peccatorum sanguine in-
nocenti. syon que interpretatur speculatio intelli-
gitur ciuitas dei que ex parte eterna est ex par-
te captiua. eterna in angelis. captiua in homi-
nibus. Que ciuitas dei speculatur angeli per spe-
ciem homines per fidem (facti sumus sicut con-
solati) id est gauisi sumus tanquam consolatio-
nem accipientes et si nondum securi. Unde di-
xit sicut quia perfecta consolatio non est in pre-
senti. Et.

Tunc repletum est gaudio os nostrum et
lingua nostra exultatione.

Tunc) scilicet in illa conuersione (repletum est gau-
dio) spirituali (os nostrum) scilicet cordis. i. mens quod
sicut ore loquimur hominibus ita mente loqui-
mur deo. Os cordis est eius archanum unde pro-
cedit bonum vel malum quod nos mundatur
inquinat ubi gaudia primo percipiunt que post
lingue officio erumpunt. Unde subdit (et lin-
gua)

qua nostra) scilicet corporis repleta est (exultatione) id est iubilatione, per tanta gratia qua saluamur. Sed quia hec gratia per apostolos in gentibus est predicata subiungit.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

Tunc etiam (dicent) aliqui (inter gentes) videntes peccatorum conuersionem ac talem vite emendationem et magnarum virtutum operationem. non autem dicent gentes quod non omnes sed aliqui inter omnes credent qui dicent magnificauit dominus facere cum eis) id est magnam gratiam et magnifica fecit cum fidelibus et magnos eos fecit dominus captiuitate depulsa ab eis hoc fit quando de toto orbe ad ecclesiam curritur. Ita ipsi dicent et nos amestamus quod reuera.

Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.

Magnificauit dominus facere nobiscum) nos enim nobis male fecimus quod sub peccato nos vendidimus vni redemptor nos liberans benefecit magnificauit gratiam suam fecit nobiscum misericordiam liberauit de captiuitate peccati. retraxit de seruitute diaboli. Unum (facti sumus letantes) qui prius eramus tristes et gementes. Sed quia liberati a peccatis indigent confortari ne reciduerint et vt in virtutibus proficiant ideo orat et petit propheta dicens.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Conuertere) o domine) perfecte captiuitatem nostram) qua ad huc tenemur captiui que est sequela ipsius peccati scilicet penitas ad malum difficultas ad bonum (sicut torrens) conuertit (in austro) .i. austro flante qui est calidus ventus quo soluiunt glacies et implentur aquis torrentes vt currant. Sic enim flante spiritu sancto qui per austrum sicut diabolus per aquilonem ventum frigidum significat. solui mur a peccatis et sequelis et abundantes lachrymis currimus in bonis et ad patriam festinamus. Et licet in isto cursu sit labor: non tamen ideo est desistendum quod.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Qui seminant) opa bona opera misericordie (in lachrymis) eo quod laboriosus sit vltimo quod spiritualis seminatio fit in lachrymis et luctu vbi sequitur consolatio sicut carnalis in leticia et gaudio cuius extrema luctus occupat (in exultatione metent) fructum eterne beatitudinis quem colligunt ex seminatis. Quatuor autem sunt conuersionis genera quibus sancti viri afficiuntur

in hac vita plorant enim propter incolatus huiusmodi miseriam quam tolerant vel propter dilationem beatitudinis quam desiderant aut propter mala que ipsi vel alij commiserunt vel propter eterna tormenta que metuent. Sed illud plorare seminare est: fructus huius seminis est leticia celestis. Unde hi tales qui seminant in lachrymis.

Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.

Euntes) id est bonum facientes (ibant) .i. proficiant. euntes enim vadunt qui quotidie proficiendo crescunt (et flebant) de suis et aliorum miseris (mittentes) indeficienter quasi ante se premitentes in illo seculo futuro (semina sua) scilicet lachrymas et queque bona opera quod melius et tutius est vt ante se premissa inueniant que post se mittenda expectent hec igitur semina debemus incessanter seminare quoadiuuiuius quod tempore suo metemus. Unde subdit.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Venientes autem) in futura resurrectione ad iudicium (venient cum exultatione) que debet fieri tibus (portantes manipulos suos) .i. fructum seminis scilicet meritum operum bonorum. Sicut ergo quotidie transeunt terra sic quotidie mittenda sunt semina. Ad hoc enim tempus in hoc seculo viuimus vt interim laborando in bonis operibus seminemus quatenus postmodum fructus eternum recipiamus. Ex bonis enim operibus portabimus nobiscum meritum eorum. vnde recipiamus premium et coronam gaudiorum.

Oratio.

Consolare populum tuum domine et libera nos a captiuitate pessima viciorum vt quod hic in lachrymis serimus te retribuente cum gaudio metamus. Ps.

Psalmus de spirituali domus dei scilicet ecclesie et fidelium edificatio in fide et moribus ac sancta et honesta conuersione: ps. cxxvi.

Si dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam.

Si edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam.

Auctor psalmi propheta dauid. Sed titulus est canticum graduus salomonis et est sensus hic est canticum graduus salomonis .i. leticia de ascensu scilicet de edificatio et profectu ecclesie quam christus edificauit quod hic agit de edificatio domus dei id est ecclesie per verum salomonem facta .i. per christum qui est verus pacificus. vnde hic addit propter so-

lucum salomonis. Non illius veteris qui cecidit sed veri pacifici scilicet christi in cuius figura ille templum sicut iste ecclesiam edificauit. Materia: spiritualis edificatio domus dei scilicet ecclesie in fide et moribus. Intentio monere fideles ascendere et omne bonum omnemque profectum non sibi ipsis sed deo attribuire et ab ipso premium expectare. Sententia in generali propheta in isto psalmo preuidens noui testamenti gratiam scilicet ecclesiam et populum dei per doctrinam in fide et moribus edificandam custodiendam et irrigandam docet ne quis de his vel alijs quibuscumque bonis quicquam propter virtutes sed domino largitori ascribat et vt nullus de se presumat quasi sine diuino auxilio aliquid possit. loquitur etiam de sanctis ecclesie doctoribus et de eorum fructu ac premio in presentia et futuro. Octauus gradus in figura noui testamenti quod octonario numero significat est leticia. De ascensu scilicet de edificatio et profectu ecclesie quam christus edificauit. Sententia in speciali. Ne quis ergo illius veteris salomonem vel alium edificatorem acciperet ait (Si dominus) .i. christus (edificauerit) interiorum (domum) .i. ecclesiam suam scilicet populum suum in fide et moribus (in vanum laborauerunt) retores et predicatorum foris loquentes (qui edificauerunt eam) ipse est enim virtus principum paliter interiorum operans nos vero organa: ipse est artifex nos instrumenta. ipse est dominus nos ministri. Ipse aspirat interiorum. ipse intellectu aperit: ipse monet: ipse terret: ipse ad fidem sensum nostrum applicat: ipse solidat in fide: erigit in spe: consummat in caritate. quod nec quod plantat est alius quid necque qui rigat sed quod incrementum dat deus. Et quia egit de edificatio subdit de custodia dicens.

Si dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Si dominus) qui non dormit nec dormitat et non permittit suos tentari supra vires custodierit) in fidei puritate et morum honestate (ciuitatem) id est ecclesiam et congregationem fidelium postquam fuerit edificata vt edificata daret et profeceret (frustra vigilat qui custodit eam) contra hostes et inutile est omne studium humanum. Ecce de domo transit ad ciuitatem que plures habet domos vt nec in singulis nec in munita collectione sit presumpcio. Et hec quidem domus et ciuitas vna est ecclesia quam vtrique significant. Si ergo volumus custodiri ab illo qui humiliter est propter nos et exaltatus est ad custodiendos nos: humiles simus. deinde ne aliqui vellent exaltari ante humilitionem conuersus ad il-

los et specialiter ad predicatorum ait. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis: quia manducatis panem doloris.

Vanum) et inutile (est vobis ante lucem) id est christum qui est lux nostra (surgere) id est aliter et alio ordine velle exaltari quam ipse christus qui prius humiliatus quam exaltatus fuit et per passionem ascendit sic et tu si vis exaltari humiliter te hic per afflictiones penitentiae. ante christum enim surgit qui se christo preponit quod facit qui vult esse excelsus vbi ille fuit humilis. Sic ergo humilis qui vult ibi esse excelsus vbi christus excelsus est. Alii subdit (surgite) .i. surgetis vel exaltari desiderate (postquam sederitis) id est humiliati fueritis (qui manducatis panem doloris) id est qui penitendo de peccatis in dolore panem et vinum manducatis vel qui gemitis in hac peregrinatione et in valle plorationis de afflictione vos reficitis quibus facte sunt lachryme panes die ac nocte. Bonorum ergo est surgere et exaltari post sessionem humilitionis ac letari post panem doloris quia.

Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas domini: filij merces fructus ventris

Cum dederit dilectis) et electis (suis somnum) mortis (ecce hereditas domini) scilicet (filij) renati ex aqua et spiritu sancto qui tales sunt (merces fructus ventris) id est sunt merces reddita domini christo qui est fructus vteri virginalis quia eos acquisiuit per obedientiam passionis. Vel specialiter ad predicatorum ait vanum est vobis ante lucem surgere) id est ante illuminationem diuine gratie et notitiam veritatis ad opus spirituale faciendum quasi de vestra virtute presumendo sed (surgite) ad edificium spirituale postquam sederitis) id est ad modum sedentis vos habueritis humiliter gratiam dei spiritalem scilicet operatricem expectando (qui manducatis panem doloris) id est vos ecclesie ministri qui sustentamini de elemosinis penitentium et dolentium de peccatis suis quod (cum dederit dilectis suis ecclesiam verbo et exemplo edificantibus) (somnia) scilicet mortis ecce hereditas domini) scilicet (filij) id est fideles edocti ab ipsis in fide et moribus quod dicunt eorum filij et sunt hereditas domini et (merces) eorum eterna est (fructus ventris) id est christus qui est fructus ventris virginalis. Vel (fructus ventris) ecclesie qui sunt eorum merces et corona. Deinde ostendit quomodo collecti et acquisiti sunt hi filij et vnde facta est terra bere

ditas scz per sagittas. quia

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussozum.

Sicut sagitte sunt in manu alicuius potentis hominis ut cas de arcu excutiat mittat ad feriendū que parate sunt ad aduersarioꝝ destructionem (ita filij) id est imitatores excussozum. i. apostoloꝝ qui p manu christi excussi et missi vsqz ad fines terre perueniunt. filij in quā ab eis edocti parati sunt et apri ad hereticos et quoscuqz aduersarios veritatis ferendos et de bellandos. vel apostoli et doctores dicunt excussi quasi ad terrenoz omniū impedimentoꝝ cupiditate expediti et ad prelium accincti. Vel pphete qui tenebant clausa et abscondita sacramenta excussi sunt a p̄dicatoꝝ dño aperiēte ea. et ita apostoli sunt excussoꝝ filij qui a manu domini vsqz ad fines terre sunt missi. Et sic per tales collecti sunt filij et acquisita est hereditas ergo.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundet cum loquetur inimicis suis in porta.

Beatus vir est ille (qui impleuit desiderium suum) spirituale (ex ipsis) sagittis id est predicatoribus seu verbis doctrine corū. seruando qd illi predicauerūt. Quod facit qui nō amat seculum nam qui desiderio seculi plenus est nō est quo intret quod illi predicauerūt. Et vere beatus est (qz non confundet) nec erubescet sermones dei (cum loquetur inimicis suis) scz iudeis gentilibz: hereticis: falsis christianis et omnibz ecclesie et veritatis aduersarijs eos potenter arguendo (in porta) id est in cōmuni et in manifesto vt omnes nouerint quid loquat sed bene uiuendo et recte docendo confundet ipos inimicos. Is enim sine cōfusione predicat quem uita et doctrina commendat.

Oratio.

Domoz spiritualiū edificatoꝝ deus vt nos custodias deprecamur imple in te desiderium nostrum vt electis tuis nos adiūgi p̄cipias. P. d.

Psalmus de enumeratione aliquoz bonoz operum deum timore casto et filiali timentū et de benedictione eozꝝ vt consequant bona regni celoꝝ.

ps. cxxvij.

Etati omnes qui timent dominū: qui ambulant in uis eius.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus can-

ticum graduū vt supra. Materia enumeratio aliquoz bonoz deum timore casto timentū. Intētio monere deū timore casto timere. Sententia in generali ppheta in isto psalmo bona qua timore casto deus timentiū enumerat eisqz benedicit et bene optat vt eterna bona psequantur. Bonus gradus est vt pacificus caste timeatur qui solus edificat custodit et exultat. Sententia in speciali ad timorem ergo dei monens aut (Beati) qui sunt in spe (om̄s qui timent dominū) timore filiali et casto sed miseri sunt qui mundana timent et subiūgit qui sunt illi qui timent dñm scz (qui ambulant in uis eius) p̄ficiendo in p̄ceptis ipsius. puta qd a fide spe et charitate iusticia patientia et hūilitate ceterisqz uirtutibus non discedunt ac mandatis eius obediunt. iste enim sunt uie que ad deum et ad salutem pducunt. Gregorius dicit. qd tot uias nobis christus ostēdit quot exempla bonoz operum nobis tribuit. A pluribz cepit dicens beati sed qz omnes unum sunt in christo singulater iam loquitur dicens.

Labores manū tuarū qz manducabis: beatus es et bene tibi erit.

Labores manū tuarū qz manducabis) o tu qui times dñm. i. fructus operū tuozꝝ percipies in uisione et fruitione diuina. Nam laboriose in mundo per uias dei incedit qz arta uia est que ducit ad uitam sed hic labor eternis fructibus adimpletur cum homo pane illo celesti locupletat (beatus es) iam in presenti in spe (et bene tibi erit) in futuro in re uis omnia bona cōfluunt ad gaudiū suauitatis. ita beatus es om̄s timens deum et laborans in p̄ceptis eius implendis qz.

Uxor tua sicut uitis abundans: in latibus domus tue.

Uxor tua) id est sapientia diuina tibi infusa et in sponsa tibi tradita erit (sicut uitis abundans) fructibus (in latibus domus tue) id est spiritualibus filiis multos in fide et moribz edocēs et edoctos piens et nutritis in habitaculū christiane religionis. hec etiam uxor vt uitis uuas iocundas: fructus bonoz operum edicit eis in ecclesia ad edificationē alioꝝ vt imitent abundantat. Et.

Filij tui sicut nouelle oliuarū in circuiitu mense tue.

Filij tui) de tali uore geniti id est discipuli tui scz spiritualis doctrine sic in fide et moribz edocti et imitatores tui sunt (sicut nouelle oliuarum) id est oleo charitatis inuncti uirentes et fru-

ciferi alios in fide et moribz nutrites qz nouelle oliue uiridiores et uberiores sunt in fructu (in circuiitu mense tue) id est sane doctrine et in formationis tuerbi cibo et potu spirituali reficiuntur vt inde alios reficiant. in circuiitu mense dominice scz sacre scripture quotidie sedere et ex ea cibum uite sumere debemus ne in uia deficiamus. Vel (filij tui) id est opera sunt (sicut nouelle oliuarū) qz uirent oleo charitatis inuncta et sunt in circuiitu mense tue) qz qui talia opera faciūt pane celesti reficiunt. Super hunc locū dicit Aug⁹ qd columba portauit ad arcam ramum oliue cum folijs et fructu ad significandū qd iustus non debet habere uerba sine operibz. Deinde sequitur cōclusio beati.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Ecce sic) vt sequitur (benedicet homo) id est benedictio ab alijs sibi imprecabilis qui timet dñm nō mundū et laborat aliter nō. q. d. si quis quare hoc ecce ex timore dñi. Sic enim benedicet omnis homo qui timet dñm et his uirtutibus locupletat diuitijs. Et sequit benedictio ubi ex pietate postulat benedicti timentes dominū et optat eis bona que non sunt malis cōmunia dicens.

Benedicat tibi dominus ex syon: et uideas bona hierusalem omnibus diebus uite tue.

Benedicat tibi dñs) benedictōne que est (ex syon) celesti id est benedictōne eterna (ex) ibi positus nunc spe postea re uideas bona nō que transeunt sed bona (hierusalem) scz superne que desiderasti (omnibus diebus uite tue) id est semper et eternaliter bona enim eterna semp uidebunt sed nō ista cumulus enim bonoz est eternitas Ergo talia bona desiderata que per om̄es dies uite tue uideas. i. vt cū ipsis in eternū uiuas.

Et uideas filios filioꝝ tuozꝝ: pacem super israhel.

Et uideas) scz in eterna beatitudine (filios filioꝝ tuozꝝ) id est fructū et retributionē capias bonoz operū tuozꝝ scz uitam eternam vel eos qui de doctrina tua in christo fidei moribz generant. Unde habebis aureolā et vt breuiter omnia comprehendā uideas (pacem super israhel) id est super totum pplm christianū. Ecce omnia ista bona vno nomine pacem nominant. Ad illam pacem perueniunt qui et hic pacifici fuerunt.

Oratio.

Timentibus nomen tuum domine beatitudinem largire perpetuam: vt talis nobis actio talisqz sit uita que celsum de bonis fructibus me

ritum reportet ad sidera. Per dñm.

Psalmus de ecclesie psecutione et inter malos patientia ac de maloꝝ persequentiū deiectōe et damnatōe futura.

ps. cxxvij.

Epe expugnaue

runt me a iuuentute mea: dicat nūc israhel.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus vt supra. Materia ecclesie psecutio ab iniūo. Intētio monere fideles ad patientiā. Sententia in generali ppheta in isto psalmo hortat ecclesiam vt persequentes et turbantes eam scandalis uel molestijs patienter toleret nec turbet quasi nouum hoc sit qz a principio semper fuit nec tamen ex toto ecclesia succubuit subuigens persequentiū et turbantiū futurā damnationē. Decimus gradus est vt qui caste deum timet p eo omnia patienter ferat quod nunc expedit ecclesie inter malos. Sententia in speciali: ecclesia ergo quasi respondeat querelis infirmoz murmurantiū qd tot mala ferant ait (Sepe) et frequenter (expugnaue rūt me) matrem diabolus iniqua suggestionē. hereticus uerbis astucie. tyrannus armis potentie falsus frater dolo inuidie et nequitiē. Ab his enim quattuor ecclesia impugnatur hoc a iuuentute mea) ex quo cepit ecclesia id est a primo tempore etas mee scilicet ab abel et istud (dicat nūc) dum licet (israhel) id est populus uidens deum p fidem vt alij instruantur. Quasi dicat ecclesia deum fide cōtemplans monendo suos ad patientiā. O filij nolite mirari ad ista quasi noua que iam diu sustinuitis et ne turbemini nec timeatis sed cum senectus expugnaue cōsolemini de preteritis qz nunquam cessauit iusticia patiens. et iniquitas premens. dicat inqz.

Sepe expugnaue rūt me a iuuentute mea etenim non potuerunt mihi.

Sepe expugnaue rūt me a iuuentute mea) Unde statim cum incipit homo uelle benefacere p̄ficere impugnatur. Repetitio notat passionum frequentiaz et infinitatē vel manifestaz psecutionē et occultaz. Ideo autem expugnaue rūt me quia non consensit eis ad malū unde subdit etenim non potuerunt mihi) scz preualere vt me traherent in p̄sensum peccati deo me conseruante. Ergo qui israhel est ille potest dicere qz impugnaue omni tpe sed non ei hec pugna preualet qz dñs p eo pugnat. Et cum pacem non possent nocere.

Supra dorsum meū fabricauerūt petō

res: plongauerūt iniquitatē suam.

Supra dorsum meum) et retro (fabricauerunt) et mala accumulauerūt (peccatores). i. p. secutores. hoc est nisi sunt occulte mihi nocere ut qui a facie venientes viderent a tergo nō sentiantur. vel nō nocuerunt mihi qz (supra dorsum meū fabricauerūt peccatores) nam cū crebris tribulationibz affligerent me ego faciem mentis cōuertens ad dñm: dorsum ad seculū mala corz respicio retro quasi quipendens et equanimiter tolerans: sicut sepe expugnauerūt me ita et diu qz (plongauerūt) et in longū praxerunt (iniquitatē suam) peccatū peccato adiungentes qz nō sunt momentanee corz insidie sed diutine. Sed quid eos sequit.

Dñs iustus cōcidet ceruices peccatorz: cōfundant et cōuertant retro: sūz omīs qui oderunt syon.

Dñs iustus scdm iusticiā (concidet). i. conteret et succidet (ceruices) et ceruicositatē (peccatorū) et maloz. i. destruct superbiā impiorū ceruicosos et supbos malis granibz suis humiliando. Talis est fructus superbie qz humilitas habet gloriā sed superbia confusionē. Unde subdit (confundant) sera cōfusione tanqz vici a deo (et conuertant retro: sūz) recedendo ab eo (omnes qui oderūt syon) id est ecclesiā futura speculante et iustoz cōgregationē quam non tñ manifesti psecutores sed etiam qui sic ete intrant oderūt. Qui enim nolunt obseruare verbū dei oderūt ecclesiam. Tunc autem erit iniquoz confusio quando et foris eternus iudex cernitur et intus ante oculos culpa versat. Tunc conuertent retro: sūz quando tollent ne videant gloriā dei et mittent in ignē eternū.

Fiant sicut fenū tectoꝝ: qd̄ prius q̄ euelatur exaruit.

Fiant etiam) sicut fenū tectoꝝ) quod in alto scz in tectis nascit sed radice pingui et firma non solidatur (quod prius q̄ euellat) et carpat (exaruit) et exsiccatū est id est post modicū virorem etiam nō euulsum citius arefcit et deficit et in hoc penit ppheta quod pspertas psequentiū et odientū ecclesiam qui in culmine supbie nascuntur vbi non solide stant cito transeat et deficiat. feno ergo tectoꝝ comparant mali et ficti qui alta quidem appetūt sed in radice firmi nō sunt quia transitoria sunt que cōcupiscunt qui etiam sepe antequam de vita tollant aridi sunt ab humore gratie et disperiunt.

De quo non implebit manū suam qui metet: et sinū suum qui manipulos colliget.

De quo) scz feno arido (non implebit manū suam qui metet) qz tenuiter et sparsim et sine condensatōne crescit (et sinū suum) nō implebit (qui manipulos colliget) qz nec in tanta copia crescit nec utilitas eius tam magna est qz aliquis colligere illud velit sic erit de istis malis et aridis quando venerint messores angeli collecturi triticū in hozre: celestis mansionis quia non colligent bonum fructuz ex eis quia nullus reperit in talibus sed eos tanquam puluerem et palcā inutilem gebenne derelinquunt incendijs de quibz adhuc subiungit.

Et non dixerunt qui preteribant benedictio dñi super vos: benediximus vobis in nomine dñi.

Et non dixerunt) malis et reprobis illi (qui preteribant) scz patriarche pphete apostoli et ceteri viri sancti qui per vitam istam currendo ad patriam transierunt non dixerunt inq̄ istud scz (benedictio dñi) sit (super vos) quia sunt ea in digni et similiter non dixerunt talibus (benediximus vobis in nomine dñi) qz nouerunt eos maledictos. Consuetudo erat in gente iudeorum ut si quis transiret et videret aliquos facere aliquod opus in agro vel in vinea vel aliud eiusmodi non licebat transire sine benedictōe. Illi ergo qui per istam vitam ad celestem patriam transierunt benedixerūt illos in quibus radicem charitatis et bona opera viderunt sed non eos quos in tectis cernere et in ceruice superbie viderunt. Nulla enim scriptura inuenitur que de illis bona loquat sed equa omnia de eis mala dicunt. Isti transeuntes si bene viuimus benedixerunt nos. Omnes enim bene viuentes benedicunt non in nomine suo sed in nomine dñi a quo omnia bona dicunt esse nō a se ipsis. Bene ergo viuamus et male viuentes equanimiter toleremus ut ab omnibz sanctis benedici in nomine dñi valeamus.

Oratio.

Ab omnū impugnationū nequitijs ecclesiam tuam domine dextere tue protectōne defende ut inimicis retro: sūz conuersis factis a te benedictionibz repleat. Per dñm.

Oratio et clamor vere penitentis p liberatione a peccatis et miserijs allegatio qz magne misericordie dei miserētis.
ps. cxxix.

Ex profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus ut supra. Materia oratio vere penitentis p liberatōne a peccatis. Intentio: monere homines ad penitentiā. Sententia in generali: ppheta in isto psalmo in psona vere penitentis clamat ad dominū ut a peccatōz profundo liberet eum allegans ipius magnā misericordiā unde sperat cōsequi veniam. Undecimus gradus est penitentialis supplicatio. qui cōgrue post predictos gradus ponitur qz nec timens deus nec omnia ferens dignū se penitus sentit christo qz in corpore nullus est sine peccato et ideo vna securitas est precibus inclinari. Sententia in speciali: hic ergo penitens sciens se esse in profundo a simili one clamat dicens. (De profundis) scz peccatoꝝ et maloz seu de magnis tribulationibz p peccatis. Vel (de profundis) id est a profundo cordis de alta humiliatōne mentis ab intimis anime et spiritus (clamauit) orando corde et ore (ad te dñe) q̄ solus potes me liberare (dñe exaudi vocem meam) id est orationē mei peccatoris que de profundo ad te pueniat. deinde alijs verbis idez repetit et precibz deum placat ut clementer audiatur dicens. Et.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Fiant aures tue intendentes) id est auditus pietatis et misericordie tue intendat (in vocem deprecationis mee) ut meam penitentiā diligenter audiat et clementer impleat. pietas et misericordia sunt aures dñice quibus nos peccatores dignat exaudire. Tunc autē dñs intentas aures habet nostris orationibz quādo nos intenta mentes deuota preces ad ipsum fundimus. Sed illam orationē deus nō exaudit cui ipse qui orat non intendit. De quo autem profundo clamat ostendit dicens.

Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit.

Si iniquitates obseruaueris dñe) ad iudicandum et puniendū eas scdm quantitātē culpe et rigore iusticie (dñe quis sustinebit) te iudicem vindicantē si nobiscū seuerus iudex agere volueris nō misericors pater quis stabit in iudicio ante oculos tuos. q. d. nullus. qz vix alius quis sine peccato reperitur. Si ergo nō est castum cor quod presumat de sua iusticia presumat omnū cor de dei misericordia et dicat deo. Nullus potest te iudicem sustinere sed tamē de tua misericordia nō despero.

Quia apud te ppiatio est: et ppter legem tuam sustinui te dñe.

Quia apud te ppiatio est) scz sacrificiū qd̄

p nobis oblatum est et peccata soluit scz innocens sanguis p nobis fusus et oblatum delens omnū peccata nocentiū (et ppter legem tuam) scz euangelicā que est lex charitatis et amoris misericordie et gratie et pmitit vere penitentiā veniam de peccatis (sustinui te dñe) expectando beneficiū et effectuz tue misericordie in speci longanimitate qz dignatus es legē misericordie afferre et omnia peccata dimittere. Et conuertens se ad auditores dicit nobis ad edificationem quid egerit.

Sustinuit anima mea in verbo eius sperauit anima mea in dño.

Sustinuit anima mea) id est patienter tulit dilationē consolatōnis pmissē (in verbo eius) quod penitentiā veniā et regnū pmitit et reddit qz nō fallit. Securi ergo in eius verbo speramus qz falli nō possumus. Unde ait (sperauit anima mea in dño) id est in misericordia eius q̄ est immense pietatis et clemētie et potens est ab omni malo liberare. Et qz sperauit ideo sustinuit. Nam spes fortitudo patientie est. Ideo enī sancti viri patientes sunt in tribulatōe qz gaudent in spe. Deinde iam dicit quid facere debeamus.

Custodia matutina vsqz ad noctē: speret israel in dño.

Custodia matutina vsqz ad noctē) id est a mane iuuentutis vsqz ad noctem mortis (speret israel) id est plus videns deum p fidem formatam hoc est omīs fidelis (in dño) misericordiam eius expectando. Aliter enim nō valet nisi vsqz ad finem speret qz qui plenerauerit vsqz in finem hic saluus erit. Nam si non vsqz ad finem speraueris delectur totum quod speraueras. Ab illa ergo hora matutina qua in vineā dñi locatus est fidelis spem suam in illam defigat horam qua denariū mercedis accipiat ab eo quod ei lumen veritatis illuxit indefinenter celestia contemplet. Ideo autem speret.

Quia apud dñm misericordia et copiosa: apud eum redemptio.

Quia apud dominū) est misericordia in relaxatione peccatoꝝ. Ergo si premimur peccatis nostris non desperemus quia adest misericordia dei parcens nobis (et copiosa) id est sufficiens immo supereminens (apud eum) est redemptio) scz sanguis preciosus quia non auro neqz argento sed precioso sanguine suo nos redemit quia totus mūdi peccata delcuit. Copiosa fuit redemptio nostra quantum ad id per quod redempti sumus scilicet passionem christi sanguinis effusionem que multiplex fuit et

quantum ad id a quo sumus redempti et quantum ad effectum redemptionis quia liberati sumus a culpa actuali et originali et a pena tam corporis quam anime et quia ad salutem omnium ac totius mundi sufficit.

Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Et adeo est copiosa quod ipse redimet id est liberabit tanquam precium redemptionis (israel) id est populum fide formatam videntem deum (ex omnibus iniquitatibus eius) ut non referantur ad vindictam. Qui non commisit peccatum ipse potest redimere a peccato. Non ergo timeas accessurus ad deum aliquas iniquitates tuas tantummodo accede pleno corde desine iam facere que faciebas et de profundo clama ad dominum observa illum et expecta et sustine propter legem ipsius quia multa apud illum redemptio.

Oratio.
Intendant quesumus domine pietatis tue aures in orationes supplicium quod apud te est propiciatio peccatorum ut non observes iniquitates nostras sed ibi partias nobis misericordias tuas. p. d.

Psalmus de humilitate interiori cordis et exteriori corporis et operis et de spe continua semper et iugiter in domino habenda.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Auctor: psalmi propheta david. Titulus ut supra. Materia: humilitas interior cordis et exterior operis. Intentio: inducere fideles ad humilitatem. Sententia in generali: propheta in isto psalmo exemplo suo docet humilitatem obstringens se maxime pene maledicto si non extiterit humilis intus et extra et si aliquid iactantiae in eo fuerit. hortatur etiam israel populum scilicet fidelem iugiter sperare in domino quatenus seculi aduersari valeat tolerare. Duodecimus gradus est humilitatis quam intus et extra hic se habere ostendit. Sententia in speciali: ostendens ergo se humilem intus et extra ait o domine cum ad totum et tantum gradum virtutum promotus essem (non est exaltatum intus (cor meum) per superbiam scilicet motum superbie interiori. Minus dicit scilicet non est exaltatum) et plus intelligit scilicet humiliatum est cor meum quod est deo sacrificium. Sacrificium ergo deo obtulit quando dixit (neque elati sunt) extra (oculi mei) per elationis apparentiam que maxime reuellet in oculis id est signum superbie exteriorius non ostendi. In superiori parte corporis sunt oculi et superior corporis sensus est visus. A digno

ergo corporis parte ceteras partes et etiam actiones motus et omnia que sunt in homine possumus accipere in quibus etiam vicium elationis sicut in oculis aliquando apparet deinde postquam ostendit qualis fuerit in corde et corpore ostendit qualis fuerit in actione dicens.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Neque ambulavi superbiendo (in magnis) id est non in excessu in his que magna videbantur hominibus ostendendo superbiam in apparantibus et pompis vel iactando me de magnis sicut ille phariseus qui se de suis iactabat operibus. In magnis etiam ambulare est in virtutum operibus animam per superbiam eleuare (neque in mirabilibus super me) id est transcendentes statum meum hoc est non quesivi innotescere hominibus quasi in mirabilibus que erant supra vires meas unde me iactare apud eos. Hec enim sunt propria superborum. Deinde aperit quod humilis in scientia fuerit qui quandoque inflare consuevit dicens.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.

Si non humiliter sentiebam ut videret mihi quasi sapiens et inde extolleret et superbiere presumendo de me et viribus meis (sed exaltaui) superbiendo (animam meam) altiora me querendo et plus quam oportet sapiendo ac maiora quam sint de me sentiendo. Qui enim tales sunt viri ad humilitatem perungunt quod secundum Gregorium valde difficile est ut is qui se sapientem estimat mentem ad humilitatem reducat. Vel (si non humiliter sentiebam) beneficia mihi data a deo recogno-scendo (sed exaltaui animam meam) me de ceteris quasi ex me habere eleuando. Si inquam non est ita et.

Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Sicut aliquis incumbens (super matrem suam) id est indigens adhuc foueri sinu et lacte matris committat et perit si sic (ablactatus) id est a lacte matris separatus quod mater subtrahit ab eo mamillas (ita) fiat (retributio in anima mea) id est punitione in persona mea ut scilicet a deo subtrahat mihi omnis gratia et consolatio diuina et peream. maledicto se obstringit si a superbia se non cohibuit sic enim dicere solemus quando de causa bene confidimus vel est predictio non operatio. ultimo concludit dicens. Et quod ego ita ago ergo meo exemplo.

Speret israel in domino: ex hoc nunc et usque in seculum.

Speret israel. id est fidelis fide formatam deum

videns (in domino) faciendo sicut ego qui vere me humiliavi et in deo speravi. speret inquam in domino non presumat de se (ex hoc nunc et usque in seculum) id est hanc spem continue et semper sine fine habeat quousque ad eternitatem veniat quod postea non erit spes sed res fides enim et spes transiit nam quod credimus videbimus et quod speramus tenemus charitas atque manet in eternum propter quod et maior horum dicitur. docet ergo ut nullo sine tempore spes nostra claudat ut per spem patris cui bona futuri seculi capiamus.

Oratio.
Ne permitas nos exaltari in superbis seculi omnipotens pater sed qui mitis es et humilis corde: doce nos humilibus tibi placitis consistere. Per do.

Psalmus de bono desiderio pro edificatione domus dei spiritualis scilicet ecclesie in moribus et fide et de huius desiderii impletione.

ps. cxxxii.

Ememento domine

dauid: et omnis mansuetudinis eius. Auctor: psalmi propheta david. Titulus ut supra. Materia: edificatio ecclesie in moribus et fide. Intentio: monere ut nos ipsos et alios edificemus domum domini iuxta illud templum dei sanctum est quod estis vos. Sententia in generali: propheta in illo psalmo declamat bonum desiderium de edificatione ecclesie in moribus et fide et precatur pro eius impletione. In hoc tredecimo gradu iam humilis et mansuetus satagit de edificatione spiritualis domus dei. ut et david ad litteram sollicitus fuit de materiali. Et progre post gradum humilitatis agit de edificatione domus quod per humilitatem efficit aliquis domus dei. Unde alibi super quem refert spiritus meus nisi super humilem et quietum. Sententia in speciali: volens ergo edificare domum domino ait in persona totius christi (Ememento) o domine pater (dauid) spiritualis manu fortis et supponit causam dicens (et omnis mansuetudinis eius) qua vicit diabolum et inimicos ecclesie. Illi sentiebant: iste sufferebat: vicit qui sentiebant: vicit qui sufferebat: ad litteram david rex ille valde mansuetus fuit sed non de illo hic agit immo de eius significato. david enim interpretatur manu fortis et per illum typice significatur totus christus scilicet caput et corpus cuius humilitas et mansuetudo hic commendatur christus manu fortis ad bellandum mansuetudine vicit aduersarios et in ista mansuetudine corpus christi quod est ecclesia vicit inimicos. Sic manu fortis vincat operando. Ad hoc autem memento ut impleat.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.

Sicut iurauit domino id est firmiter promisit (et votum vouit) et deuotione et bona voluntate (deus iacob) Ideo dicit deus iacob ut nos simus spiritualiter iacob si deum volumus habere adiutorem. Iacob enim supplantator dicitur et ille est iacob qui vicia supplantat. q. d. ita memero dauid ut impleat quod deo promisit. nemo presumat viribus suis se reddere quod vouerit. Qui te hortatur ut voucas ipse adiuvat ut reddas vouit autem ecclesia ut sit domus dei quo nihil gratius potest deo offerri vouet etiam quilibet fidelis anima ut faciat in se domum domino cum renunciat diabolo et pompis eius in baptismovum ex persona ipsius ecclesie consequenter ostendit que iurauit et vouit domino dicens.

Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei.

Si introiero id est non introibo hic enim ponit si pro non (in tabernaculo domus mee) ut intendens rebus meis querat que mea sunt non que dei et satisfactam priuati voluntati mee id est mea et propria attendens ea que dei sunt non postponam sciebat se priuato impediri et proprio ne fieret locus deo (et si ascendero) id est non ascendam (in lectum strati mei) ad quietendum id est non acquiescam carni nec sequar voluptates eius. In primo scilicet (si introiero) notatur superbia. in secundo scilicet si ascendero concupiscentia carnis. in tertio quod sequitur scilicet si dedero concupiscentia oculorum.

Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem.

Si dedero id est non dabo (somnia) id est vanam et carnalem delectationem (oculis meis) scilicet metis Terrene felicitates somnia sunt quod cito transeunt in quibus dormire et torpere non debent qui locum domino inuenire volunt (et) ut plus dicatur non dabo (palpebris meis dormitationem) ut nunc ad talia inclinet nunc erigar quod minus est quam dormitio. somnum oculis dat et dormit qui terrena et felicitates seculi concupiscit non dormit sed dormitat quod modo retrahit a terrenis modo inuoluitur illis et quasi qui dormit caput crebro inclinatur et releuat. Sic etiam dormit qui peccat et non penitet. dormitat qui vices peccandi et penitendi alternat. obdormit qui in peccato moritur.

Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domini tabernaculum deo iacob.

Et ut ad hoc plus dicam si desidero id est non dabo (requiem temporibus meis) tali parti capi

is unde somnus venit ad oculos. Cum cepit
rit te aliquid tpale delectare ad peccandū iam
grauant tibi tpa. Noli te dare tali delectatōni
maiores enim dolores habebit q̄ suauitates.
Et ea cogitatōne quasi conficans frontem ex
cutis somnūz paras locū dño Si enim nō de
deris requies temporibz tuis nō venit somnus
hec igitur omnia non faciam (donec inueniāz
locum dño) in me vbi requiescat qui super hu
mitem requiescit. q. d. nō faciā illa predicta sed
istud scz (inueniā locū dño) in me ipō (taberna
culum deo iacob) qd idem est. i. eccliam presen
tem fundatā et firmatā. hoc est me ipm faciā lo
cum dño z edificabo eccliaz in qua militandū
est deo. Ecclesia scdm pntem statū vbi lucta est
et pugna dicit tabernaculū in quo militatur in
futuro erit domus in qua pausabit. In taber
naculo qd militantiūz pugnantiū est geminū
et laboramus in domo gaudebimus z lauda
bimus. Vel ex psona cristi capitis potest le
gi ab illo loco (Si introiero). q. d. Jurauit da
uid. i. christus dicens. (Si introiero in taber
naculū domus mee) scz celestis habitatiōis et
(si ascēdero in lectū strati mei). i. ad dexterā pa
tris vbi est requies z finis laborū. z (Si dederō
somnia oculis meis). i. requie triduanē mortis
Deinde alijs verbis idem repetit (et palpebris
meis dormitatōne et requie tpi) meis donec
inueniā locum dño tabernaculū deo iacob). i.
donec ecclesia sancta predicatione sit fundata.
hoc pmissit totus christus z impletū est. Nam.

**Ecce audivimus eam in effrata: inueni
mus eam in campis silue.**

Ecce audivimus eam) scz locum seu deum
vel eam) scz sedem dñi seu eccliam (in effrata)
id est in pphetis speculatoribz futuroz (inueni
mus eam) Vel (eam in campis silue). i. in hu
milibus gentibz incultis. Effrata hebraice di
citur speculū latine. speculū d̄ppe imaginē ha
betz omnis ppheta imagoz figura est futuroz
campi autē silue sunt humiles gentes inculte.
Quod ergo audivimus in effrata inuenim⁹ in
campis silue qz quod predicatū est in imagine
pphetie iudeis manifestatū est in fide gentibus
Nec tm̄ inuenimus sed pseuerando in militia
etiam.

**Introibimus in tabernaculū eius: ado
rabimus in loco vbi steterūt pedes eius**

Introibim⁹) p fidem (in tabernaculū eius)
scz dñi dei iacob nos qui in vna domo ecclesie
per dñm aggregamur z p charitatē viuus lapi
dibus z sanctis compaginamur z tūc domus
dei efficiamur z a deo habitamur et etiam a deo

id ē debito cultu dñi venerabimur (in loco vbi
steterunt pedes eius) scz dei. i. in quo p̄dicatōes
aplice audiunt z stabilitas fidei quaz credim⁹
reperit que tanq̄ pedes sustentant totū corpus
ecclie recte aut prius introire postmodū adora
re se p̄hibet qz cum qui extra domū dei rema
net vt qui charitatē nō habet deus ad salutem
non exaudit. Et qz omnia p celestis patrie re
quie habēda facere debemus recte subiūgit.
**Surge dñe in requiem tuam: tu et arca
sanctificationis tue.**

Surge) o (dñe) a morte z inferis reuertere
(in requiem tuam) ascendendo in celū et nō so
lum tu sed (tu) p̄mo z deinde (arca sanctifica
tionis tue). i. vniuersa ecclia z te prius exalta
to exaltet postea ecclia quaz figurauit arca noe
vel testamenti que adhuc in multis carnalibz
lata est in paucis spiritualibz angusta. non aude
ret sibi resurrectionē p̄mittere corpus nisi prius
resurgeret caput. Et bene arca sanctificatiōis
ecclesia dicit qz ab ipō sanctificat a quo z redi
mitur. Unde subdit. Et te eunte ad patrem.

**Sacerdotes tui induant iusticia: et san
cti tui exultent.**

Sacerdotes tui) scz regale sacerdotiūz (in
duantur) et muniant (iusticia) fidei. i. fide qz ius
tus ex fide viuut vt in vita iusticie munia non
sancient a iaculis inimici. qz scdm gregoriū si
cut vestimentūz a frigore sic iusticia defendit a
morte (et sancti tui). i. membra tua accepto pi
gnore spiritus sancti (exultent). i. letent testimo
nio bone conscientie spe resurrectionis que pre
cessit in capite sic accepit eosdem sacerdotes z
sanctos scz fideles quibz dicit vos estis genus
electū regale sacerdotiū. gens sancta: p̄pls acq̄
sitionis. Vel (sacerdotes tui). i. prelati ecclesie
(induant). i. vndiqz circūdent (iusticia) z alijs
virtutibz z inde (sancti tui). i. minores z subditi
fideles (exultent) te laudando. Sed iam rogat
deus p reliquijs israel cum subdit.

**Propter dauid seruum tuum: nō auer
tas faciem christi tui.**

Propter dauid seruum tuum). i. ppter illum
qui de semine dauid formā seruile suscepit (nō
auertas) penitus a iudeis o deus pater (faciem
christi tui) Quia enim christus facie suā auer
tit a iudeis a quibz crucifixus est z cōuertit ad
gentes rogat pater ppter reliquijs israel vt sal
ue fiant qd iam in pluribz impletū est. Nota qz
ait ppter dauid ac si diceret mei etiam memen
to vt ppter me z pmissione mibi factaz iudeos
funditus non repellas. Et bene dicit ppter da
uid seruum tuum qz.

**Jurauit dñs dauid veritatem et nō fru
strabitur eus: de fructu ventris tui ponā
super sedem tuam.**

Jurauit dñs). i. per semetipm firmavit et cer
titudinalit̄ pmissit (dauid) illi actuali (vitatē) p
missionis implende (et) deo nō (frustrabit eū)
decipiendo in pmissio. Jurauit inq̄ d. de fru
ctu ventris tui). i. filiū virginis nauiz de stirpe
tua (ponam) regem (super sedem tuā) iudaice
plebi spiritualit̄ p̄sidentēz iuxta illud z dabit
illi deus sedem dauid patris eius qz quos da
uid rexit t̄paliter eos christus rexit spiritualit̄
Et non tm̄ illū ponā sup sedem tuā sed etiam.

**Si custodierint filij tui testimētū meū:
et testimonia mea hec que docebo eos.**

Si custodierint filij tui). i. homines ex te na
ti (testamentū meū). i. pactum (et testimonia). i.
precepta (mea hec que docebo eos) nō que ipsi
sibi cōstituant sicut legūt de scribis et phariseis
qui plus innitebant adinueniōibz suis q̄ dei
preceptis z mandatis.

**Et filij eorum vsqz in seculūz: sedebunt
super sedem tuam.**

Et) etiam (filij eorum). i. sequaces z imitato
res si custodierint tunc (vsqz in seculū). i. quam
diu durabit hoc seculū (sedebūt) filij tui et filij
eorum (sup sedem tuam). Et si nō custodierint
nō tm̄ perit pmissio qz si nō implet in te imple
bitur in alio. Nam z filij dauid non stirpe sed
cultu dei z fide sunt qui spirituales reges sui et
alioz erunt Vel de christo sic accipe (Jurauit
dñs) pater (dauid). i. christo (veritate) z nō fru
strabitur eum) qz ea nō euacuat sed adimplet
dicens (de fructu ventris tui ponam sup sedes
tuas). i. illos quos ad fidem paries o christe fa
ciam reges sui seipos bene regētes nō tm̄ omnes
sed custodientes (testamentū meū). i. pactū ba
ptismi (et testimonia mea). i. p̄cepta vite qz tūc
sedebunt sup sedem tuā. i. p̄cipēs erūt tue bea
titudinis et eternas sedes accipiet vt sicut tu es
regie p̄tatis ita et ipsi p modo suo z hoc vsqz in
seculū. i. in eternū. Nos sumus fructus ventris
eius quos spiritualit̄ tanquā ex vtero genera
uit. Qui si testamētūz testimonia eius custodia
mus sedere nos faciet in celestibz. Ergo imite
mur z nos opera dauid. i. manu fortis n̄i chri
sti vt p imitationē bonoz operū mereamur es
se filij eius quatenus possimus illā sedē adipi
sci de qua ipse discipulis ait vado parare vobis
locū. Et iterūz in domo patris mei mansiones
multe sunt. hec autem pmissit deus gratis z nō
p meritis.

Quoniam elegit dominus syon: elegit

eam in habitationem sibi.

Quoniam elegit dñs) sola gr̄a (syon). i. sc̄tam
ecclesiam nō enī ex operibz iusticie que fecimus
nos sed fm suam miam saluos nos fecit. vnde
ipse ait. Ego vos elegi de mundo vt catis z fru
ctum afferatis z fructus vester maneat. hic enī
erit p̄manens fructus eorum vt ipsi habitent in
deo et deus habitet in ipsis. Un sequit̄ (elegit
eam in habitationē sibi) vbi spiritualit̄ habi
tet q̄ vbiqz est. Elegit inq̄ dices rei ex p̄sentia.
**Hec requies mea in seculum seculi: hic
habitabo quoniam elegi eam:**

Hec) scz ecclia est (requies mea) vbi scz re
quiescor hoc (in seculū seculi) qz durat in eter
num quantū amat nos deus in istis p̄bis eius
attendere debemus vt qz nos requiescam⁹ se di
cat requiescere. Non enī ip̄e aliquando turbat
vt sic requiescat s̄z dicit se requiescere in nobis
nos in illo requie habebimus z (hic). i. in ec
clesia (habitabo) pseueranter nō merito suo s̄z
(quoniam) gratis (elegi eam) dans gratiā z bene
dictionē. Unde apte subiūgit.

**Vidua eius benedicens benedicā: pau
peres eius saturabo panibz.**

Vidua eius benedicens benedicā) iugi be
nedictione gr̄e z glorie vidua est omnis anima
que intelligit se destitutā z desertā omni auxilio
nisi solius dei. Si istud sentit firmitatē suam
nouit benedicat in hoc seculo in virtutibz z ope
ribz in multis solationibz spiritualibz et t̄pa
libz benedicet z in futuro cum angelis et cele
stibus virtutibz vt ibi iam sponsum suū videat
et gloria eterne vite p̄fratur (et paupes eius)
spiritu nō p̄sumentes de se vel de seculo sed de
deo nō habentes elatū spiritū sed humiles cor
de (saturabo panibz) nūc sacra scriptura z san
cta eucharistia et in futuro celestis patrie cibis
spiritualibz z re ipsa. Et.

**Sacerdotes eius induā salutari: et san
cti eius exultatōne exultabunt.**

Sacerdotes eius). i. genus electū scz omnes
fideles se ipsos offerentes (indua) salutari) scz
christo. i. orna) z p̄formitate salutari sui fm il
lud apli quotquot in christo baptisati estz chri
stum induistis z idco (sancti eius) p cum sancti
ficati scz idem qui z sacerdotes (exultatōne) in
terna (exultabunt) speciali gaudio ex hoc fidei
indumēto qz induā sunt salutari. vñ enī p fidē
christū cognoscūt inde de spe celestis p̄reuebe
menter hilarescūt. Vel (sacerdotes eius). i. pla
tos (indua) salutari). i. christo z gr̄a sp̄s sancti
vt honesti et idonei sint ad ministrandū z do
ccendūz inde (sancti eius). i. subditi (exultatōne)

exultabunt id est in dño gaudebunt. Et etiam
ideo exultabunt. qz
Illuc pducam cornu dauid: parauit lu-
cernam christo meo.

Illuc scz in ecclia pducas et suscitabo (cor-
nu dauid). i. regnū et altitudinē christi qd est in
christū credere et de eo psumere. Sancte enī ec-
clesie cornu et altitudo spiritualis est fides q ad
supiora tendit donec id qd mō est fides erit spe-
cies cum id qd modo credim⁹ manifeste vide-
bimus. Sed qz fidei charitas in tenebris erat
recte dicit (pau) ad hec pficienda (lucernā) scz
ioannē qui erat lucerna lucens et ardens: chri-
sto meo manifestando. Joānes baptista a deo
dicit lucerna pparata christo qui euz in huius
mundi tenebras venturū nunciavit. Necessa-
rium enim erat vt ante lumen lucerna apperet
vt hi q in tenebris et in umbra mortis sedebāt
p lucernā addiscerent qualiter in lucem crede-
re debuissent.

Inimicos eius induam cōfusione: sup
ipm autem efflozebit sanctificatio mea.

Inimicos autē eius. i. christi aduersantes
sibi scz qui in christū credere noluerūt (induas
cōfusione) cum viderint dñm in sua maiestate
euz eos in fine seculi vndiqz calamitas atqz in-
teritus inuoluet sed ad cōsolationē iustoz sub-
iungit (sup ipm autē) scz christū (efflozebit san-
ctificatio mea) flos sanctificatōis est gloria di-
uinitatis flos sanctificatōis est nouitas resur-
rectionis. Nam quasi aruerat in passione dñs
cum vero resurrexit a mortuis iam cepit floze-
re sanctificatio eius. iam cepit filius dei appare-
re. et exaltari cornu eius hoc dicit a simili arbo-
ris que quando floret pulchrior est.

Oratio.

In omni ingressu nostro memor esto nostri
omnipotens deus indue nos sacerdotali iusti-
cia vt indui mereamur in tabernacula sempiterna. Per dñm.

Psalmus de vnitāte et cōmendatōe
fraterne charitatis eccliam et christiani
religionē edificantis et cōpaganantis.
ps. cxxxij.

Ece quam bonus

et quam iocundus: habitare fratres
in vnum.

Auctor: psalmi ppha dauid Titulus vt sup.
Materia fraternā charitas eccliam edificans
et cōpaganans. Intentio monere fideles ad ha-
bendā fraternā charitatē. Sententia in gene-
rali ppha in isto psalmo cōmendat vnitātē cha-

ritatis fraterne in christiana religioe: declarat
qz hoc exēplis et vilitatibz diuersis. Quartus
decimus gradus est charitas pximi que facit
frēs habitare in vnu vnde est bñdictio et vita.
Snia in speciali: hic qz vir iustus de fratrū co-
habitatioe exultās ait. (Ece) qd oñdēns est: qz
plus ostensione qz lingua explicat qd dictu-
rus est. (qz bonū). i. vtile (et qz iocundū). i. de-
lectabile est (habitare fratres) nō frēs dicit corpe
sz mente nō carnales sz spirituales (in vnu) fide-
li mente et sincera charitate habere cor vnum
et aiā vnam. Ista psalterij verba: iste dulcis
sonus: ista suavis melodia velut tuba spūs fan-
cti diuinos corpe in vnu cōgregauit et monaste-
ria plurima pepit. Ad hunc sonū frēs excitati
sunt qui habitare in vnu ceperūt a quibz tum
bñdictio ad ceteros descendit qui et si nō cor-
porē tum in vnu habitāt mente et fide. Ubi pe-
trus cantor. Illi vere habitāt in vnu qui requi-
runt illā vnam de qua dicit: Unā pctij hāc re-
quiram. Habitāt autē oēs christiani in vnu
vnitate fidei specialius cenobite vnitate loci et
puentis. specialissime autē anachorite habitāt
in vnu qui et si sint sepāt a cōsortio hoim deo
sunt vniti et loci ecclie triūphantis. Hāc enī
vita qz perfectior est nō cōcedit Bñdictus vel
Hieronymus nisi pfectissimis et pbatissimis
viris. Nec Petrus. Ita autē est bonū et iocundū
dum habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentū in capite: qd descen-
dit in barbā barbam aaron.

Sicut vnguentū. i. vnctio spūs sancti que
fuit prius in capite christo et dicit hoc a simili-
tudine regū et sacerdotū qui in veteri testamento
in figura christi inungebant. (quod) vnguen-
tus postea (descēdit) a capite christo (in barbā)
et determinat in cuius barbā subdens (barbā
aaron) scz christi veri sacerdotis. Flos aaron
nō sacerdos est christus hic se ipm obtulit in sa-
crificium p nobis et resurgens ascendit in ce-
lum et venit spūs sanctus a capite in barbā
eius. i. in fortes et pfectos qz barbā designat.
nam barbā maturitatē: grauitatē: fortitudinē
et pfectionē significat. scz in aplos et in alios
primiūos scōs qz familiaris et vicinūs chri-
sto capiti suo adherentes prius in vnu habita-
re ceperūt et primos impetus seculi sustinuerūt
nec vinci potuerunt.

Qd descēdit in oram vestimēti ei⁹ sicut
ros hermon qui descēdit in montē syon.

Quod vnguentū postea (descēdit) ab illis
(in oram vestimēti eius) scz christi. i. in illos
pfectos qui norunt habitare in vnum qui legē

implent. inuicem onera sua portātes. Secuta
est enim ecclia et pepit monasteria. Nam vestis
dñi et sacerdotalis significat eccliam. ora autē
pfectionē: qz in ora pficitur vestimēti. Et for-
te per istam oram vult intelligi que est in capi-
tio tunice p quā intrat caput. Tales sunt q ha-
bitāt in vnum vt sicut p istam oram intrat ca-
put hominis vt se vestiat sic p concordia frater-
nam christus qui caput nostrū est intrat vt ve-
stiat et illi ecclia heret. vel descendit vsqz ad
oram. i. vsqz ad nos ad quos fines seculoz de-
uenerunt nam de plenitudine illius omnes nos
accepimus hoc autē q fratres habitant in vnu
nō est suis viribz vel meritis est sed et dei dono
et grā ideo subiungit (sicut ros hermon). i. grā
christi. ros enim de celo veniens est gratia. her-
mon vero interpretat lumen exaltatū a christo
ergo est ros grē qua fratres in vnum habitant
qui p̄us exaltatus est in cruce postea in celo (q
descendit in montē syon). i. in sanctā eccliam
que ppter altitudinē vite et speculationē celestis
patrie nō immerito et monz syon appellat nō
ergo habitant in vnum nisi in quibz fuerit grā
et charitas christi et quibz est anima vna et cor
vnum in deo. Ideo autē bonū est et iocundū ha-
bitare fratres in vnum.

Quoniā illic mandauit dñs benedictio-
nem: et vitam vsqz in seculū.

Quoniā illic. i. in fratribz in vnum habitā-
tibus et vbi est talis vnitas fraterne charitatis
mandauit et precepit (dñs benedictionē) suā
p multiplicatōne gratie et p motionē virtutū in
presenti et mandauit. i. pmisit (vitam) p collatō-
nem glorie et multiplicatōne premioz in futu-
ro (vsqz in seculū). i. in eternū duraturā. Ser-
ua ergo concordia si vis a dño consequi bene-
dictionem et vitam. Qui enim in vnu sunt solū
mō corpe bi in mola in agro in lecto relinquitur.
ceteri vero qui in vnum sunt corde assumū-
tur. valde ergo bonum est et iocundū habitare
fratres in vnum.

Oratio.

Infunde dñe in eccliam tuam charitatē fra-
ternitatis et pacis vt roze spiritualis vnguenti
aspersi bñdictōis tue grā iocudemur. Per d.

Psalmus de cōmendatione charita-
tis diuine et laude dei ac gratia actōe in
tribulatōnis et aduersitatis tentatōe.
ps. cxxxij.

Ece nunc benedi-

cite dño: omnes serui dñi.

Auctor: psalmi ppha dauid. Ti-
tulus vt supra. Materia: inuitatio ad diuināz

laudem. Intentio incitare fideles ad diligen-
dum et laudandū deum. Sententia in genera-
li ppha in isto psalmo omnes electos ad diu-
num cultū et dei laudē inuitat eisqz benedictio-
nem dei optat. Quintusdecim⁹ gradus est cha-
ritas dei de qua hic agit sicut supra de charita-
te christi nō q alia virtus sit qua diligit deus et
alia qua pximus sed qz diuersos actus habet
ipā virtus et diuersa diligunt ea. Snia in spe-
ciali: monens ergo ad benedicendū ait (Ece)
tot gradibz ascēsis vt beneficijs dei circa nos
visis (nūc). i. sine tardatōe. Vel (nunc) in hoc
tpe in aduersis (bñdicite dño) laudando et gra-
tias agendo (omnes serui dñi) in vnum aduna-
ti et vnanimiter habitantes in domo dei q non
estis serui peccati sed serui dñi quibus nō do-
minant vicia sed solū dñm habetis deum qui
deo militatis nō seculo. Nam p̄us transactas
tribulatōnes constat qz benedictioni vacabi-
mus sicut scriptus est beati qui habitāt in do-
mo tua dñe in secula seculoz laudabūt te Qui
ergo tunc benedicturi sunt sine defectu hic be-
nedicere dñm in tribulatōnibz et tentationibz
incipiūt vos dico.

Qui statis in domo dñi: in atrijs domus
dei nostri.

Qui statis) nō succūbitis ad impulsū ten-
tationū. i. qui p̄seueratis (in domo dñi). i. in ec-
clesia et qui statis (in atrijs domus dei nostri)
id est in latitudine charitatis vbi nullus angu-
statur. Atria dicunt ampliora dom⁹ spacia. Ita
in charitate et stas in atrijs. In charitate enim
que extendit etiaz vsqz ad inimicos latitudo est
in odio angustia. In latitudine mane et potes
diligere inimicū tuum. Et habebis veram be-
nedictōne dñi quando nō maledicis inimicis
Vel (q statis in domo dñi). i. in penetralibz scz
maiores in ecclia et pfectiores et vos etiam qui
statis (in atrijs domus dei nri) id est in ingres-
su scz incipientes et minores. sunt enim in hac
domo diuersi ordines. Et.

In noctibz extollite manus vestras in
sancta et benedicite dño.

In noctibz) id est in tribulationibz et aduersi-
tātibus nō solū in diebus p̄seueratis (extollite
te) id est leuate (manus vestras) corpis gratias
agentes et manus opis bonuz facientes et hoc
(in sancta) id est in intēte sanctorū et eternoz (et
benedicite dño) celesti gratias ei decollatis be-
nificijs referētes et nil boni vobis sed totū deo
tribuētes. Non autē in diebus sed in noctibz qz
facile est benedicere in diebus id est in p̄seueris
sed difficile in aduersis quod est pbatio grati
B 2

amoris. deus quidem non indiget nostra benedictione sed ideo iubemur benedicere quia cum ipse a nobis benedicitur eius in nos benedictio reuertitur. Unde pro quem ad benedicendum induxit ipse eque benedicti oportet. q. d. dicitur benedicite et hoc possitis.

Benedicat te dominus ex syon: qui fecit celum et terram.

Benedicat te dominus benedictio que est (ex syon) id est de celesti hierusalem quod potest quia ipse est (qui fecit celum et terram) id est omnem superiorem et inferiorem creaturam et ideo potens est benedicere. Nota quod supra horat plures benedicere vni. hic vero precat vnum benedicti quia si plures sunt tantum vnum sunt habitantes in vnum et vnitati benedictio puenit. Tu ergo esto vnum et per charitatem habita in vnum et ad te benedictio puenit. Attende etiam quod vix iustus qui tot gradibus ascendit benedictionem supernam loco remunerationis accipit quia omne munus ascendenti benedictio est.

Oratio.
Benedicentes te omnes serui tui domine deprecamur ut nos mundi huius nocte tectos illuminares digneris quatenus dum manus nostras in bonis operibus eleuamus benedictionem a te largissimam consequamur. Per do.

Psalmus de inuitatione fidelium ad dei laudem propter magna ipsius beneficia et magnalia plurima et diuersa.

ps. cxxxiij.

Laudate nomen domini

mini: laudate serui domini.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus est alia post gradus qui ducunt ad eternitatem congrue ponit alia ut laudibus dei fruatur ecclesia cui tale munus paratum est. Materiam laus dei et causa laudis. Intentio: monere fideles ad laudandum. Sententia in generali propheta in isto psalmo inuitat generaliter fideles ad laudem dei magnalia ipsius diuersa commemorando falsitate idolorum destruendo: eorumque cultores redarguendo. Sententia in speciali propheta ergo post ascensionem et predictos gradus stantes in domo domini alloquitur ut post beneficia laudem deum dicens (Laudate nomen domini) id est rem nominis sui et potentiam eius ipsum quantum potestis extollendo laudibus et debetis quia laudando deum meliores eritis non deus. Deinde quod quare laudare debeant subdit (laudate serui domini). q. d. vos serui et quia serui estis laudate dominum cui omnes tenent seruire deuote per beneficio creationis redemptionis et generalis gubernationis

alioquin nisi laudent offendunt cum ipsi serui sint et ille dominus. Deinde quales sint qui laudare dominum debeant docet dicens.

Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.

Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. q. d. vos serui laudate qui statis et psecutis ratis non titubatis nec ruitis. Illi stare dicuntur quod in mandatis eius psecuturam quod in fide non ficta et spe firma ac charitate sincera deo fuerit et eius ecclesia honoratur non dant offensionem maleuolentis aduenire voluit et in via lapides offensionis non sunt de hoc habes etiam supra in psalmo precedentibus cetera melius videre poteris.

Laudate dominum quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suauis est

Laudate dominum inquam (domini) propter hoc quia bonus est (dominus) et se et in se a quo sunt omnia cetera bona cuius bonitas non qualitas est sed natura. Quidam per bonis talibus laudant eum alii propter premium eternum eis promissum: tertijs sincerius eo solo intuitu quia bonus est. Est enim infinite bonitatis propter quod est summe laudabilis (psallite) operando et cantando (nomini eius) id est ad laudem nominis eius non querentes gloriam vestram (quoniam suauis est) nomen eius id est res nominis scilicet ipsi gustantur ex pro suauis est dominus in precepto quia iugum eius suauis et onus leue suauior in premio suauissimus in premio. Breuiter vno verbo explicata est causa laudis dei nostri non enim inuenis melius quod de illo dicas nisi quia bonus est dominus. Ipsa merces tua summa. deus ipse erit quem gratis sic amare debes ut ipsum pro mercede desideres quia solus te satietabit. Deinde subiungit opera eius et que circa nos fecit que magis capere valeamus. q. d. Ideo etiam laudate psallite quia ista que sequuntur fecit scilicet.

Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.

Quoniam iacob. i. iudaeum populum ab iacob descendente elegit gratia non merito et ceteris nationibus (sibi dominus) id est in sua preceptione et idem repetens alijs verbis subdit (israel) scilicet elegit dominus (in possessionem sibi) propriam et specialem ad litteram ceteras gentes sub angelis posuit: sibi ista possidenda seruandaque deputauit. per iacob qui interpretatur luctator vel supplantans significat ille qui bene seruando et contra spirituales nequicias luctando vicia supplantat. per israel vero qui interpretatur videns deum significat qui eum fide et oculis interioris hominis contemplantur hunc elegit sibi dominus in possessionem quem ut agrum excoleret seminaret et possideret et ser-

uaret qui non suis meritis sed gratia dei est electus et iustificatus. Et merito cum suadeo laudandum et ei psallendum.

Quia ego cognoui quia magnus est dominus: et deus noster pro omnibus dijs.

Quia ego cognoui et scio (quia magnus est dominus) in se scilicet potestate et virtute qui vbius est et omnia continet et cuius magnitudinis non est finis (et deus noster) est (pro omnibus dijs) id est super omnes deos qui sunt in celo et in terra est magnus et potens scilicet super homines sanctos et angelos qui dijs digni sunt vocari necesse est enim cum esse super omnem creaturam et corporalem spiritalem super omnia que fecit et homines et angelos: magnus est in essentia magnus quoque in operibus excedit excellenciam omnium et hoc probat effectus quia.

Omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis.

Omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra) omnia visibilia et inuisibilia non coactus est facere aliquid sed quicquid voluit fecit. Causa omnium operum eius est propria voluntas et nulla necessitas. vnde secundum Augustinum stultum est in singulis rebus quorum creatio nis certa causa ignorat aliam inquirere quas diuinam voluntatem et non tantum in celo et in terra sed (in mari) quod comest (et in omnibus abyssis) id est in profunditate ignoti oceani. Si ergo omnia eius opera comprehendere non possumus hoc de eis firmiter teneamus quod omnia a deo sunt facta. Deinde enarrat que fecit. q. d. fecit que voluit quia ipse est.

Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuia fecit.

Educens nubes scilicet mediante corporum celestium calore (ab extremo terre). i. ex vltimis finibus terre quod includunt mari in quo eleuati vapores condensant in nubes et flatu ventorum deferunt ad medium terre ut ibi pluant et de talibus (fulgura in pluuia fecit) id est fulgura et tonitrua in dictis nubibus generata per resolutionem nubium in pluuia terminauit et qui fulgure terruit pluuia refecit ipse est etiam.

Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti: ab homine usque ad pecus.

Qui producit ventos de thesauris suis) id est de occultis et latentibus causis. quod enim flat ventus sentitur quod iussu dei fiat scis sed quia causa flat vel de quo thesauro rationis edictus

sit nescis. Ipse est qui percussit primogenita egypti non tantum quedam sed (ab hominibus usque ad pecus) id est hominum et pecorum: hec fuit decima plaga quam solus in speciali exprimit quia inter ceteras omnes terribilior fuit. Alias autem plagas tangit in generali dicens.

Emisit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius.

Emisit signa et prodigia) que pretervntatu nature cursum contingunt sicut de istis erat plaga (in medio tui) o (egypte) pro populo israel liberatione (in pharaonem et in omnes seruos eius) quos post multas plagas finaliter in mari rubro submersit. Ipse est etiam.

Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes.

Qui) postquam eduxit israel de egypto (percussit gentes multas) occupantes terram filijs israel promissam (et occidit) id est occidi fecit (reges fortes) filijs israel resistentes vicis.

Seon regem amoro et og regem basan: et omnia regna chanaan.

Seon regem amoro et og regem basan) qui percussi sunt sub moysen cum phiberent filios israel pro fines suos transire (et omnia regna chanaan) que percussit deus sub iosue. Ubi triginta vnum reges interfecit.

Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo.

Et dedit terram eorum) scilicet regum et gentium (hereditatem). i. hereditario iure possidendam. et specificans cui vltimis eam dedit repetit dicens (hereditatem) non cuiuslibet sed (israel populo suo) et ceteris nationibus electo. Et quia ex his factis est a filijs israel specialiter laudabilis conuerso ad dominum sermone subiungit.

Domine nomen tuum in eternum. Domine memoriale tuum in generatione et generatione.

Domine) qui mirabilia iam enumerata fecisti (nomen tuum in eternum) est laudabile a nobis (domine memoriale tuum). i. memoria mirabilium tuorum permanet (in generatione et generatione) id est in generationibus singulis sibi succedentibus. Dum ergo audis que in ipsos facta sunt caue ne et in te fiant. Ad hoc enim facta sunt in illis ut eos non imitaretis et talia non patereris. Attende exempla beneficiorum dei et vindictarum dei time omnipotens est et ad consolandum et ad castigandum. Ideo hec vtilia sunt quia cum leguntur ipsos legentes et auditores instruunt. Quia do enim pius videt seu audit quod passus est impius purgat se ab omni impietate et cauet dei

offensam ne veniat et ipse in talem penam ta-
lemque vindictam. Hec quidem ad litteram facta
sunt sed videamus quid typice significent. ce-
lum sunt spirituales terra carnales et ex his duo-
bus constat ecclesia dei et ad spirituales predi-
catio ad carnales vero pertinet obsecundatio.
Ergo in ecclesia sua et in predicatoribus et in ple-
bibus suis tanquam (in celo et in terra omnia
quecumque voluit fecit) Et similiter (in mari et in
omnibus abyssis) Mare designat infideles ap-
tos persecutores qui non seuiunt nisi permittant
nec vindicantur in eis nisi deus iusserit. Abyssus
sunt latentia corda et profunda cogitationes ho-
minum sed hec nuda sunt deo quem nihil la-
tet et tibi facit quod vult et consolatur cor bonum
et torquet cor malum. Et ipse (educit) et ex-
citatur nubes et predicatorum non tamen de medio ter-
re et filijs israel sed et ab extremo terre et de gen-
tibus et mittit in fines orbis terre. Vel (de ex-
tremo terre) id est de humilibus et infimis mun-
di vel purgans eos ab omni terrenitate et vo-
cat nubes que fulgurant minis. choruscant mi-
raculis. pluuunt doctrinis. Et de ipsis nubibus
(fulgura in pluuiam fecit) id est minas et com-
minationem ad misericordiam et propitiationem flexit
et de terroribus irrigauit. Nam quando tibi mi-
natur deus per prophetam seu per apostolum et ti-
mes choruscatio terruit te. sed cum penitendo
corrigis et agnoscis hoc fieri per misericordiam
terror fulguris vertitur in pluuiam et qui te ter-
ruit ipse te reficit. Eisdem autem quos voca-
uit nubes vocat et vetos nubes pro carne. ven-
tos pro spiritu. Nubes enim videntur venti
sentiant et non vident. Et ideo quod carnem vi-
demus esse de terra (nubes inquit educens ab
extremis terre) et quod spiritus hominis ignorat
vnde veniat (qui producit inquit ventos) et spi-
ritus predicatorum (de thesauris suis) percunt etiam
(primogenita egypti) id est destruit principalia
vicia atque crimina mundi (ab hominibusque ad
pecus) id est in prudentibus seu doctis et in ideo-
tis seu indoctis. (Emisit) quoque (signa in me-
dio egypti) comonens mundum miraculis per
predicatores factis (in pharaone et in omnes
seruos eius) id est contra diabolum et ministros
eius seu in confusione et destructione eorum (per-
cussit) etiam (gentes multas) id est innumera vi-
cia et cateruas vicioz que mundum oppresserunt
et occidit reges fortes. i. vicia fortissima et do-
minantia, vel reges sunt immundi spiritus que oc-
cisi sunt dum nequunt in nobis quod volunt.
Occidit plane et nunc occidat a cordibus seruo-
rum suorum et a tentationibus ecclesie sue non ces-

set manus eius in occidendis talibus regibus et ta-
libus populis (Secundum regem amozeorum) id est si-
mulationem vel arborum infructuosam habentem
secum executores dei que simul percussit in ignem
percipiuntur eternum et regem basan) id est ma-
teriam confusionis que nobis ne decum agno-
sceremus et in eum crederem? obstabat (et omnia
regna chanaan) id est regna commotionis et su-
perbie que dominabant nobis et commouebant
nos a deo. Quia ista que euerit tunc deus corpa-
liter euerit nunc spiritualiter nec cessat manus
eius usque in finem. Sed quod ad hoc euerit ut re-
leuet et quasi damnat ut saluet recte subdit. Et
dedit terram eorum hereditatem) id est celestem bea-
titudinem quam demones per superbiam dese-
runt. Inde enim electorum populum gratia diuina
ad celestem hereditatem deducit unde prius ma-
lignum hostem et populum vicioz a seruis suorum
cordibus repellit. Et quia quod tunc circa im-
pios fecit corporaliter nunc circa nos facit spi-
ritualiter bene subiungitur. (Domine nomen
tuum in eternum) est exaltatum id est operatio po-
tentie tue seu manus tua non cessat facere hoc
in tota presentivita et in hoc seculo que tunc pre-
nunciasti in figura (et memoriale) id est me-
morabilis misericordia tua manet (in genera-
tione) presente qua renascimur per baptismum (et
generationem) futura que resurgemus quia
non est oblitus deus in hac nos vocare in illa
coronare. Ideo autem laudabilis et laudan-
dus est deus.

**Quia iudicabit dominus populum suum: et in ser-
uis suis deprecabitur.**

Quia iudicabit dominus populum suum) in presen-
ti superando bonos a malis. fideles ab infide-
libus. apostolos a iudeis mendacibus. et in futuro
damnando malos ad penam et subleuando bo-
nos ad gloriam (et in seruis suis) obedientibus id
est in electis (deprecabitur) id est deprecabilis et
placabilis erit. quod ad eorum preces qui in eius
seruicio perseuerant inclinatur ut eos tamen ad eternam
salutem exaudiat quorum vita ab oratione non dis-
cordat. Deinde adducit ratio diuine laudis
ex falsitate idolorum quod perfecta laus veritatis est
destruere falsitatem quasi diceret deus noster est
magnus.

**Simulacra gentium argenti et aurum:
opera manuum hominum.**

Simulacra) autem id est idola (gentium) que
ipsi pro deo colunt sunt (argenti et aurum) quan-
tum ad materiam et creatura non creator (opera
manuum hominum) quantum ad formam opere hu-
mano factam non formator. Unde non vere

sunt illud quod vident esse. Quorum imbecilli-
tas inde patet quod.

**Os habent et non loquentur: oculos ha-
bent et non videbunt.**

Os habent) scilicet similitudinarie id est effigi-
em oris et non vere os quod (et non loquentur) caren-
tes proprio oris officio (oculos habent) id est ef-
figiem oculorum et non veros oculos quod (et non vi-
debunt) carentes oculorum operatione de his etiam
habes supra in psalmo. In exitu israel vbi vi-
deas.

**Aures habent et non audient: neque enim
est spiritus in ore ipsorum.**

Aures habent) apparenter et non vere quod (et
non audient) in veritate. Instrumenta ergo vi-
dentur habere sensum non ipsos actus eorum
Deinde horum rationem reddendo concludit
omnia ostendens que nec hominibus nec pecori-
bus possunt comparari cum ait (neque enim est spi-
ritus) vel anhelitus (in ore ipsorum) sicut in ani-
malibus vitiis reperitur et ideo non possunt habe-
re opera vite que mediante spiritibus exercen-
tur. Exteriora instrumenta artifex potuit face-
re sed non spiritum vnde loquentur videant vel au-
diant eis dare.

**Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes
qui confidunt in eis.**

Similes illis) scilicet idolis (fiant) interiorius et
in interiori homine (qui faciunt ea) operando
(et omnes qui confidunt in eis) ea adorando
predictio est non optatio nisi forte zelo diuine
iusticie. Et ita fit. tales enim aures habent et non
audiunt deum ad ipsos clamantem oculos ha-
bent et non vident per fidem. os habent et non lo-
quuntur fidei veritatem. Deinde postquam indu-
xit prophetam ad laudem dei in generali presequen-
ter post irrita idola monet ad laudem in speciali
distinguedo status populi cum dicit. O vos dei
cultores tam subditi quam prelati scilicet o vos.

**Domus israel benedicite domino: domus
aaron benedicite domino.**

Domus israel) id est videntes fide deum que
peruenit ad semen abrahe non carne sed fide et
quo idola gentium tam vilia sunt (benedicite) non
idolis sed (domino) domus ergo israel vniuersos
fideles et congregaciones sanctorum deum oculis
mentis insipientes significat. sed iam ad di-
stinctionem ordinum respicit cum subiungit et in
domo israel precipue o (domus aaron) id est sa-
cerdotes et propositi (benedicite domino) benedictio-
ne laudis. Nec solum sacerdotes et prepositi
sed vos o.

Domus leui benedicite domino: qui time-

tis dominum benedicite domino.

Domus leui) id est omnes boni ministerij
qui omnes estis de domo leui (benedicite domino)
eum laudando pro ceteris populis ex officio vo-
bis imposito deinde iterum ad vniuersitatem re-
dit cum subdit et omnes (qui timetis dominum) ex
omni gente et populo (benedicite domino) ut sicut ma-
iestatem metuitis ita cum charitate laudatis. Et
quod omnes generaliter sunt domus israel ideo
omnes vna voce dicamus quod sequitur.

**Benedictus dominus ex syon: qui habitat in
hierusalem.**

Benedictus) sit (dominus ex syon) que interpre-
tatur speculatio id est ab ecclesia militante deus
per fidem speculante scilicet a nobis qui quod diu in
spe viuimus sumus in syon quia speculamur
quod veniat (qui habitat in hierusalem) celesti que
interpretatur visio pacis vbi videbimus cum in
eterna pace ipso donante. O felix et beata hie-
rusalem nunquam ruitura quod dominus in te habitat
et te custodit. beati qui habitant in te qui lauda-
bunt dominum sine fine.

Suauitatis eximie deus quem omnis ter-
ra pro dulcedinis benignitate laudat rogamus
ut ablato a nobis vano errore tuis voluntatis
bus conuectemur. Per dominum.

**Psalmus de exhortatione ad dei lau-
dem propter diuersa ipsius magnalia et be-
neficia plurimis misericorditer collata.**

ps. cxxxv.

Confitemini domi-

no quoniam bonus: quoniam in eternum
misericordia eius.

Auctor psalmi) propheta dauid. Titulus alla-
que psalmus iste continet laudem dei. Materia
laus dei et causa laudis. Intentio monere alios
ad laudandum deum. Sententia in generali pro-
pheta in isto psalmo inuitat primo ad laudem
dei ex beneficiis collatis omnibus generaliter et
presequenter ex beneficiis collatis populo israeli et omni
homi seu omni viuenti vita sensibili specialiter
in hoc ergo psalmo exhortatur propheta eosque
quos in superiori laudare dominum subiungendo
eandem causas et quasdam alias vbi et si mul-
ta ad laudem dicant maxime tamen misericordia
dei hic commendat vnde diuersa in vnum
conueniunt finem scilicet quoniam in eternum miseri-
cordia eius id est quoniam beneficium quod no-
bis misericorditer prestat erit eternum. Magna
virtus huius psalmi dicitur quod si pure cantatur pre-
sto esse diuine gratie presentia sentit vbi in quo-
libet versu misericordia dei reperitur quod quicquid

hic dicit ad misericordiam dei refertur que omnia operatur et sine qua non subsistit quod dei est misericordia omne quod possumus et clementia omne quod viuimus. Sententia in speciali: ad laudem ergo dei inuitas ait. (Confitemini domino) confessione laudis id est ostendendo laudate dominum (quonia in eternum) scilicet hic et in futuro est (misericordia eius) quod hic pariter ibi coronatur vel quod ipsa beatitudo quam misericorditer et miseris prestat ut esse miseri desinant et beati esse incipiant finem non habebit. Quas ergo causas posuit quare omnipotens laudandus sit videlicet quod sume bonus est in se et semper miseris coram in nobis. Deinde ostendens excellentiam illius cui confiteri nos monet subdit.

Confitemini deo deo: qm.

Confitemini deo deo: id est vero et excellenti deo inter eos qui dei appellantur sunt angeli et homines qui dei participatiue dicuntur et ideo confitemini (quonia in eternum) est misericordia eius. Ita et in ceteris versibus sequentibus cur enim confitemur in omnium versuum finibus ponit scilicet quonia in eternum misericordia eius.

Confitemini domino domino: qm.

Confitemini domino domino: id est domino singulariter excellenti inter eos qui dicuntur domini. pluraliter dicit deos et dominos. sunt enim dei multi et domini multi sive in celo sive in terra quorum deorum et dominorum deus et dominus est et super quos est ipse qui est verus deus et dominus. Confitemini inquam (quonia in eternum) est (misericordia eius) et quod ista causa confessionis ponitur in fine cuiuslibet versus ideo per singulos versus in principio sub intelligendum est confitemini domino: finis singulorum versus referat ad principium alioquin non congrue replicaretur per singulos versus quonia in eternum misericordia eius. Igitur confitemini domino.

Qui facit mirabilia magna solus: qm.

Qui facit mirabilia magna solus: id est deus mirabilia facere dicitur quod que per homines vel angelos fiunt ipse facit multa mirabilia per angelos et per homines facit sed sunt quedam magna que deus solus sine ministerio hominum vel angelorum facit et ipsa exequitur dicens.

Qui fecit celos in intellectu: qm.

Qui fecit celos in intellectu: id est intelligibiles et inuisibiles scilicet celum empiricum et aqueum que corporaliter non videmus quod si corporali sunt tamen tante sunt tenuitatis ut a mortali videri

non possint. Vel (qui fecit celos) id est celestes machinas (in intellectu) id est in sapientia sua quod et de omnibus alijs intelligi debet quod omnia in sapientia fecit. quonia in eternum misericordia eius.

Qui firmavit terram super aquas: qm.

Qui firmavit terram super aquas: Terra dicitur super aquas fundata eo quod aquis circumfluentibus supereminet sicut dicitur talis ciuitas est super mare fundata non quod mare sub ea sit sed quod mari subeminet: sicut dominus super puteum sedit id est iuxta puteum.

Qui fecit luminaria magna: qm.

Qui fecit luminaria magna: scilicet solem et lunam que maiora sunt inter cetera luminaria. deinde ostendit ad quem visum et finem ista luminaria fecit quod fecit.

Solem in potestate diei: qm.

Solem in potestate diei: ut posset diei et sua luce de die omnia illustraret. et dicitur potestas diei quod eo omnia declarantur videlicet quod dies est latitudo solis super terram. Et fecit.

Lunam et stellas in partem noctis: qm.

Lunam et stellas in partem noctis: ut presint nocti et sint lux noctis illustrantes noctem sua luce. vniuersa igitur creatura non per aliquam creaturam sed per se ipsam solus fecit deus cuius creature quasdam partes excellentiores commorauit et quibus vniuersa ab omnipotenti deo facta intelligeremus. Vel typice hic accipi possunt sic. (Qui fecit celos) id est spirituales sanctos suos (in intellectu) quo in celis conuersantur quibus non tantum credere verum etiam intelligere diuina dedit. Simpliciter autem qui hoc nondum possunt sed solam fidem firmissimam tenent tanquam infra celos terra dicitur: et quod in baptismo quem acceperunt in concussa crudelitate consistunt ideo dicitur quod firmavit terram super aquas. id est in fide baptismi in qua et totam firmavit ecclesiam etiam nomine terre signata (Qui) etiam in ipsis celis fecit luminaria magna id est dona gratiarum fidelibus suis contulit que omnia in se sunt magna et quod a magno dato licet quedam maiora et quedam minora. Unde apostolus gratiarum dei varietatem in hominibus volens ostendere ait. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientie: alij sermo scientie etc. Et subiungit dicens que luminaria et dona dicens (Solem in potestate diei) per solem accipe donum sapientie quod datur diei id est maioribus ut possint alijs luce re (lunam et stellas in partem noctis) per lunam donum scientie accipe. dicitur autem sapientia

a scientia testante Job qui ait pietas id est dei cultus est sapientia abstinere autem a malo scientia est. Intelligimus ergo sapientiam cognitionem et dilectionem eius quod semper est et incommutabiliter manet quod deus est. scientiam autem non aliud quam in medio nationis prauae et puerse tanquam in nocte huius seculi caute prudenterque versari. Per stellas vero accipi possunt alia dona minora. scilicet fides. curationum donatio. operatio virtutum. prophetia. diuinitas spirituum. genera linguarum et interpretatio sermonum quibus humana ignorantia tanquam nocte illustratur. hec autem dona per lunam et stellas significata dantur nocti id est minoribus ut et ipsi possint lucere in nocte huius seculi. Nihil enim horum est quod non in huius seculi nocte sit necessarium. Et quod dicitur que solus fecit consequenter ostendit que per angelos et per homines fecit inuitans ad laudem dei et beneficij collatis specialiter populo israel sub figura nostri quasi diceret confitemini ei.

Qui percussit egyptum cum primogenitis eorum: qm.

Qui percussit egyptum: scilicet nouem plagis (cum primogenitis eorum) occidendo primogenita eorum quod in decima plaga est factum. Typice ita percussit seculum tenebris inuoluam cum principibus vicij scilicet luxu. superbia et auaricia que in mundo principantur et precipua putantur sed deus a se excludit et preternere docuit.

Qui eduxit israel de medio eorum: qm.

Qui eduxit israel de medio eorum: scilicet egyptiorum inter quos captiui detinebantur. Eduxit in quos.

In manu potenti et brachio excelso: qm.

In manu potenti et brachio excelso: Sic et sanctos et fideles suos de medio et conuersatione malorum et infidelium educit et hec sua potentia inuincibili et singulari vel manus et brachij dei christus dicitur per quem pater operatur.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: qm.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: scilicet duodecim secundum numerum duodecim tribuum sive singule tribus suas vias meandi haberent et sine impedimento transirent. Sic varijs vijs et diuersis gradibus per fluctus huius seculi ad deum transiunt et scandunt de mundo qui per mare significatur. vel per mare rubrum intelligitur baptismus christi sanguine rubricatus et consecratus quem nunc diuisit deus ut vnus et idem baptismus alijs scilicet pactum baptismi obseruantibus et in gratia permanens sit in vitam alijs scilicet preuaricatoribus et ad egyptum mente reuertentibus sit in mortem.

tentibus sit in mortem.

Et eduxit israel per medium eius: qm.

Et eduxit israel per medium eius: scilicet maris sicco pede prebens ei iter siccum quod aque eis per murom crant a dextris et a sinistris. Sic etiam educit inuolutum populum per lauacra regenerationis ut ad eum quem mente metur possit accedere.

Et excussit pharaonem et virtutem eius in mari rubro: qm.

Et excussit: id est velociter confregit et destruxit (pharaonem et virtutem). id est exercitum (eius in mari rubro) scilicet in medijs fluctibus eos submergendo. ita excutit interim celeriter in baptismo peccata suorum seu diabolum cum ministris suis ad modum pulueris qui celeriter excutitur.

Qui traduxit populum suum per desertum: qm.

Qui traduxit: quadraginta annis (populum suum) ab egyptijs liberatum (per desertum) in multis mirabilibus circa eum ostensis. Ita et nos per huius seculi ariditatem et sterilitatem transducit ne in eo adheramus vel pereamus.

Qui percussit reges magnos: qm.

Et occidit reges fortes: qm.

Qui percussit reges magnos. et occidit reges fortes: scilicet volentes resistere filiis israel. Ita et in suis fidelibus diabolicas et noxias potestates percussit et occidit et specificans de istis regibus subiungit.

Secundum regem amorreorum: qm.

Secundum regem amorreorum: sic et germen inuulere vel calente carnis tentatione que in amorreis id est amaricantibus regnat occidit.

Et occidit regem basan: qm.

Et occidit regem basan: sic et coaceruantem diabolum regem basan id est confusionis que coaceruat vel prauam consuetudinem que regnat in filiis confusionis id est inordinate viuentibus etiam occidit.

Et dedit terram eorum hereditatem: qm.

Et dedit terram eorum: scilicet regum (in hereditatem) et specificans cui dedit subdit.

Hereditatem israel seruo suo: qm.

Hereditatem israel seruo suo: sic et quos possidebat diabolus hereditatem dat semini abraham quod est christus qui per israel seruus accipitur vel per israel seruum accipit christianos quibus data est promissio regni celestis sub figura facta iudeis.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: qm.

Quia in humilitate nostra id est in deiectione

ne nostra dum humiliamur graui fuit egypti (memor fuit nostri) per misericordiam suam nos inde liberando sic et in deiectione nostra dum humiliamur sub peccatis diabolo memor fuit nostri quando aduenit et quotidie in humilitate interiori que est propria christianis quam christus eos docuit memor est nostri propter superbiam enim nostram obliuiscit nos deus humiliamur ad penitentiam et in humilitate nostra memor erit nostri.

Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam.

Et redemit id est tanquam precio redemptos liberauit (nos ab inimicis nostris) scilicet egyptiis. sic et christianos redemit sanguine genui filii sui. Deinde ponit inuitatio ad laudem dei et beneficio collato generaliter omni homini seu omni uiuenti uita sensibili cum dicit.

Qui dat escam omni carni: quoniam.

Qui dat escam id est omnia necessaria ad uite sustentationem (omni carni) id est omni homini seu animali quod utrobique ponit partem pro toto escam et carnem nominando. sic dat escam spirituale de qua dicitur caro meam esse cibum omni generi hominum israelitarum et gentium id est omni credenti. Deinde ad exhortationem suam rediens psalmum concludit dicens. Et quia sic facit ergo propter has et has causas.

Confitemini domino celi: quoniam.

Confitemini domino celi licet enim sic deus totius creature tamen speciali modo dicitur deus celi eo quod clare uidetur ibi hoc est quod supra aliter dicit deus deorum. Unde et hic repetit quod ibi subiungit.

Confitemini domino domino: quoniam in eternum misericordia eius.

Confitemini domino domino et ideo confitemini (quoniam in eternum misericordia eius). Misericordiam domini inter cetera maxime commendat et sepius nobis inculcat quod maxime est nobis necessaria et continue ad memoriam reducenda. Et quod per psalmum bona opera designant et misericordia dei nos preuenit in inchoatione boni operis et eadem subsequitur in fine actionis bene deus deorum et dominus dominorum laudat in fine quam iam laudatus est in capite. Et bene a laude inchoat psalmus iste et terminat in laude ut ostendatur quod ille qui laudat est principium et finis et quod ei debet offerri principium et finis boni operis.

Oratio.

Demor esto humilitatis nostre et miserere nobis omnipotens deus et qui quondam patribus nostris terram aduersariorum in hereditate donasti quem sumus ut nos a peccati macula li-

beratos in tuam hereditatem restituas. Per d. **Psalmus de populo israelitico in babilone et fidelium in peccatis seu huius seculi misericordiam captiuitatis et eorum de lamentatione.** ps. cxxxvi.

Super flumina babilonis

illuc sedimus et fleuimus: dum recordaremur syon.

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus psalmus dauid prophete compositus propter hieremiam id est iuxta hieremiam quod agit de captiuitate quam hieremias desceuit in figura nostri qui spiritualiter captiui tenemur per peccatum a patria peregrini. Si enim cines sumus de cetero syon in atrijs hierusalem stamus spe sed hic in ista babilonia id est in confusione huius seculi non ciues habitamus sed captiui tenemur et sedem humiles penitendo et confitendo. Materia: populi israel captiuitas et eiusdem lamentatio. Intentio: monere non conformari babilonic sed in supernam hierusalem suspirare et quod sicut populus israel ratione captiuitatis sue corporalis et afflictionis multiplicis flebat et dolere nec cantare poterat canticum leticie dolens super templi destructionem sua a loco sancto elongato sic ciues ex templo multo amplius nos qui capti sumus in captiuitate diaboli pro peccato mortale et in miseris presentis uite flere et dolere semper debeamus nec unquam gaudere donec liberati erimus et ad ciuitatem sanctam scilicet hierusalem supernam puenerimus. Sententia in generali propheta in isto psalmo describit templi destructionem populi captiuitatis lamentationem et aduersariorum punitionem. Sententia in speciali propheta ergo in persona captiui qui quasi laudibus stantibus in domino et in bono excitatus est lamentationem hanc in figura nostri et fidelium profundit desiderio patri dicens. (Super) id est iuxta (flumina babilonis) quibus illa terra abundat (illuc sedimus) id est diu habitauimus (et fleuimus) habitando ibi in amaritudine et luctu dum recordaremur syon id est templi destructi quod erat ibi de cuius destructione plus affligebantur quam de sua captiuitate.

In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.

In salicibus qui solent iuxta aquas abundare existentibus in medio eius scilicet babilonis (suspendimus organa nostra) id est instrumenta iocunditatis et leticie hanc est subtraximus nos ab omni carmine leticie ratione desolationis no-

stre et templi et aggrauationes mali continui.

Quia illic interrogauerunt nos: qui captiuos duxerunt nos uerba cantionum.

Quia illic scilicet in babilone (interrogauerunt nos) babilonij tentantes et irridentes (qui captiuos duxerunt nos) scilicet in babilonem uerba cantionum id est ut cantarem eis carmina exigentes carmina leticie a nobis in tanta amaritudine constitutis et hoc est etiam quod subditur.

Et qui abduxerunt nos hymnum cantate nobis de canticis syon.

Et qui abduxerunt nos id est a nostra terra separatos duxerunt scilicet de iudea in babilonem captiuos supple interrogauerunt nos per haec cantionum dicentes (hymnum cantate nobis) leticie de canticis syon id est que solebatis cantare in syon scilicet in templo hierusalem que iuxta est syon. Vel mystice babilon que confusio interpretatur hic mundus intelligit. Omnia autem que hic amant et transeunt flumina sunt babilonis. Que attendentes sancti in sua captiuitate humiliati non se eis amore immiscerent sed committendo supra sedent et flent vel eos qui rapiuntur vel scipos et suum incolatum qui in babilonia captiui tenent. flent autem in recordatione syon id est celestis hierusalem ciuitatis eterne. in hostili enim terra dulcis est recordatio patrie flent recordando syon et quoniam in babilonia eis bene est. Multi ei flent sicut babilonio qui et gaudet gaudium babilonio. Qui gaudet lucris flent per danis utriusque de babilonia est. Sed cum ciues hierusalem agunt in medio babilonie organa sua in salicibus eius suspendunt. habent enim sancti organa sua ipsis canora scilicet scripturas dei premissa et precepta domini meditationem quandam futurum seculi. Salices ligna sunt infructuosa rigantur de fluminibus babilonis et nullus fructum ferunt. Hi sunt homines cupidi steriles in bono opere qui ex istis voluptatibus rerum transeuntium nutriuntur tanquam rigati a fluminibus babilonie. Quando tales patimur cum eis qui in medio babilonie sunt versamur. qui enim multum mali sunt in medio babilonis existunt sed in exterioribus babilonis sunt qui non tantis concupiscentiis seculi et delectationibus obuiuntur. Quando illos qui in medio eius sunt uidemus et tam steriles inuenimus ut difficile appareat in eis aliquid unde possint duci ad fidem rectam vel ad bona opera vel ad spem futuri seculi auertimus ab eis faciem quod quicquid illis dixerimus sinistrum atque aduersum habebunt. Ergo differendo circa eos

scripturas et eis non enunciano suspendimus organa nostra in salicibus nec ea ut sonent percipimus id autem suspendimus quod demones qui deceperunt nos captiuos nos duxerunt a societate angelorum abduxerunt interrogauerunt nos in babilonia tentantes per haec cantionum et hymnum de syon. i. causas et rationes aggratulationis et professionis nostre. Cum istis hostibus colligimus et ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones tulit intentionem nostram apostolus ab odio hominum et dixit in luctum spiritu dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnes et sanguinem id est aduersus homines quos uidentis a quibus uidentur mala pati nam per ipsos orare debetis sed aduersus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum quos non uidentis hi sunt qui captiuos duxerunt nos nec ducerent nos nisi consentientes. Et quando intrant in corde hominum interrogant derisorie per linguas eorum quos possident et in quibus seu per quos operantur et dicunt cantate nobis uerba cantionum et hymnum de canticis syon reddite nobis rationem aduentus christi et de fide uestra ac de preceptis christi in quibus est uobis delectatio et exultatio tanta et que est alia uita ita babilonij cantus exigebant sed nos respondemus eis dicendo.

Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.

Quomodo cantabimus canticum domini id est quod debet cantari ad laudem honoris domini (in terra aliena) quod nullo modo hoc facere possumus nec debemus. Deinde subiungit captiuorum afflictionem erga hierusalem et ex persona illorum alioquitur eam.

Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni datur dextera mea.

Si oblitus fuero tui (hierusalem) cantans canticum leticie quasi oblitus destructionis tue obliuioni datur dextera mea quod ad agendum multum est necessaria. quod d. tota fortitudo et uirtus mea seu prosperitas et leticia me deserat et relinquitur.

Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.

Adhereat lingua mea faucibus meis ita quod loqui non possim et mutus fiam (si non meminero tui) o hierusalem scilicet cum amore et delectatione quod tui memoria est mihi fletus et miseriarum consolatio non modica. Unde subdit.

Si non posuero hierusalem: in principio leticie mee.

Si non posuero te o (hierusalem in principio

leticie mee) id est nisi tu fueris mihi principius leticie et si non est mihi precipua de te et in te o hierlm leticia qz accedente mihi causa alicuius ius leticie in principio recordabor de te. Vel mystice qz his qui sunt malis pleni non debemus organa peccate vt sonet sed suspendere z no facile debemus illis exigentibus a nobis aliquid dicere non enim querent vt discant et pficiant sed vt irrideant et reprehendant. Unde respondendum est eis sic. (Quomodo cantabimus canticu dñi i terra aliena) id est inter eos qui dolose exigunt quod no capiunt sed derident z mordaciter reprehendunt. Sed vide quomodo pferis iter eos o ppe dei: corpus christi ne timens talibus displicere affectes amicitias eorum et incipiat te delectari babylonia et obliuiscaris hierlm. hoc ergo timens dic cuz ppheta q passus interrogatores irrisores quaz si inter eos piclitans animum erexit ad recordationem syon dicens. (Si obliuiscero tui hierlm) inter yba captiuam tuam z dolosoz que rentium z discere nolentium vt illis placere velim (obliuiscat me dextera mea). i. vita eterna que est dextera nostra. in dextera enim ponendi sunt iusti sicut sinistra est vita tpalis. Quicquid facis ppter vitam eternam dextera operas si charitati vite eterne in operibus tuis misceris is concupiscentiam laudis humane aut alicuius comodi secularis nouit sinistra tua quid facit dextera tua z in sinistra delectatus qñ in dextera perdis eterna talibus q obliuiscunt hierusalem hoc contingit qd dixit obliuiscat eos dextera eorum. Vita enim eterna manet in se illi remanet in delectatione tpali z faciunt sibi dextera quod sinistrus est. Et (adhereat lingua mea faucibus meis) id est obmutescas et mutus fiam a laude dei si no iugiter memoria tua versetur in corde meo. Sic contingit vt pnunciat: mutus enim fit dñi qui memor no est hierlm vt quid eniz loquit qui canticu syon no sonat: canticu hierlm lingua nostra est scz fidelium canticu delectationis seculi huius? lingua aliena lingua barbara est qua in captiuitate didicim? Et (si non pposuero) zc. Ibi est enim summa leticia vbi deo fruimur. vbi nihil delectabit nisi bonum: vbi morietur omnis necessitas et orietur summa felicitas. Illa ergo in omni actione z in principio z in medio z in fine pponenda est ad ipam sunt omnia referenda. Deinde conuertit se ad dñm contra hostes ipsius ciuitatis z mala futura predicat eis in primo ydus meis dicens.

Memor esto domine filioz edom in die hierusalem.

Memor) autem (esto) o (dñe filioz edom) id est idumeoz vt eos punias id est memores ris ad puniendum idumeoz nequiam quam fecerunt (in die hierlm) scz in die reuoluciois hierusalem quam impediunt quando impediunt fuerunt iudicis reedificantibus hierusalem post reditu de babylonia vel in die destructionis quado pñuncti fuerunt babylonijs. Ideo subditur.

Qui dicunt exinanite exinanite: vsqz ad fundamentu in ea.

Qui dicunt id est dixerunt et hortando se mutuo vel babylonios ad destruendum muros hierlm (exinanite exinanite) id est effodite destruite quicquid est in hierlm (vsqz ad fundamentum in ea) id est totaliter et penitus euerite et exterminate hierusalem vsqz ad fundamenta vt nihil de ea remaneat. Deinde pnunciat penam babyloniorum dicens. Et tu etiam D.

Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributione tuam quam retribuisi nobis.

Filia babylonis) id est gens babylonica (misera) es in tua exultatione z presumptione sed (beatus qui retribuet tibi retributione tuam) id est penam tibi debitam destruendo te z captiuando tuos (quam retribuisi nobis) id est ppter mala que fecisti nobis destruendo hierusalem z nos captiuando quod deus sume beatus faciet. vt scdm reputatione captiuoz loquitur qui beatus cum reputabant qui eos liberaret z de hostibus vindicaret.

Beatus qui tenebit et allidet paruulos suos ad petram:

Beatus) scz deus vel in reputatione captiuorum alius qui in destruendo te (tenebit et allidet) id est concutiet (paruulos suos ad petram) vt occidat quod fecit deus sup eosdem qui iudeos percussit. pmissione enim diuina per se et medi recipiebant paruulos babylonioz p pedes z crudelitate allidebant capita eorum contra parietes. Vel mystice edom qui z claudicus est interpretat sanguis sive terrena z sanguinea z significat carnales sicut scriptum est caro: sanguis regnu dei non possidebunt. Et sicut claudicus inimicus fuit iacob ita carnales inimici sunt spiritualibus z concupiscentes presentia insequuntur eos quos vident meditari eterna. Contra hos iste respiciens in hierlm rogat dominum vt memorando eorum eruantur de captiuitate. z liberentur a carnalibus in die quando euertere volunt hierusalem scilicet ecclesiam

vel in die sequestrationis hierlm quado sequestrabitur a hierlm vt ipsi puniant z boni conuertentur qui carnales subditi diabolo z angelis eius dicunt psequendo ecclesiam (exinanite exinanite) vsqz ad fundamentu in ea) hierusalem scz ecclesia hoc est tollite christianos extinguite nec vllus remaneat euerite qcquid est in ea vsqz ad fundamentu. Et conuertit se ad ipam ciuitate maloz dicens D (filia babylonis misera) es ipsa tua exultatione de rebus mundanis de gaudio maloz no es posita i firmo fundamento transitoria sunt que diligis ideo ad confusionem z ruina puenies. ciuitas maloz babylon dicit et filia babylonis quomodo ecclesia dicitur syon et filia syon. nam ppter prelationem dicitur mater sed ppter successionem z imitationem dicitur filia Sed (beatus) est qui retribuet tibi retributione tuam) id est vicissitudine scz allisionem spiritualis p allisionem carnalis quam retribuisi nobis). Et subiugit quam retributionem dicens (beatus q tenebit z allidet) zc. Ipa est retributio. paruulos nos inuenit babylonia z ista confusio seculi et suffocauit nos in errore ad huc infantes. Sed deus dedit nobis agnitionem sui iam grandibus vt no sequamur errores reuiuiscendo ergo in deum et pficiendo reuiuimus babylonie qualem retributione nobis retribuit. Occidit enim nos paruulos babylonia z ipsi iam reuiuiscendo occidimus filios babylonie id est nascentes malas cupiditates quas iam genueramus ex babylonia. Ergo quando nascitur mala cupiditas ante quam robur habeat mala pñuetudo dum paruula est abscide et allide ad petram christu ad illam petram omnia vicia et peccata tua elide vt merearis esse beatus z ad illos pertinere de quibus dicit. Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vicijs z concupiscentijs.

Oratio.
Captiuitati nostraru potentissime absolute concede nobis laudes tuas spirituali carnes conuertit vt quos sonus noxietatis a te facit exules alleuatio potentis dextre tue celi restituat ciues. Per dñm.

Psalmus de laude dei deuota ppter diuersa beneficia humano generi prestata et de magno desiderio p hac laude dilatanda.

Confitebor tibi do

mine in toto corde meo: quonia audisti verba oris mei.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus psalmi

